BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
22 I
11
M
VII B 25
13. 21. D. 5

EXCELLENTISSIMI ET nominis vndequaq; Clariſſimi D.

Franciſci Zoanneti Vtriuſq; Iuris Doctoris Conſultiſſimi & Patricij Bo= nonienſis, nunc primum à Sereniſſimo & Catholico Principe, Comi= te Palatino Rheni, utriuſquè Bauariæ Duce potentiſſimo &c. Guilielmo, ex Italia in proprium Conſiliarium accer= ſiti, in Gymnaſioq; Ingolſtadienſi celeber= rimo Iuris Profeſſoris Primarij.

I. *Ad Principum Reſcripta Interpretationes.*
II. *Rerum Quotidianarum Liber.*
III. *Ad poſſeſſionis materiam Trium Verborum interpretatio.*
IIII. *Ad libros L. Digeſtorum alius ſingularis Liber.*

OMNIA MODO ACCVRATIVS, QVAM ANTEA *impreſſa, atq; emendatiſſime edita.*



S. Andrea della Valle.

INGOLSTADII EX OFFICINA Alexandri Vueiſſenborn. ANNO DOMINI. M. D. XLIX.

INVICTISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI ET DOMINO noſtro Domino Ferdinando Rōmanorum, Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, &c. Regi ſemper Auguſto, Hiſpaniarum infanti Sereniſſimo, Archiduci Auſtriæ, Duci Burgundiæ, Tirolisq́ Comiti, &c. Inclito Franciſcus Zoannettus Iurecon. S. P. D.

OPtima equidem ratione, Sereniſſime Rex, Romano conſilio inſtitutum olim fuiſſe arbitror: ut qui uel in re bellica aduerſum Romani nominis hoſtes memorabile aliquod factitaſſet, is ſummo honore, ampliſsimis donis, maximisq́ triumphis in urbe poſt hac ad Deorū prope uicē præclarus undique, & immortalis haberetur; uel qui in dicendi genere aliquo liberalis diſciplinæ apud populum eiuſuè ſenatum facundia, atquè animi magnitudine præſtitiſſet, hic perenni gloria patriæ parens, celebri autoritate conditor legis, & omnium aſſenſu Reipublicæ moderator perpetuus conſtitueretur. Quorum ne altero quidem, Tu FERDINANDE, *ſæculis hiſce noſtris contentus utrumq́ in Republica* CHRISTI *diuina quadam, et admirabili ingenij acie, ſapientia incredibili, uirtute animi regia acriter adeò & officioſe confeceris, ut (ſi immortalibus mortales æquare fas eſſet) Illuſtriſſ. ſolum Maieſtatem tuam cum inuictiſſimo, & Eccleſiæ Dei defenſore maximo* CAROLO. V. *fratre tuo parem ſuperis uniuerſus orbis haud immerito prædicaret. Tanta eſt imperialis cælſitudinis tuæ erga Deum exactiſſima fides, tanti baptiſma orthodoxum magnificis, tanta eſt in te humani generis fidelium pia charitas, quòd ſuperioribus annis (& ab eodem adhuc officio non deſinis) ſqualidam, & iam iam uniuerſam expauentem Germaniam, tremebundam Galliam, luctuoſam Hiſpaniam, & mœſtam Italiam noſtram ex inimica, & infami Numidarum copioſa manu excelſo animo, eximia uirtute, copijs, uiribus, fortunis, & corpore tuo ereptas, tutataſq́ prorſus omnes (diuini fratris tui ſuppetente auxilio) ſolus uoluiſti. Turcarum namq́ Solimanno ductori ſi intra Germaniæ fines turmatim irrepere licuiſſet, quas hominum ubique cædes? quæ urbium, quæ templorum, quæ oppidorum excidia? quos uirginum raptus? quas magiſtratuum, quas Cæſaris legum euerſiones? quos Pontificiæ, quos deniq́ Chriſticolæ legis ſacrilegos, & nephandos contemptus miſerrime quiſquam noſtrum collacbrimans cerneret? Sed noſtrates ui, ferro, igne, me-*

A ij tu, minis

tu, minis grauiter obſeſſos, aperto Marte nihil tibi reſpiciens, quin et ſæpiſſime paucis aduerſus innumeram Scythæ gentem ſtrenuê pugnantibus, immortali tuo & ſempiterno beneficio cunctos Chriſtiani nominis populos liberatos reddere duxeris. Alterum, quod ſcientia & bonarum literarum ſtudijs (quibus plerisq; non delectantur Reges) hominum generi nec parum, nec leuiter præſtas, in te uno exploratiſſime conſpici, ſapientum dogma profitetur: imprimis Dei ſacroſanctam legem, quam ſanctè, quam adamuſſim, quam religioſe ſub tuo imperio cuſtodiri, obſeruatamq; penitus iri præcipias, id uel maxime argumento eſſe poteſt, quod ſummum tibi iampridem Chriſtianiſſimi nomen mortalium omnes non planè iniuria tribuant. quibus ſacratiſſimis ſanctionibus, perpetuis edictis, honeſtiſſimis moribus ſubiectis omnibus uiuendum indixeris, & memoratu dignum, & relatu difficilimum ferunt. Qua ingenij ubertate, qua, Dij boni, præcellenti eloquentia, qua in omni re dicendi facundia, quo incredibili, & diuino orationis genere exuberes, præſtantiſſima ſæculi tui ingenia, quæ omnibus modis uſq; adeò foues, quòd te regnante ſpiritū, & ſanguinē uirtutū ſtudia intermoritura quādoq; receperint, & facile perhibēt, & totis eorū uiribus teſtantur. Tu Dei filius Tu CHRISTI in pietate frater, Tu fidelium omniū pater unanimi optimorum uirorum conſenſu uocaris: cuius ſupremi Regis (quód a me citra flagitioſum adulationis crimen omnino dictum ſit) ubi quiſpiam dicta cum factis compoſuerit: agnoſcet ſanè Regem in aduerſam, ſecundamq; fortunam inuictum animum gerentem non humanis modo rebus, atqui diuinis propemodum ſimul imperitare poſſe. Itaq; ingentem auſpicatiſſimi ſyderis, quo te ſupra homines Deus Optimus Maximus per quam dignè præfecit, maieſtatem ipſe & multum, & ſæpe ſuſpiciens (non ut his opus Regiæ Maieſtati tuæ unquam laudibus fuerit: quas memoranda, & inſignia tui facinora pluſquam ſatis palam notiſſima reddunt) teſtimonium aliquod mei in te beneuoli animi, & ſupplicis fidei aliquando dare & debui, & pro uiribus curaui: huiuſquè mei deſiderij optata occaſio (utinam felix) hoc tempore cecidit. Conſueuerunt Heſperiæ urbes, in quibus iuris ciuilis prudentiam colimus, quarto ambiente anno Imperatorum reſcripta interpretanda in medium, uelut in arenam, proferre: eademq; ipſa quum in manibus ego geſtarem meis, introſpiceremq; diligenter animaduerti, poſſe illa (quamuis per tranſennam, & præanguſto calle) ſic á me expoſita diuinitati tuæ, uná cum libello Rerum quottidianarum (ſic enim inſcribitur) haud planè forenſibus cauſis illepido condonari: in re etenim regia, exque ipſius uſu illud præſertim eſſe exiſtimans, ut quod per legem quique Rex antea ſanxit, ac id poſtea multorum opinionibus obnubilatum fuerit, & á Regis uoluntate abductum, primeuæ rationi, & ſecundum Principis uotum uel ab Rege ipſo, aut Regis mancipio compendioſe reſtitui. quod

pro

pro aliqua parte ſatis me aſſequutum crediderim, ubi pro oblati laboris gratia, tuam promeritus fuero uoluntatem: & bipartitum hoc opus, qualecunque ſit ſub auguſtiſſimo uexillo tuo diuulgatum ab impiorum falſiloquis, & trucibus linguis inclyta FERDINANDI *nominis maieſtas exceperit. Quare ſi quid amplitudinis tuæ ſenſus, ſanctiſsime Rex, ſi officium, ſi pietas, ſi religio, ſi honeſtum, ſi auguſtiſſima atque Imperialis tua charitas Te mouet, ſuplex rogo, per Chriſtianiſſimamqué Coronam tuam humiliter obteſtor, ut (ſi non frugi operis paruitatem) animi ſaltem erga te mei magnitudinem ſereno uultu ſuſcipias, ſuſceptamq́; in omne æuum, & tibi, & Auſtriæ domui fouere non aſperneris. Bene uale, & diu uiue Rex Regum optime.*

ILLVSTRISSIMO AC

EXCELLENTSSIMO PATRI ET IVRISCONSVLTO FACVNdiſſimo Domino D. Nicolao Perrenotto, á Grandiuella Supremorum Conſiliorum apud Cæſarem præfecto Maximo, Sigillorumq; cuſtodi præcipuo. Franciſcus Zoannettus Iureconſultus. S. P. D.

CVm multa, Illuſtriſſime Pater, ab inuictiſſimo Imperatore noſtro diuinitus inuenta, atquè utilius rei Chriſtianæ inſtituta ſunt, tũ nihil præclarius, nihiluè imperio ſuo conducibilius, quã quòd uirum ingenio acutiſſimum, facundia præſtantiſſimum, iuris prudẽtia peritiſſimum, & in quacq; re fidiſſimum, ac ſolertiſſimum imperij negotijs præeſſe uoluerit, qualem te huic operi, optime GRANDIVELLA, ex omni ſapientiſſimorum genere iam diu opportunè delegit. Sic tua namq; eſt prudentiæ magnitudo, ſic animi tui immenſa eſt amplitudo, ut ſine perpenſo, & graui conſilio tuo nec uniuerſi orbis imperio ſupereſſe, nec gentibus dominari ſubiectis ullo pacto uelle Cæſar decreuerit, tuamq; idem gloriam laude, & honoribus ſempiternam amplificat, Reges collaudant, Principes extollunt, cœlum, terra, mare ſimul uenerantur. Qua propter excelſi ingenij eruditionem ipſe tuam, qua maxima in omni re conſpicuus, & famigeratiſſimus præpolles, conſtantiſſimè intuens, nulli magis, quàm tibi, quantulaſcumq; haſce lucubrationes noſtras ſereniſſimo Romanorũ Regi pridem dicatas commendare potui, quod illas legere, & ſi quid probabilioris doctrinæ hiſdem contineri perpexeris, illarum etiam aliquod teſtimonium (ſpero equidem) inuictiſſimo Regi perhibere pro mea in te ſingulari deuotione, proquè tua in doctiores quoſquè bonos genuina pietate nõ denegabis. Quod ut facias, Te, quem uirtus ad laudẽ extulit, ingeniũ ad honorem euexit, fortuna ad gloriam pertulit, quiq; rerum geſtarũ magnitudine, iucundiſſima ingenij laude, et honeſtiſſimo uirtutis decore ubiq; gentiũ, terrarumq; omnium reſplendes humiliter etiã atq; etiã deprecor, cuius in me collati beneficij ratio deuinctũ perpetuo uolũtati tuę habebit. Tibi enim, qui legũ pater, qui Cæſaris cõſiliarius, qui uirtutũ omniũ decus, et ſplẽdor, qui iuris peritiſſimorũ optimus cẽſor, & totius mũdi accuratiſſimus adminiſtrator exiſtis, benigniorẽ aurẽ, plenioremq; fidẽ clementiſſimũ Regem noſtrum præſtaturum haud uſquã dubito, & licet nequaquã me lateat, quantæ ſint tibi cũ Cæſare occupationes, quãtiſq; excubijs uni tibi pro nobis omnibus Chriſticolis indefeſſo labore euigilandũ ſit, et quale ingẽs onus nobis præſertim Italis, quibus perpetuũ fœdus diuturnamq; pacẽ & opera, et altiſſimo cõſilio tuo ſacratiſſimus CAROLVS cõſtituit, humeris adhuc tuis ſuſtineas, id tamen ingenij tui eſt perſpicaciſſimũ acumẽ, ut dũ operã ſerijs rebus impẽdis, poſſis quoq; (tametſi ferendũ cæteris minimè ſit) meis interdum ſatisfacere precibus, & bonarũ literarũ uacare ſtudijs: quod ut facias colẽdiſſime pater obteſtari nõ deſino, Bene uale, & me tibi deuotiſſimum ama.

AMPLISSIMIS ET EXCELSIORIBVS VIRIS DOMINO PRIORI Auguſtino Beroo, cæteriſq; Doctoribus Collegij ciuilis Bononien. Franciſcus Zoannettus Iureconſultus. S. P. D.

VOs conſcripti Patres, qui ſummam in exponendis legibus terrarum omnium arcem tenetis, Vos, qui mortalium opes dandi, & transferēdi curam habetis, Vos denique, quos Inuictiſſimus, & ſacroſanctus CAROLVS. V. nobiliſſimos equites, & Imperialis Conſiſtorij ueros Comites maxima cū iuriſdicendi ſtatuēdiq; poteſtate conceſſa appellat, in opus ZOANNETTI collegæ ueſtri totis intēdere uiribus & precor, & rogo, ut ſi quid in iure differendo à me uel parū ſcitē prætermiſſum, uel minus doctè expoſitum fuerit, id meliori à uobis ratione, facundiaq; illuſtriore nitori ſuo reſtituatur. non enim quicquid in libellis adſcripſi meis pro naturali lege, aut prætoris edicto tenendum obſeruandumquè prorſus cenſuerim. minus atquē contentionis magnitudo, gloriæ ſtudium, præſtans animus, ingenij nobilitas, uel patriæ meæ ſeueritas adhanc me me pepulit editionem, ſed commune iuriſperitorum uotum rē ipſam mihi non piē minus, quàm humaniter, ſuaſit. ſatiſquē pro uirili ego facere uiſus ſum, quod ea, quæ uetuſtiores perquàm neceſſaria omiſerant, ad uſum Reipublicæ quotidianum reuocarem, & quæ recentiores incurioſē tractauerant, exquiſitiſſimis legibus, ornatioreque ſermone corrigerem, ueros legum ſenſus, ueraſq; Iuriſconſultorum ſententias præ omnibus anteferendas exiſtimans. aut ſi quid dignum auribus ueſtris, & graui Iureconſulto in hiſdem conſpexeritis, gratulemini Sereniſſimo Regi noſtro, cuius diuinitati me ipſum Deus Optimus maximus addictum iam diu parauit, gaudete pariter uobis, ampliſſimi patres, qui me uirum, cui à principio ſemper ingenitum eſt, ut non magis ſe ſua cauſa putaret natum, quàm Reipublicæ ueſtræ procreatum, in literali alea continuo ductu olim perfectiorem effeciſtis. Quare negotium id omne meūm boni, æquiuē, prudentes quæſo, conſulite, & me ætate iuniorem (uti uos decet omes natu maiores) paterno affectu diligite. Quod ſi feceritis, & ueſtram animi claritatem nullo fœdo liuore inſperſam agnoſcent omnes, & me à uobis genitum ad inquirenda maiora legum acumina præſtantiorem dehinc facile præſtabitis. Beneualete omnes. Ex patrio Bononienſi Gymnaſio pridie Kalendas Septembres Anno Domini liberatoris noſtri. M. D. XLVI.

IN RVBRICAM IV- *STINIANI CODICIS DE EDEN- DO SVMMARIA ZO- ANNETTI.*

1 EDitionis in tractatu iſto genera multa ſunt.

2 Rationes edi quomodo dicantur.

3 Ratio tota uſque ad extremum eius finē edenda eſt.

4 Data, & accepta ſine die, & conſule nequaquam intelligi poſſunt.

5 Nummularij, & his ſimiles propter eandem rationē ſunt Argētarijs exęquati.

6 Plures edere quum tenentur, quomodo ſit facienda editio.

7 Inſtrumenta ſine die, conſule, & ſubſcriptione in iudicio quando edenda ſint, & quando adiecto die exhiberi omnino debeant

8 Notarius inſtrumentum petēti cum die, conſule, & ſubſcriptione ſimul dare tenetur.

9 Inſtrumentum cū die, conſule, & ſubſcriptione uolenti, falſum in prædictis arguere, denegari quibus non poſſit caſibus.

10 Legatario illa teſtamenti ſola pars datur, quæ ipſius legatum continet, uti in ſequenti.

11 Legatario non ſolum particula teſtamēti legatum continens, uerum etiā antecedentia, & ſequētia uerba eduntur, ſi de legato aliàs liquere non poſſit.

12 Legatario ſcripturam teſtamenti continentem legatum, una cum hæredis inſtitutione notarius dabit.

13 Inſtrumentū iudici totū exhiberi debet.

14 Iudex omni ſuſpicionis labe caret.

15 Statuta ciuitatum, municipaleſq; leges, in alieno territorio tota exhibentur.

16 Ciues nō decet ſuę ciuitatis ſtatuta ignorare.

17 Editio non per officium iudicis, ſed per in factum actionem facienda eſt.

18 Iudex ſpretam iuriſdictionem ſuam dupli in factū actione pœnali uindicat.

19 Rationes ab argentario, uel nummulario confici non poſſunt, niſi per obligationem, quæ ex conſenſu uocatur.

20 Obligatio ex conſenſu, ſi nō pariat actionem, inefficax eſt.

21 Officium iudicis nullam præſupponit obligationem, ſed æquitatem iudicis tantum & iuſtitiam.

22 Ex, præpoſitio cauſam immediatam, & proximam oſtendit.

23 Bellonus reprehenditur uolens ab initio officium iudicis pro editione facienda competere.

24 Actio in factum plerumque datur cōtra illum, qui ad nullū factū eſt obligatus.

25 Obligatus ad factum non actione ſemper in factū tenetur, ſed alia plerumq;.

26 Argentarius, nummularius, & ſimiles nō ſunt principaliter obligati edere.

27 Ratio quare per iuramentum in litem intereſſe probetur.

28 Argentarij nolentis edere culpa non, niſi dolo proxima, punitur.

29 Obligatus ſua ſponte quid facere, ſi non faciat, acriori pœna adficitur, quā qui ex neceſſitate officij ſibi iniuncti facere tenetur.

30 Intereſſe non probatur per iuramentum in litem, ſed per ueras probationes, in obligationibus, quæ ſuccedunt ad intereſſe propter factum promiſſum nō præſtitum.

31 Iuſiurandum in litem propter dolum, & contumaciam rei præſtatur.

32 Iuramentum in litem non præſtatur, ubi iudicis officium competit.

33 Intereſſe agentis nullum conſiderari poteſt, ubi nulla præceſſerit obligatio.

34 Rationes, inſtrumenta, teſtes nō niſi poſt litem conteſtatam ſunt exhibenda, & ſi ante edita fuerint, rurſus produci debebunt.

35 Inſtrumentum non probat, niſi in iudicio productum fuerit.

36 Inſtrumenta ante litem conteſtatā eduntur, quando deliberationis cauſa reus illa inſpicere debet.

37 Edenda illa non ſunt, quorum ueriſimiliter reus cognitionem habet.

38 Rationes, & inſtrumenta ibi ſunt edenda ubi initio fuerunt celebrata.

39 Petens rationes, uel inſtrumenta perferri alio, unde fuerint facta, ſuis ſumptibus id aſſequi poterit.

40 Inſtrumenta, uel rationes quando iudex inſpicere nequit, quoniam alio in loco ſunt & iter minime tutum ſit, quid iudicem tunc agere oporteat.

IN RVBRICAM IVSTINIANI CODICIS DE EDENDO

Zoannetti Interpretatio.

IActuros uerba ad editionis tractatum quid imprimis
ſit edere, quo item iure, quoue tempore editio ipſa fiat,
ne iniucunda nimis pandatur lectio, edocere prius om-
1 nino decet † Editionis autem genera, quantum ad pro-
poſitũ iuris ordinem pertinet, multa eſſe conſtat, edun-
tur rationalia, proponuntur actiones, exhibentur inſtrumenta, profe-
2 runtur acta; † Illæ uero pro editis rationes habentur, quarum uel di-
ctator, uel in pagella quapiã exemplator, uel libri prolator cum deſcri
3 bendi facultate argentarius exiſtat, [a] † neq; huic ſatisfactum editioni
prætor putauit, ni & rationis exordium, ac finis, cuiuſque legentis in-
4 ſtruendi gratia, ex fide promatur [b] † ſicuti enim accepta, & data ſine
die & conſule rationalium capitibus, haud unquam intelligi poſſent,
[c] ita, uel ſuprema rationis parte non edita, argentarius rationem edi-
5 diſſe nè quidem creditur, [d] † quod ius in nummularijs quoq; & his ſi-
milibus, argentariorum exemplo, propter eandem æquitatis rationẽ,
6 facile eſt receptum, [e] † ſi uero plures, aut argẽtario uni ſucceſſores fue-
rint, aut argentariam ipſi principaliter exercuerint, ad editionẽ uel om-
nes, uel quandoq; unus, ſecundum normam Vlpianæ legis, erunt com
pellendi, [f] de oblatione actionis in iudicio deductæ, diſſeruiſſe in com
mentarijs alias copioſius ſatis eſt, [g] & inſtrumenta quoque, in quibus
conficiendis dies, & conſul præſcribi debent, [h] ſæpiſſime edenda ſunt,
7 † ueluti ſi aduerſum me exhibeas inſtrumentum, in quo tuam inten-
tionem probari aſſeueres, uel actoris uel rei partes ſuſtinueris, & ipſe
duntaxat agnoſcere uelim, nunquid ad cauſam id faciat, ſine die & con
ſule eius mihi copiam facies, cognitis namq; die & conſule, occaſio fal-
ſum aliud fabricandi, uel immutata die non difficulter concederetur, [i]
eodemq; iure tunc Modeſtinus cenſuit, ſine ullius ſubſcriptione exem-
pla edi debere, [k] nimirum fallacijs hominum occurrit lex, dicitq;, ſub-
ſcriptionis, & conſulis editionem merito uetuit, ſed conſulem una cum
die conſcripti inſtrumenti in propoſito caſu edere fas eſt, ubi de cauſa
alias mihi liquere non poſſet, finge eo inſtrumento caueri, debitorem
infra ſeptem menſes debere ſoluere, non porrò abſq; die & conſule in-
niti contractus de tempore ſolutionis deliberare potero, quare diem
& conſulem tunc cum inſtrumẽto exhibendos ab omnibus receptum
8 ubiq; legi, [l] † diem etiam, conſulem, ſubſcriptionemq; ſimul editio ip-
ſa expoſtulat, ſi à ſcriba non deliberationis cauſa, ſed probationis ha-
9 bendæ gratia inſtrumentum petam, [m] † nec ſecus dicendum foret,
quando falſi notam, uel circa diem, & conſulem, aut ſubſcriptionem
contra inſtrumentum obijcerem, quo nempe caſu dies, conſul, atque

[a] .l. ſi quis. §. edere. ff. eod. l. maritus. §. fi. ff. ad. l. fal.
[b] .l. prætor. in prin. l. argentarius. §. edi. ff. eod.
[c] .l. i. §. ratiões. ff. eo.
[d] .l. ubi. ff. eod.
[e] .l. quædam. in prin. & in. §. nũmularios l. argẽtarius. §. ideo. ff. eod.
[f] .l. ſi quis. §. cogenetur l. quædã §. nihil intereſt. ff. eo.
[g] In commentario. l. edita infra. eod.
[h] In auth. ut præpon. nom. impe. in prin. & in. § i.
[i] .l. i. §. edenda. ff. eo. .l. ij. §. diem. ff. quẽadmo. teſtã. inſpi. l. repetita. ff. de fid. inſtrum.
[k] .l. exempla. ff. eod.
[l] Anto. de Butr. in c. g. perpetuus. in fin. de fid inſtr. Alber. Bar. Pau. Caſtren. et Bal. in. d. §. editiones.
[m] .l. exempla. Bar ff. eod. Bar. in. l. ij. §. diem. ff. quemmad. teſtam. aperian.

ſubſcriptio ipſa edenda erit,[n] dum tamen iuſiuriandũ præſtem, me ar-
bitrari in ea parte inſtrumentum poſſe falſum docere, [o] quod ſanè pro
cedere ſolum intelligas in illo, contra quem fuerat inſtrumentum in iu
dicio productum, ſiquidem obiectam ſibi uelit propulſare iniuriam e-
ditionem cuiuſq; partis inſtrumenti illius rectè poſtulabit, diuerſum
iudicatur in eo, qui non ſuam ſed alterius uellet proſequi iniuriam; ſi-
cut in tutore accidit, non inſtrumenti totius editio tali caſu fiet, [p] & ſi-
cuti pro regula traditum eſt, in inſtrumentis editionem conſulis, diei,
& ſubſcriptionis non fieri, ita nec cuiuſq; inſtrumenti pars generaliter
exhibetur, uerum ea ſolum concedi ſolet, quæ ad inſtructionem cauſæ
10 poſſit ſufficere,[q] † quare teſtamenti pars illa legatario dabitur, quæ le-
11 gatum eius contineat,[r] † uel ſi mentis dubiæ in legato ex præcedenti-
bus, aut ſequentibus interpretatio ſumenda foret, præcedentium quo-
que, aut ſequentium neceſſaria exhibitio fiet, non enim de legato ſatis
liqueret, ni & cum ipſo promantur illa, quibus teſtatoris mens rectè
12 conijci poſſit,[ſ] † unde cum legato inſtitutionem etiam à qua totius le
gati uis pendet, legatarius accipiet, [t] & quodcunq; aliud inſtrumen-
tum connexa capitula continens, pro ea, qua de materia eadem loqui-
tur parte, edendum erit,[u] dices, iudici nunquid totum inſtrumentum?
13 an id tantum, quod faciat ad cauſam capitulum offeretur? † & iuris
utriuſq; decreto manifeſte compræhenſum eſt, totum iudici inſtru-
14 mentum inſpiciendi poteſtatem fieri,[x] † in ipſo namq; iudice omnis
15 improbitatis labes exoler,[a] † de legibus, deque ſtatutis ciuitatum, uel
parti, uel iudici edendis, in totum ſemper editionem faciendam explo-
ratum ſatis habemus,[b] quæ uera ſunt, & locum habent, ubi ſtatutum
16 in alia ciuitate producitur, † in loco etenim ipſius ſtatuti editio nulla
deſideratur, quandoquidem municipes municipale ius proprium ig-
norare minime deceat,[c] ſin autem reus ab actore, uel è contra inſtru-
mentum exiberi cupiat, in quo ſuam uelit iacere intentionem, an ſit in-
ſtrumenti editio recepta, alibi opportunè agemus,[d] ſimili modo de
iudicialium actorum exhibitione facienda, apriore loco fuſius differe-
17 tur,[e] † ſed quo nam iure inſtrumenta, rationes, uel acta, ab argentarijs,
tabellionibus, nummularijs, & ſimilibus edi poſtulabimus? & in ea
quidem re plurium conſenſu id obſeruari eſt ſolitum, ut primo offi-
cium iudicis ſuum adhibeat, & ſi per iudicem monitus argentarius, aut
quippiam huiuſmodi alius non edat, in factum actione pro intereſſe
petentis adſtringitur,[f] quam ipſe nullo pacto ſententiam præter alios
18 quoſq; doctores infra ſcriptis rationibus probarim, Sciendum eſt, †
in caſibus his, quibus officium iudicis competit, & illud iudex inter-
ponit, ſi eius imperio paritum nõ ſit, ſpretam iuriſdictionem ſuam nõ
una in factum actione ſola, in id quod intereſt ſed duplici in factum a-
ctione pœnali uindicat, imprimis namq; arbitraria mulcta fiſco appli-
canda inobedientem coercet,[g] altera uero in factum actione, quæ ad
uerſario datur, eundem, quanti ea res eſt, hoc eſt, quantum in ſumpti-
buslis

n .l. optimam. in fi. in-fr. de contrah. & cõmi. ſtipula.
o .l. ſi ueteris. l. fi. infr. de fid. inſtrum.
p Bar. in. l. tutor qui repertorium. in fin. princip. ff. de admi-niſt. tut.
q Argu. l. argentarius. §. edi. ff. eod. l. fi. Bar. Bald. ſupr. de precib. impér. offe.
r Bar. in. l. ŋ. §. fin. ff. quemadmod. teſta. aperian. & in. d. §. edi. Bar. & Ang. in .l. fi. per illum textũ .ff. de bon. aut. iud. poſſid.
ſ .l. qui filiabus. Bar. in prin. ff. de leg. 1.
t Paul. Caſtren. in. l. fi. ſupr. de precib. imper. offer. Alber. in. d. l. argentarius. §. edi.
u .l. inciuile. Bald. in prin. ff. de leg. l. ſi tibi. ff. ſi cer. pet.
x .c. contingit. de fid. inſtru. c. cum perſonæ. de priui. lib. vi. .l. i. §. edere. ff. eod d. l. inciuile Bar. in .l. argentarius. §. e-di. ff. eod.
a .c. in præſentia. de renuntia.
b d. l. inciuile. ff. de le-gi. Bar. late in ru-bri. ff. de ope. noui.
c Bar. in. l. omnes po-puli. ad fi. ff. de iu-ſti. & iur. Bal. in. d. l. inciuile. Abb. in c. ex epiſtolæ: circa fi. de probatio.
d In. l. fi. infr. eod.
e In l. ij. infr. eod.
f .l. i. ubi doct. infr. eo. l. ſi quis. §. ex hoc. l. ubi. §. i. ff. eo.
g .l. mulctarum. ſupr. de modo, mulct.

tibus litis,quos in aduocatis,procuratoribus, & aliјs ſimilibus aduer-
ſarius fecit,nec non propter damna rerum ſuarum, quæ ob non pari-
tionem contumacis paſſus eſt,iuriſdictionis contemptorẽ iudex con-
demnat,poſtremo hic inobediens, ſi quod in iuriſdictione nouiſſimũ
eſt,facere itidem recuſet, in id omne, quod aduerſarij intereſt, merito
punitur, [h] atqui in raſu iſto non plures,ſed una in factum actio ſola,in
id quod intereſt,non fuiſſe editas rationes,aduerſario datur, [i] ergo of-
ficium iudicis pro edendis rationibus prætorem polliceri neutiquam
19 dicendum eſt,† præterea exploratiſſimum eſt,non poſſe uel ab argen-
tario,uel nummulario,citra ius & nomen obligationis, quæ ex conſen
20 ſu uocatur,has confici rationes,[k] † quæ obligatio, ſiue contractus in-
efficax penitus eſſet, neq; iuris uinculum Cæſar eam recte appellaret, [l]
ni aliquam pareret actionem,[m] unde traditum eſt, per actionem ſig-
21 nificari antecedentem obligationem, [n] † Cæterum aliud de officio iu-
dicis dicimus,quod nullam indicat præire obligationem, ſed tantum
competit,ubi iuſtum,æquumue ſit dari,aliqua tamen actio,uel obliga
tio non ſubſit, [o] ideo iuſdicentis officio,pro exhibendis hiſce rationi-
bus locus non erit,deniq; actionem in factum,abſq; ullo iudicis præce-
dente officio,contra argentarium,ſeu nummularium proponi debere,
id uel maxime omnibus argumento eſſe poteſt, quod iureconſultus
22 ait,[p] ex hoc edicto,in id,quod interfuit, actio competit,† illa namque
præpoſitio,ex,cuius natura eſt,immediatam,& proximam oſtendere
cauſam,[q] in factum actionem hanc,ab edicto immediate exortam,ſi-
ne aliquo iudicis officio,nobis demonſtrat, At hic Bellonus quidam,[r]
nouiſſime reclamat, communem opinionem ueriorem procul dubio
aſſeuerans,quam nonnullis adnititur fundamentis irroborare, quo-
rum tria à Decio,poſt Alexandrum,& recentioribus expugnata refel-
lere minime decuit, Alia igitur Belloni ſupereſt ratio,cui nullam (ſic
ipſe ait) congruere reſponſionem dicere fas eſt, actio in factum pro e-
dendis rationibus initio ſi daretur,conſequens etiam foret,argentariũ
ad factum teneri,quod ſi non præſtaret,obligationi ad intereſſe obno
xius fieret,[ſ] idq; intereſſe per iuramentum in litem aduerſarius proba-
ret,[t] Verum dictat aliud materia noſtra,in qua non iuramentum, ſed
uera intereſſe probatio iuuat,[u] merito officium iudicis,quod per iura-
mentum in litem effectui non demandatur,[x] pro editione rationum in
23 uocabitur,† At ego reor,uera ne ſit in caſu noſtro huius Belloni argu-
mentatio,& quorſum ipſa tendat,non ſatis liquet,hoc enim in conſe-
quentiam minime deduci poteſt,actio in factum aduerſus quempiam
datur,ergo ad factum aliquod implendum tenetur, aut quis facere ali-
quid eſt obligatus,igitur in factum actione ad id explicandum eſt com
24 pellendus,† quin immo contrarium plerunq; eſt uerius,ut actio in fa-
25 ctum aliquem teneat,non tamen ad factum ſit obligatus, [a] † & è con-
tra facere aliquid debeat,non tamen in factum actione ad id cogatur,[b]
quum ex ſtipulatu actio,aut certi condictio cum ſolummodo adſtrin-

 gat,qua-

h .l.i.in prin. & in.§. hoc iudiciũ. ubi gl. notab. in uer. iudiciũ.& ibi Bar. col.ij uerſi. ſi uero non proponitur. ff. ſi quis. ius.dic.nõ obtemper.
i .l.ubi.§.i.l.quędam in prin. l. ſi quis. §. ex hoc edicto.ff.eo.
k d.l.ſi quis. §. pertinere. l. quædam. §. nummu.arios.l.prætor uerſi.huius edicti.ff eod.
l Inſtit. de ob.in prin.
m .l.ſi pupil §. uideamus.ff.de neg. geſt.
n .l.licet.§.ea obligatio.ff de procurat. inſt.de uerb. oblig. in prin & inſtit. de obli quæ.ex quaſi contr in prin. & in .§.pri. &.ij.
o .l. qui per colluſionem.§. pretij.ff. de actio empt.l. quintus.ff.de annuis. leg.l.deducta. in prin.ad trebel
p in.l.ſi quis.§.ex hoc edicto ff.eod.
q .l eo tempore.§.fin. ubi Bar. ff.de pecu. .l. non dubium. ſupra de legib.
r In lib. ſuppuratio. ſecundo,cap.xi.
ſ .l.ſi quis ab alio.§.i. .ff.de re.iud.
t .l.iiij §. ſed ſi quis. ibi not.ff.fin. reg.
u .l.argentarius. §. cũ autem.ff.eod.
x .l.harum,ubi glo.ſi. in ſi.ff. ſi ſer. uend.
a .l.ſi uero plures. §. cum autem.ff.de his qui.deiece. uel effu.
b d.l.ſi quis ab alio §.i. ff. de re.iud. inſti.de uerb. oblig. in prin.

gat, quare actionem in factum non ideo contra argentarium, uel num-
mularium prætorem polliceri dicam, quia ad faciendum, ſiue edendum
rationes teneantur, ſed quoniam plura ſunt negotia quam uocabula,
quoties actionis deeſt nomen, toties prætor per in factum actionem
26 ſupplet,[c] dein ex alio quoq; primum Belloni aſſumptum labitur, †
quandoquidem in caſu noſtro non ſit argentarius, uel nummularius,
aut quiq; alius ſimilis principaliter, ac proprie obligatus ad edendum,
neq; hoc ipſum nominatim promittat,[d] ſicut principaliter, & proprie
obligatus eſt, qui facere quid promiſit, & qui non faciens pro intereſſe
pecuniam numeratam rependere compellitur,[e] nec me mouet, quod a-
libi per iuramentum in litem intereſſe probetur,[f] hic uero efficaces, &
27 proprias, pro intereſſe, probationes lex expoſcat,[g] † alio ſanè caſu, do-
lus, & contumacia obtemperare renitentis magiſtratus imperio puni-
tur, nimirum odio reluctantis, iuramẽtum, quod in litem appellamus,
aduerſarius pro ſuo arbitrio præſtat,[h] ſecus in materia editionis iſta, in
qua, tametſi alias culpa nolentis reſtituere rem puniatur, in id quanti
actor ſua intereſſe ueris probationibus oſtenderit, dolus autem & con-
28 tumacia eiuſdem per iuramentum in litem reprimatur,[i] † argentarij ta-
men non edentis culpa, niſi dolo malo proxima ſit, minimè per hanc
in factum actionem punitur,[k] differentiæq; rationem illam ipſe con-
29 ſpicor, † priore caſu, qui iudicis mandato obediens non fuit, ſua ſpon-
te reali, aut perſonali, uel etiam mixta actione erat aduerſario obliga-
tus, hic autem quum ex publica cauſa argentariæ officium deſcendat,
ex quadam publica neceſſitate coactus aliorum rationes deſcribere, il-
laſq; edere argentarius debet,[l] proinde cum argentario mitius, quàm
30 cum altero lex agi uoluit,[m] † nihilq; magis Bellono aſſentior, iuramen-
tum in litem præſtari in obligatione, quæ ad intereſſe ſuccedit, propter
factum promiſſum non præſtitum, nam Pauli lex,[n] contrarium omni-
no docet, eſt enim per quàm neceſſaria tunc ueri intereſſe plena proba-
31 tio,[o] † neq; in litem iuſiurandū lex defert, niſi dolus, aut contumacia rei
32 prius intercedat,[p] † ſimili modo nihil prorſus referre duxerim, quòd
33 ubi iudicis officium datur, ibi in litem iurari non poſſit,[q] † hoc planè
ſumma ratione inductum reor, ut ſi nulla ius dicentis officium obliga-
tio præcedat, nullum itidem intereſſe agentis meritò conijci poſſit,[r]
quamobrem ex antelatis ſuggeritur, communem plurimorum ſenten-
tiam Belloni rationibus nuſquam defendi, officiumq; iudicis pro exhi-
bendis rationibus haudquaquam tribui, huiuſq; rei ualidum eſt argu-
mentum, quòd ſingularis ſucceſſor utili actione in factum, non autem
officio iudicis rationes edere cogitur.[ſ] Nec ob id moueor, quia iudex
nonnunquam ſoleat pro his editionibus faciendis officium ſuum præ
ſtare, ueluti quum actor ad probationem ſuæ intentionis per reum edi
rationes deſideret,[t] aut etiam quia uel maxime intereſt, ne occulta hæ-
reditatis ſecreta pandantur, curet quandoq; ſuo officio iudex explorare
ea, per quæ probetur, quantum in bonis ſit, hæredem compellens ra-
tiones

c .l quia actionum. ff. de præſcript. uerb.

d d.l. argentarius uer. ideo. ff. eod.

e d.l. ſi quis ab alio. §. i. ff. de re iudic.

f d.l. iiij §. ſed ſi quis. ff. fin. regund. l. qui reſtituere. ff. de rei. uend.

g d.l. argentarius. §. cum autem.

h .l. ij. ff. de in litem iuran.

i d.l. ij ff. de in lit. iuran.

k .l. ubi l. quædam. §. his autem. ff. eod.

l .l. argentarius. ff. eo.

m .§. præterea. in ſti. quib. mod. re. contrah. oblig. l. ſi ue-henda. §. idem iuris .ff. ad legem rhod. de iact.

n d.l. ij. ff. de in lit. iur. Bar. in. l. ſtipulationes nō diuiduntur col. ij. & iij. ff. de uerb. oblig.

o l. unica. §. in alijs in fr. de ſenten. quę pro eo quod inter.

p d.l. ij. de in lit. iuran.

q d.l. harum actionum ibi glo. fi. in. fi. ff. ſi ſer. uend.

r .l. ſi quis ex argentarijs. § ex hoc edict. ff. eod.

ſ .l. quædam. §. is autẽ .ff. eod.

t .l. l. in fi. eod.

tiones defuncti, hæreditaria inſtrumenta, ac pupillorum rationalia ſi-
bi ſoli exhibere,[t] qui omnes caſus quum ſingulares ſint, tum ab orbita
quocꝗ communi facile recedunt, propterea in conſequentias haud ge-
34 neraliter producendi. † Necꝗ alio tempore inſtrumenta, uel rationes ex-
hiberi poterunt, quàm poſt iudicij ingreſſum,[u] quem litis conteſtatio-
nem prudentes appellant, ſic enim de teſtibus eſt receptum,[x] qui ean-
dem cum inſtrumentis uim ſolent in terminãdis litibus obtinere,[a] aut
ſi ante litis exordium ea quis ediderit, niſi poſt cœptam litem ipſa rur-
ſus aduerſario exhibeat, nihil per primam editionẽ egiſſe creditur, ob e-
35 amꝗ ſolam editionem ſententia dici non poterit,[b] † quandoquidem
inſtrumentum ubi in iudicio nõ exhibetur, haudquaquã probet,[c] Su-
pra ſciptis tamen locum fore ſcias, quando probationis gratia inſtru-
36 mentorum, ac rationum editiones fiunt, † aliud erit dicendum, ſi ut de-
liberet reus, ediderit actor, tunc ante conteſtatam litem omnia, quæ ad
deliberationis cauſam pertinent, edenda erunt, pone quòd in libello ali
cuius inſtrumenti, eiuſꝗ obligationem referẽdo meminerit, ad illudꝗ
ſe ſe retulerit actor, cum primum certè id exhiberi neceſſe eſt,[d] & ſi non
nunquàm Bartolus hac de re contrarium ſenſerit, quin etiam ſi in hu-
iuſmodi inſtrumento alterius inſtrumenti mentio fieret, eius quocꝗ in
37 ſtrumenti ab initio poteſtatem actor facere deberet,[e] † prædicta uera
ſunt, ſibiꝗ locum facile uendicant, ni reus ueriſimiliter de memoratis
contractibus alioqui inſtructus eſſe poſſit, eo caſu nõ teneretur ad exhi-
bitionem actor,[f] Quo autem in loco rationum, inſtrumentorumꝗ e-
38 ditiones præſcriptæ fiant, quæri ſolet, † & ibi neceſſario fieri ab iurecõ-
39 ſultis reſponſum eſt, ubi fuerunt hæc eadem initio celebrata,[h] † quam-
obrem ſi iudicium alibi ageretur, rationes quidem, aut inſtrumenta ad
locum iudicij perferri poſtularentur, debet id petens ſuis uiatici, & ue-
40 cturæ ſumptibus omnino conſequi,[i] † ſed pone ad locum iudicij uel
prædonum incurſu, uel hybernis tempeſtatibus, uel maris inquieti ſæ-
uicia, aut ſimili periculo imminente, inſtrumenta aſportari, uel ſatis tu-
to minime poſſe, nunquid in lite ſuccumbet? quoniam inſtrumenta in
ſpici non potuerunt, qui inſtrumenta proferri deſiderabat? & inquit
Bartolus,[k] ad iudicem tunc pertinere, idoneos quoſꝗ homines eò lo-
ci tranſmittere, ut originalia introſpiciant inſtrumentorum, demum ef-
fectum, ac ſubſtantiam eorundem iudici renuncient, quod ſanè ius u-
no maxime caſu ſeruare neceſſitas ipſa iudicẽ impellit, uelut ſi in archi-
uo publico illius loci duntaxat originalia inuenirentur, ſin uero hic pe-
tens editionem, ſuo periculo adferri in locum iudicij inſtrumenta con-
tendat, quia forſan magis illi expediat, ut ea ſubijciat oculis iudex, quã
ex aliorum relatione ſententiam poſtea dicat, audiendus utiꝗ erit, ei-
uſꝗ periculo, & ſumptibus periculum prominens ſubibit,[l] quamuis
nonnullos quandocꝗ legerim ab hac ueriori opinione plus æquo inſi-
pidè diſſentientes,[m] qui nec Bartoli, nec cuiuſquam alterius de quæ-
ſtione propoſita fabulantis mentem rectè deprehendunt. Solent & hic

A iij plericꝗ

t .l. pen. §. fi. ff. ad. l. fal.
u .l. poſtquam. §. ſi di-es, Bar. ff. ut legat. no-mi. caue. Bar. in tra-cta. ad reprim. in uer ſi. de plano. col. 1. in fi.
x c. 1. & per totum, ut lit. non. conteſta.
a .l. in exercendis, infr. de fi. inſtrum. c. cum dilecta. de cõfir. utili uel inutil.
b .c. ueniens, ll. ij. de te-ſti. Federi. de ſenis conſil. 160. caſus ta-lis. col. fi. uerſi. non obſtat &c. Ant. de But. in. c. cum dile-ctus. uerſi. nos autẽ col. fi. de ordi. cogni.
c Bal. in. l. ij. ff. eod.
d Innocen. Hoſtienſ. Io. An. Ant. de Buti in. c. ex epiſtolæ. de probationi. Bal. in ſi fi. infr. de præci. imp. offer.
e Bal. in. l. incluſile. cir-ca fi. uer. item not. ff. de legib.
f .l. ij. ff. eod. Innocen. in d. c. 1. de proba-tio. Bar. in. l. poſtq̃. §. ſi dies. ff. ut lega nom. caueat. Bar. & Bal. in. l. edita. infr. eod.
h .l. prætor. §. fi. & ibi Bal. per illum tex. ff. eod.
i d. l. prætor. in fi. cum .l. ſequenti.
k In d. l. prætor. §. fi. per tex. in c. accepi-mus, de fi. inſt. & l. iudices, infr. de fid. inſtru.
l Argu. l. unde quæri-tur. in prin. ff. com-mod. l. ſed ſi hæredi-tas. §. 1. ff. ad ex hib. Bal. & Paul. caſtren. in d. l. prætor. §. fi. ff. eod.
m Deci. in. cap. 1. de probat.

pleriq; omnes de coniunctione præſcriptæ rubricæ cum antecedentibus diſſerere, ſubinde anxie perquirentes, cur magis de edendo, per gerundium, quàm de editione, per nomen, hunc titulum legislator inſcripſerit, quas porrò minutiſſimas quæſtiones his, qui eas theorematibus tantum nugalibus ad nauſeam uſq; excuſerũt, totas relinquemus, quum hic dici haud immerito ſic illud poſſit.

In ſteriles campos nolunt iuga ferre iuuenci.

IN LEGEM PRIMAM CODICIS IVSTINIANI DE EDENDO SVMMARIA ZOANNETTI.

1 Rodulphi Pij Cardinalis Carporum maximi auguſtiſſima origo ſummatim exarata.

2 Depoſitum expeditam paratamq; habet executionem.

3 Depoſito non poteſt compenſationis exceptio, uel non numeratę pecuniæ obijci.

4 Depoſitum ubi nominatim à regula iuris lex non excipit, ſub eadem continetur regula.

5 Ratio præter alios, cur teneatur reus poſitionibus actoris reſpondere, ſicque aduerſarij intentionem probare, quum inſtrumenta, uel rationes actori edere ad intentionẽ probandam minime cogatur.

6 Argentarius, uel nummularius tenetur etiam cõtra ſe actori edere rationes, ſi modo mãdatum de ſcribendis illis ab eodem actore, uel eius procuratore factum fuit.

7 Fœminæ uirili opera fungi prohibẽtur propter fœminei ſexus pudorem.

8 Mercatores, ad inſtar argentariorum, ſuas rationes edere debent.

9 Mercatores dicuntur ſemper habere tacitum mandatum, de ſcribenda ratione cõmuni.

10 Ratio quare mercator teneatur in ſuo codice rationem communem exſcribere.

11 Mercatores non tenentur edere rationum libros, quos domi ſecrete habent pro eorum inſtructione.

12 Reus ad intentionem fundandam edere actori tenetur, ſi iudici ob non leuem cauſam uideatur.

13 Fiſco reus ad intentionem fundandam in ciuili iudicio inſtrumenta edere quando compelli poſſit.

14 Priuilegium iuri communi derogare minus, quàm ſit poſſibile, debet.

15 Eccleſiæ ſicuti fiſco reus ad intentionem fundandam edere debet.

16 Argumentari licet de fiſco ad Eccleſiam ex identitate, uel rationis maioritate.

17 Agenti pro cauſa matrimonij edere oportet reum ad intentionem fundandam.

18 Reus inſtrumentum libertinitatis agenti pro libertate exhibere debet.

19 Reus in cauſa dotis, in cauſa ſtudij, & miſerabilium perſonarum edere actori debet.

20 Vſurarius, aut ipſius hæres edere ſuas rationes actori (quum de uſuris quæritur) compellendus eſt.

21 Iudæum fœneratorem non teneri ad rationes edendas actori noua ratione contra alios demonſtratur.

22 Limitatio ad clem. primam in. §. cæterũ. de uſur.

23 Iudæus, qui pro pignore aut pro re pignori connexa conuenitur, ſuas rationes edere mercatoris exemplo, actori debet.

24 Connexa eodem iure cenſentur, quo res principalis.

25 Iudæorum conſuetudo in accipiendis pignoribus pro cautione mutuatæ pecuniæ.

26 Vſurarius, qui uſuras exercere deſijt, quãdo actori rationes ſuas nihilominus edat.

27 Infamia uſurarij aboletur reſtitutis uſuris.

28 Publicanos non edere actori ſuos libros noua ratione contra pleroſq; uerius eſt.

29 Publicanus cum primũ quis efficitur, non aliquo ſpeciali iure in ſui præiudiciũ eſt afficiendus, tametſi in uſurario ſit ſecus.

30 Incompatibiles ſunt in eodẽ ſubiecto hæ qualitates, pbus & uſurarius, ſecus de publicano æſtimatur.

31 Nautæ, caupones, & ſtabularij non ideo minus probi eſſe poſſunt, quia artem illam exerceant.

32 Epiſcopo ſunt edendæ rationes ad Eccleſiam ſpectantes per ſui deceſſoris hæredẽ.

33 Socius, tutor, procurator, negotiorum geſtor tenetur rationes officij ſui conficere & domino poſtea petenti edere.

34 Frater adminiſtrans bona minoris fratris ad conficiendas rationes adminiſtrationis, & illas edendas poſtea lege iubetur.

35 Rationes officij uel adminiſtrationis ſuæ non conficiens conuenitur nihilominus, per iuramentumq; in litem condemnatur.

36 Venditor inſtrumenta, quibus probetur, rem uenditam diſtrahentis fuiſſe, uel intra certos includi fines, emptori pro defenſione rei edere debet.

37 In-

37 In ſuter: à principio aliquid, eſt difficilius, quam ſactum confirmare..

38 Emphyteuta, & uaſallus inſtrumēta emphytheutis, uel feudi quando edere domino teneantur.

39 Bona omnia præſumuntur emphyteutica, uel feudalia, quando emphytheuta requiſitus non edit inſtrumentum emphyteuſis, neq; iurat, ſe illud non habere.

40 Rex non poteſt imperare, ſuum Baronem ac cerſiri, ut inſtrumenta de tali oppido, quod poſſidet, oſtendat.

41 Titulum ſuæ poſſeſſionis cogitur nemo patefacere.

42 Edere ſibi inuicem actor & reus in duplicibus iudicijs inſtrumenta, uel rationes debent.

43 Editio ſemel facta non conceditur iterum, niſi ex cauſa iudici editionem rurſus fieri libeat.

LEX PRIMA.

Imperator Antoninus Pius Aemilio.

IPſe diſpice quemadmodum pecuniam, quam depoſuiſſe te dicis, deberi tibi probes, nam quòd deſideras, ut rationes ſuas aduerſaria tua exhibeat, id, ex cauſa, ad iudicis officium pertinere ſolet.

HVius conſtitutionis autor fuit Antoninus Pius decimus ſextus Romanorum Imperator, qui antea ſimplici nomine Antoninus appellabatur, demum poſtea ad imperiale culmen, auſpicibus dijs, euectus, ea pietate, & clementia erga omnes fuit, quòd nō tantum Aurelium, & Lucium, filios in imperio ſibi adiunxerit, ſed & Reges plurimos, principes, optimateſq; de finibus, aut alia quaque re, hoſtili animo ſimul certantes, ſua ingenij dexteritate, animiq; probitate, pacatos, & ſine ullius iniuria facile dimiſerit, Scipionis exemplo ſæpiſſime dicens, malo unum ex ciuibus meis ſeruatum iri, quàm hoſtium millia trucidari, ut inde religioſiſſimum Pij cognomen ab omnibus iuſte hic imperator demeruerit, Romanum imperium duos & ui-
1 ginti annos, menſes tres unà cum filijs fœliciter obtinuit, † moriens deniq; prolem ſuam haud profectò degenerem per immemorata æui ſæcula (non niſi deorum præcipuo nutu) perpetuam reliquit, quæ his adhuc noſtris temporibus, & Romæ, & in Aemylia adeo ſui decoris ornamento præfulget, ut Rodulphus Pius Carporū Cardinalis Maximus parentis ſui Antonini pietatem, iuſticiæ æquanimitatem, ingenij ſplendorem non æquarit modo, ſed longè ſuperarit, cuius antiquiſſima, & natali pietate, parētem patriæ ipſum Romani nunc merito uocitent, puriſſima ipſius religione cultor orthodoxæ inſtitutionis fidiſſimus ubiq; nominetur, clementia comis, & placidus, caſtimonia ſpecioſus, probitate prudentiſſimus, iuſticia integerrimus & undequaq; incorruptus prædicetur, pro quibus meritis ſacroſanctus Pōtifex Paulus. iij. & inuictiſſimus Cæſar Carolus quintus illum quantopere diligant, ac ueneretur, facile eſt iudicare, cuius altiſſima diuini Imperatoris negocia qua ſumma fide, quā uehementi ſolertia, qua excelſi ingenij ſui induſtria, qua peruigili, & indefeſſa animi cura, qua ingenti & omnimoda ſui erga Cæſarem deuotione, & piè & religioſe tractet,

neq;

neq; calamo ſcriptor quiſq; celeberrimus aſſequi, neq; ingenij nobili-
tate nobiliſſimus alter concipere animo poſſet: Qui planè Imperiali &
pio ſanguine genitus, non minoribus animi tui uirtutibus florere Pie
Rodulphe poſſes, tua namq; auguſta domus, à pietate, & demẽtia piũ
ſibi nomen aſciuit, Cæterum de his alias, ad inſtitutum redeo, Libello
coram Cæſare inſtabat Aemilius, ut fœmina, quam apud ſe iure depo-
ſiti pecuniam detinere aſſeuerabat, ad exhibendas rationes compellere-
tur, his enim rationibus ſperabat Aemilius, depoſitum pecuniæ proba-
re poſſe, cui imperator in hæc prope modum uerba reſcripſit, Non de-
bet aduerſaria tua ſuas tibi edere rationes, niſi officio ſuo iudex, ex cau-
ſa eam adſtrinxerit, idcirco te pecuniam depoſuiſſe, non alienis, ſed pro-
prijs rationibus doce, neq; reſcripto huic aduerſatur, quòd ſpecialiter
2 depoſito multa in iure tributa ſunt, † expeditam ſanè & in promptu
3 habet executionem, [n] † neq; ſolet compenſationis, aut non numeratæ
4 pecuniæ exceptione ſuſpendi, [o] † nam depoſitum, in quibus caſibus
de regula iuris communis nominatim per legem non excipitur, ſub ge-
nerali iuris diſpoſitione intelligitur comprænendi, [p] unde actor, qui à
ſe ipſo inſtructus eſſe debet, & probationes de domo reorum ſumere
nequit, inſtrumentis, uel rationibus aduerſarij, depoſitum minus pro-
bare poterit, [q] Enimuero ſupradictis obſtat, quoniam tenetur reus
poſitionibus actoris deiurio etiam præſtito reſpondere, eiuſque con-
feſſio intentionem agentis abunde tunc probat, [r] ſic itaque reus in id
adigitur, ut propria uoce, & indicio ſuo probationem actoris edat,
quod ſupra negauimus, & quidem non pauci dixere, quòd lex poſitio-
nis uſum conceſſit, ubi actor, quantum ſit ad rei confeſſionem, aliunde
inſtructus eſſe non potuit, non ſic in rationibus, uel inſtrumentis, quo-
rum poteſt actor aliunde exemplar habere, [ſ] huic tamen receptiſſi-
mæ opinioni ea ratione diſſentit Decius, quia paſſim in quibuſq; cau-
ſis poſitionum uſus frequens eſt, quod prædicti negant, his enim ſo-
lis caſibus poſitiones adhiberi ſentiunt, quibus actor, niſi per confeſ-
ſionem aduerſarij, intentionem ſuam probare nequit, melior igitur
(Decius ait) differentiæ ratio adduci poteſt, ſi confiteatur quid con-
tra ſe reus, eſt quod facilitati ipſius imputetur, & de ſe ipſo tantũ quæ-
ri poterit, ſecus ubi inſtrumenta, uel rationes proprias inuitus exhibere
compelleretur, eo nempè caſu contra propriam uoluntatem in iudicio
conuictus proculdubio ſuccumberet, nimirum lex inter hanc editio-
nem et illam confeſſionem diuerſum ius conſtituit, quam Decij opinio
nem præceptor meus ALCIATVS meritò refellit, nihil porrò eſt,
5 quod imputetur reo, qui peierare noluit, † Quare dixerim ego nouiſſi-
me, iſtius diuerſi, iuris hanc eſſe cauſam, licet iure ciuili interrogationes
admittantur ſolum iudicij inſtruendi non litis decidendæ cauſa, [t] ta-
men canonica lex, quæ ſummam æquitatem, ac ueritatis fidem imita-
tur, nil magis, quàm ut in omnibus bona fides agnoſcatur, anxie præ-
cipiens, [u] iuri noſtro longæuam (& quo facilius ſopirentur lites) po-
ſitionum

n .l. ſiquis. infr. depo.
o .l ſi. infr. de compenſa. l. in contractibus .§ ſed quoniã. infr. de non nu:ne. pecu.
p .l. in fraudẽ. §. ſi. ff. de teſtam. milit. Decius. in. l. 1. ff. de regu. iur.
q .l. qui accuſare. infr. eo. l. nimis graue. infr. de teſtib.
r .c. i. ij. de confeſſi. lib. vi.
ſ Doct omnes in c. i. de probat.
t .l. i. l. de ætate. §. qui interrogatus. Bar. ff. de inter. actio.
u .c. i. de pact.

ſitionum cõſuetudinem addens comprobauit,[x] ſicq; uti fiebant an-
tea interrogationes pro inſtructione iudiciorum, ita hodie poſitio-
nes fiunt pro litibus terminandis, quandoquidem in confeſſum nul
læ ſint iudicis partes,[a] & in hoc paululum bona fide ſuggerente, ci-
uili legi additum fuit, diuerſum penitus in rationum, uel inſtru-
mentorum editionibus iudicatur, quas ab inuito domino fieri mi-
nus bonæ fidei congruit, [b] quis enim imprudens fateatur rationa-
biliter cogi dominum, rationum ſuarum contra eius arbitrium a-
ctori copiam facere? quum id ab omni iuris ciuilis parte prorſus e-
xorbitet, deque re propria unuſquiſq; pro arbitrio diſponat, [c] quod
hic non obſcure Cæſar admonuit, ex cauſa ad iudicis officium per-
tinere, quæ nam ſint cauſæ, quibus editionem actori faciat, ex infra-
6 ſcriptis caſibus apparebunt, † Primus eſt, quando me, aut procura-
tore meo mandante, quiſquis ſit, uel argentarius, uel nummularius,
qui ſui officij gratia rationes conſcripſerit, tunc ad me pertinere ra-
tiones, & illas edi, mea intereſſe dicitur, quamobrem mihi licet cõtra
eos agenti, edendæ erunt, [d] quod minime in dubium reuocatur, ſi
aduerſum te, cui de ſcribendis rationibus mandatum fecerim, expe-
rirer, at ratio diuerſa eſt, quum agitur contra illum, cui mandatum
hoc nõ fuerit, prout lex noſtra quæſtionem in fœmina, cuius opera
in argentariæ, nummulariæue menſæ officio non eſt adhibenda, [e]
ſpecialiter definxit, quo nempè caſu edere non compellitur, [f] quam-
uis hac in lege contrarium, ex cauſa, caueatur, iſtum obicem enoda-
bant pleriq;, ut fœmina argentario cuipiam hæres ſucceſſerit, merito
ex cauſa, ſicuti argentarius, ad editionem cogi poſſit, [g] aut quia per
ſeruum, procuratorem, uel inſtitorem nummulariam menſam ipſa
exercuit, poterit etiam ex cauſa iuſte compelli, [h] quæ ſententia pro-
babilis mihi uidetur, quoniam lex nõ id munus fœminis uetuerit,
quòd effectus muneris ſint incapaces, per iniquum ſanè uideretur,
7 liberæ capaci denegari, quod ſeruo incapaci concederetur, † ſed quo-
niam pudor fœminei ſexus non patitur, uirili opera fœminam per-
8 fungi, [i] & id quoq; ALCIATVS in Decium animaduertit, †
Simili modo ad inſtar argentariorum, debere mercatores ſuas ratio-
nes edere, communi opinione non pauci addicunt, crebra adeo inno
leuit conſuetudo, ut mercatores quæcunq; mercando egerint in ſuos
9 rationum codices adſcribant, † quod & ſi mandatum de ſcribendo
expreſſe ab illis non fuerit, cum quibus mercimonia contraxerunt,
ueruntamen tacite ob inueteratam conſuetudinem mercatores ipſi
10 tale mandatum ab eiſdem ſuſcepiſſe creduntur, [k] † hancque ad
mercatores extenſionem illa præſertim ratione probauerim, com-
mercium promercalis rei, quod eſt contractum inter mercatorem
& alium, nequit ſcindere mercator, dum in codicem rationum il-
lud ex ſcripto redigit, ſed tam propriam, quàm alterius, cum quo
contraxit, rationem, & cauſam habens deſcribit, cum ſit unifor-
mis actus, ſectionemque non admittat, quo quidem caſu uideor

x c. dudum ſſ. ij. de elect. clem. ſæpe. §. & quia. ibi glo. in uerb. longæuus. de uerb. ſignifica.

a l. i. infr. de confeſ.

b c. i. de probatio. l. iij. §. penu. ff. ad exhib.

c l. dudum. infra. de contra. empt. l. in re mandata. infr. mandat.

d l. prætor. in prin. l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. l. argentarij. in prin. l. quædam. §. nummularios. ff. eod.

e l. pen. ff. eod.

f Glo. in. l. in fraudẽ. §. neq; inſtrumenta. uerſi. edi. ff. de iure fiſci.

g l. ſi quis ex argentarijs. §. cogetur. l. quædam. §. nihil. ff. eod.

h l. prætor. §. ſed ſi ſeruus. ff. eod.

i l. ſi maritus. infra. de procurat.

k l. ſi. in ſi. infr. de fideiuſſor. l. uel uniuerſorũ. ff. de pig. actio. l. titianus. ff. quod. cum eo.

(quantum

(quantùm ad mei fauorem pertinet) mercatori latenter mandaſſe,
quòd illam in ſcriptis redigeret rationem, [l] & ita ego ſentio, quam-
uis Decius poſt aliquos ſutili argumentatione contrarium alioqui
11 tentauerit,† nõ procedit tamen ſupraſcripta concluſio in libris,quos
domi clanculum pro eorum inſtructione ſola mercatores habent,li-
brorum enim huiuſmodi, & eorum, qui palam in officinis haben-
12 tur,diuerſa ratio, longaque differentia eſt,[m] † Secundus caſus eſt in
eo, qui non tenetur actori edere, uel ratione præcedentis mandati,
uel ex alia cauſa in iure expreſſa, ſi tamen religioni iudicantis ex non
leui cauſa uidebitur,ut quoniam actori ſine eius culpa probatio pe-
rijſſet ad edendum poterit compelli reus, [n] quod & imperator hic
Antoninus ſcitiſſime explicat, atque antea ſuo edicto prætor ſecun-
13 dum Pauli Vlpianiq; interpretationem compertius declarauit, [o] †
Tertius caſus eſt, in fiſco agente, cui ex priuilegiato iure inſtrumẽta
propria reus edere debet, [p] duntamen ciuili iudicio cõtendat fiſcus,
alioqui criminaliter ſi ageret,ad editionem reus minime adigeretur,
[q] prædicta in fiſco uera ſunt, ubi non poſſet aliunde fiſcus, quàm à
reo inſtrumenta,uel rationes conſequi, cõtra ipſe arbitrarer, ſi poſſit
14 uel à notario eadem iure ordinario recipere, † tũc priuilegium,quo
minus iuri communi deroget,quàm ſit poſſibile, haud immerito e-
15 xoleret,[r] † quæ omnia tametſi in fiſco procedere mox retulerim,nõ
minus tamẽ ad Eccleſiam eadem, aut maiori forſan ratione erũt pro
16 ducenda, † perpotens namq;, & iuſta argumentatio eſt, ut cum di-
xerim, fiſco quid ſingulari iure concedi, id ipſum Eccleſiæ æque nõ
denegari, [ſ] quocirca ad edendum Eccleſiæ, ſicuti fiſco pro intentio-
17 ne fundanda reus tenebitur, † quod ius & in his, qui pro matrimo-
18 nio inſtant matrimonij fauore haud difficulter eſt receptum, [t] † cõ-
ſimili libertatis ratione cogetur reus libertinitatis inſtrumentum a-
ctori præſtare, ne qui ſuam libertatem docere cupiũt, probationum
19 inopia ſeruile iugum infœliciter ſuſtineant,[u] † idem uel quum de fa-
uore dotis, [x] miſerabilium perſonarum, aut ſtudij, [a] agitur à pleriſ-
20 que exiſtimatum eſt,† Quartus caſus eſt, quũ de uſuris agitur, de-
bet uſurarius pro utilitate actoris ab initio edere rationes, [b] idq; iu-
ris in ſuis uel extraneis eiuſdem hæredibus ad amuſſim ſeruandum
cenſeo,[c] ſed in Iudæo fœneratore idem quoq; ius ſtatuendũ frequẽ-
tiore opinione eſt comprobatũ, haud enim minus ſuas edere ratio-
nes infidelem Iudæũ, quàm chriſtianũ, tametſi improbũ, æquũ pu-
21 tant,[d] † uerũ ipſe hac ratione ab omnibus diſſentio, quoniã de uſu-
ris hodie cũ Iudęo propter cõceſſa eis priuilegia nuſquã agitur, quã-
22 quam iure põtificio aliud reſpondendũ ſit,[e] † merito decretalis cle-
mentina, quæ uno tantũ caſu, ſi de uſuris agatur, fœneratorem ede-
re compellit, nõ habebit locum in Iudæo, qui pro uſuris minime cõ-
uenitur, quare nõnullos pro fœneratore Iudæo, quamuis nõ hac in-
opinata ratione, alijs tamẽ leuioribus argumentis, alioqui reſpõdiſſe
Decius refert, [f] & licet Iudæum cenſura Eccleſiaſtica ad edendum,
uti Chri-

[l] Bar. in. l. quæ dotis nu. 21. ff. ſol. ma. per. l. ſi remunerand. § ſi paſſus. ff. mand.

[m] Abb. in. c. i. de probat. Car. in clem. i. §. cæterũ. in. v. oppoſi de uſur. Bal. in. l. i. §. rationes. ff. de eden.

[n] Innocen. in. c. i. de probat. deciſ. rotæ. 213. incip. licet pars in noui. l.

[o] l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. cum. l. ſequenti ff. eo.

[p] l. nec quiſquã. ff. eo. l. ij. §. diuus. il. primo & §. item diui. ff. de iure fiſci.

[q] d. §. item diui. in fi. de iur. fiſci.

[r] Arg. c. ſanè, de priui. d. l. ij. §. diuus, il. primo. ver. ſi uerũ aliter. ff. de iur. fiſc.

[ſ] l. fi. ſupra de ſacr. ſan. Eccle. glo. not. in. l. an uſusfruct. ff. de uſufruct. glo. & Bar. in. l. ſi uſusfru. municipibus. ff. de uſufruct. leg.

[t] Io. An. in addit. ſpecul. in tit. de inſtru. editio. in. §. uiden. uerſi. ex præmiſſis idem Io. An. in. c. i. ubi doctores reliqui de probatio.

[u] l. ſicut data. infr. de liber. cauſa.

[x] Roma. in. l. i. ff. ſolut. mat.

[a] Aut. habita. infra. ne fili. pro patr.

[b] Clem. i. §. cæterum de uſur.

[c] c. tua nos. de uſur.

[d] Glo. in. d. §. cæterũ. in uer. cenſura. Bal. in. l. i. §. rationes. ad fi. ff. de edend.

[e] c. poſt miſerabilẽ de uſur.

[f] In. c. i. nu. 20. de probatio.

titi Chriſtianus fœnerator adſtringitur, arctari nō poſſe exiſtiment,
23 † tamen reor codicem rationum ſuarum edere, mercatoris exemplo,
tunc poſſe cogi, ubi de pignore contra ipſum quis ageret, aut de re
24 pignori cōnexa iudicium haberetur, † quia in annexis idem ius eſt,
25 g † irroborata namque, & illeſa conſuetudo inſtat, ut fœneratores
hebræi in pecuniis ſub pignore mutuandis diem, annum, menſem,
debitoriſq; nomen, pignoriſq; genus, cum eiuſdem qualitatibus in
codicem rationum iudaico idiomate ſtatim exarent, nimirum & ſi
non expreſſim, ſaltem tacite mandatum à debitore, de huiuſmodi
ratione conficienda, factum creditur, h propterea illam edere Iudæus
26 debebit, i quod ſupra de mercatore differens fuſius attigi, † quid
autem iuris ſit in uſurario, qui fœnerari deſueuit, ex eo manifeſtius
deprehendimus, quòd argentarius, qui argentariam facere deſiit,
ad editionem nihilominus compellitur, k qua ratione & uſurarium
27 compellendum plerique uerius perhibent, l † niſi conſtet omnino uſuras ab eo reſtitutas fuiſſe, tunc edere ſuas rationes non poteſt adſtringi,
28 ut pote, nota infamiæ exacta, m † Hæſitatur adhuc nunquid, conſtitutio reprimens uſurariam improbitatem, compellenſque fœneratorem actori edere, ad publicanos rectè produci queat,
& Bald. n Alexand. atque Decius producendam crediderunt, quum
lex æque flagitia in his, ut in uſurario præſumat, o Pontanus uero,
Aretinus, & Iaſon contra, quibus nec Alciatus diſſentit, & ego præter omnes iſtos manifeſtius affirmo, proinde uel quæritmus de controuerſia, quam cum fiſco, aut de controuerſia, quam cum alio ratione uectigalis publicanus habet, & ſanè priore caſu, rationes, uel
inſtrumenta fiſco agenti publicanus exhibet, non quia de publicanis lex male ſentiat, ſed quia in priuilegium ſpecialiter id fiſco aduerſum quoſcunque, etiam non publicanos tribuit, p at ſequenti caſu,
quando litem cum extraneo publicanus habet, nō opinarer ad edendum compelli, ſicuti compellitur uſurarius, lex namque ſtatuit nihil,
præter ius commune, in publicanos, niſi ſub conditione quadam
perpetrati facinoris, id eſt, ſi publicanus, eiuſúe familia ui quidquam
ademerit, aut ſi damnum iniuria, furtum ué fecerit, q & iſtis caſibus ignorat nemo, cum pœnam iu publicanum conditionaliter lex
præſtituerit, tum quòd de crimine agitur, probationes ab actore meridiei luce lucidiores prorſus exquiri, nec prius publicanum extraordinario iure deuinci, quàm de flagitio conuictus fuerit, r † idcirco
29 cumprimum quis publicani nomen adeptus ſit, non ſpeciali aliquo
iure, in ſui præiudicium, ſed communi duntaxat ad iudicium uocatus coercetur, neque aliud iure noſtro ſancitum reperies, ſ contrarium in uſurario ſumma ratione probauerim, hic enim ſtatim fœneratoris nomen quum habet, haud leuiter peccat, inciditque in Clementis edictum, merito pro uſuris conuentus rationes proferre de-
30 bet, t † ſunt quidem incompatibiles, atque inuicem contradicunt in
eodem ſubiecto eæ qualitates, probus, & uſurarius, u quod in pub-

g Oldr. conſil. 126. natura cuiuſque.

h .l. fi. in fi. infr. de fideiuſſor. l. titianus .ff. quod, cum eo.

i .l. ſi quis ex argentariis. §. pertinere. l. prætor, in prin. l. argentarius. in prin. .ff. eod.

k .l. prætor. §. is etiā .ff. eod.

l Bar. in d. §. is etiā. & in. l. quis ſit fugitiuus. ff. de ædil. edic. Angel. in. l. ſi cur. §. ſuperuacuū. ff. quib. mod. pign. uel hyp. ſol. Bal. in. l. improbum. in fi. infr. de infami.

m .c. cum tu. de uſur. Bal. in rub. infr. de uſur. in ij. q.

n In. l. diſſolutæ. infr. de condic. ex. l.

o .l. quantæ. ff de publican. & l. i. eo. tit.

p .l. ij. §. diuus. il. primo. & §. diui. ff. de iur. fiſc.

q .d. l. quantæ. & l. i. de publican.

r .d. l. quantæ.

ſ .d. l. quantæ. & toto tit. de publica.

t .d. clem. i. §. cæterū. de uſur.

u .l. ſcripturæ. infra de fid. inſtru.

licano nō ſic eſt, cuius nomen cum probitate in eodem homine ca-
tenus cōuenit, quatenus improbitas, & dolus in eo compertiſſime
31 probetur, [x] † Nec forſan abſimili ratione in nauta, caupone, & ſta-
bulario, idem reſponderi poſſet, quorum flagitia quamquàm legi-
bus maxime odibilia ſint, [a] nō quoquam tamen ſpeciali iure in eos,
niſi cōuictos, aut confeſſos animaduertunt, nec ob id ſolum, quòd
nauigiam artem, uel cauponariam, aut ſtabuli exercent (ſi modo in-
noxiam uitam uiuant) peioris eſſe conditionis cæteris cenſentur,
qua in re à Baldo, Alexandro, & Decio noſtro nō inique defecerim
ego, Quintus caſus eſt, ubi reus in iudicio rationibus utetur, tum
illas actori totas exhibere debebit, [b] uti latius antea docui, [c] Sextus
caſus eſt, quando probaret actor ſuas eſſe rationes, licet in alterius
charta deſcriptæ forent, [d] idem ſi cum reo communes eas habere aſ-
firmet, [e] uel iure adminiſtrationis præteritæ ſibi tradendas actor pe-
32 tet, † ut quū Epiſcopus ab hærede ſui deceſſoris ad Eccleſiam ſpe-
33 ctantes rationes deſiderat, [f] † idem in ſocio, tutore, procuratore, &
negociorum geſtore, qui ratione contractus rationes noſtras face-
34 re, nobiſcꝫ petentibus tradere debent, [g] † aut ſi frater bona minoris
fratris adminiſtrauerit, conficere, & exhibere adminiſtrationis ra-
35 tiones tenebitur, [h] † quas hi ſi nō confecerint, nihilominus con-
36 ueniuntur, & aduerſus eos in litem iuratur, [i] † cæterum inſtrumē-
ta quocꝫ, quibus probari poſſit, rem diſtractam, & uenditoris fu-
iſſe, & intra certos fines includi, deſideranti emptori pro defenſio-
ne rei edenda eſſe, reſponſum eſt, [k] ſed hæc omnia iure potius actio-
nis proprij cōtractus, quàm hoc edicto, de edendo, poſtulari, ni-
hilcꝫ ad propoſitam materiam pertinere, uerius eſt, Septimus ca-
ſus eſt, cum actor editionem à reo poſtulat ad iuuandam ſuæ in-
37 tentionis originem iam fundatam, [l] † difficilius enim quid à prin-
cipio poteſt induci, quàm antea factum cōfirmetur, [m] itacꝫ ſi docue-
ro, mutuaſſe me tibi pecunias, idcꝫ ſit plene probatū, potero, ut quā-
titas pecuniæ certa appareat, petere tuas rationes exhiberi, [n] uel etiā
38 iuramētum, de ſumma pecuniæ mutuatæ mihi deferri, [o] † eò quocꝫ
pertinet, quādo uaſallum, uel emphyteutam inſtrumētorum feudi
uel emphyteuſis copiam facere, dominus requirit, cui planè emphy-
teutam teneri (ſi modo emphyteuſis ipſa nō negetur, & iuſiurandū
de calumnia præſtet dominus) poſt ſpeculatorem Angelus defen-
dit, [p] idcꝫ in uaſallo per omnia eſt receptum, [q] ſin autem iurati cō-
tendant nullum ſe habere inſtrumētum, certaque bona feudalia, uel
emphyteutica nihilominus demonſtrent, nō uidētur ulterius uexan-
39 di, [r] † alioqui, nō iurantibus ipſis, eorum bona præſumerētur feu-
dalia, & emphyteutica omnia, [ſ] quę ſic in uaſallo, uel emphyteuta in-
ducta aliqui exiſtimant, quia tali caſu nō uidentur ad intentionis ori-
ginem domini fundandam edere, ſed ad cōfirmandam tantū, hinc
40 nō ab re quæri poterit, † ſi Rex, aut princeps baronem ſuum accerſi-
ri iubeat, ut quæ iura habet in tali oppido, quod poſſidet, ſibi oſtēdat

alias

x .d.l. quantæ.
a .l.i. & toto tit. ff. nau. caup. ſtab.
b .l.i. §. edenda. ff. eo.
c ſupra. eo. in rub.
d .l.iij. §. interdum. ff. ad exhib.
e .l. procurator. infr. eo.
f Paul. Caſtr. conſil. 226. lib. ij.
g .l. quædam. ff. eo. l. lucius. §. tutelæ. ff. de admini. tut.
h Soci. conſil. 213. & in conſil. 192.
i .l. penul. ff. de in lit. iur.
k .l. titius. la. ij. l. credi tor. ff. de actioni. empt. l. fi. ff. pigno. act.
l .l. fi. infr. eo. arg. l. qui cōcubinā. §. ij. ff. de leg. iij. l. pen. in. §. fi. ff. ad. l. fal.
m l. ſi donatæ. §. ſi ſpō ſus. ff. de dona. int. uir. & uxor.
n Arg. Bar. in. l. ad monendi. col. ix. ff. de iure. iur.
o Raym. de Forli: in. l. i. ff. de in lit. iur.
p In. l. prætor. §. i. per illum tex. ff. eo. Iaſ. in. l. ij. in xv. quæſt. infr. de iur. emphy.
q Glo. In. c. i. §. illud. de prohib. feu. alie. per Federl. & in. l. ij in uer. iurata. infra. quando. & quibus. quar. pars. lib. x.
r Glo. in d. l. ij.
ſ c. uaſallus. il. primo ubi doct. ſi de feud. fuer. contr.

aſias de oppido ipſum exiget, iure an id poſſit: & nõ poſſe pluſquàm
41 manifeſtum eſt, uocatioque prædicta ipſo iure nulla erit, [t] † quan-
doquidem ſuæ poſſeſſionis titulum patefacere cogatur nemo, [u] &
ad originem petitionis fundandam cõuentus regulariter arctari ne-
42 queat, [x] † ſed quid in duplicibus iudicijs: in quibus uterque actor
eſt, & reus, [a] & mutuo edere debere Baldus tradit, [b] & licet non
paucos retulerim caſus, quibus adſtringitur quis ſuo, ex cauſa, ad-
43 uerſario edere, † tamen quum iſtud ius editionis iteratũ actũ admit-
tere non ſoleat, amplius quàm ſemel, niſi ex cauſa, editio fiet, [c] atque
toties edi recte poſtulabitur, quotiens iuſta ſuberit editionis cauſa, [d]
hæc quidem hactenus. Reliquum foret diſpicere, huiuſmodi editio-
nes, quæ hoc prætoris edicto cõtinentur, quo iure fieri recte poſtu-
làbimus, quod alibi ſatis uentilatũ, [e] nunc minime recenſeo, cur au-
tem ſit, quod argentarij, tabellionesue, quibus inſtrumenta conſcri-
bere, uel rationes confici mandatur, actione mandati ad hæc eden-
dum non compellantur, id uel à Bartolo, & ſequioribus haud indo-
cte explicatum hic æque omitto.

t Bar. in. l. i. de conduct. & procur. rerum fiſc. lib. x.
u .l. cogi. ſupr. de pet. hæredi.
x ut in. l. noſtra.
a .l. in tribus. ff. de fundi.
b In. l. inſtrumenta in fr. de fidei com.
c .l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor. in fi. ff. eo. l. illatæ. infr. de fid. inſtr.
d .l. ueluti. §. hęc uox ff. eo.
e ſupra in rub. eo.

IN LEGEM SECVNDVM IVSTINIANI CODICIS DE EDENDO SVMMARIA.

1 Intellectus nouus præter alios omnes ad l. iſtam.
2 Iudex qui ſecundum factas probationes tantum iudicat, hàud ſuum impartitur officium non petenti.
3 Iudex certam ſententiam pro uiribus ferre debet.
4 Res inter alios acta quale quale præiudicium cæteris affert, & quãdo plene noceat, quod inferius quoque diſſeritur.
5 Verba illa, ad inueſtigãdam ueritatis fidem, non poſſunt niſi ad iudicem referri.
6 Actoris officium, item rei quale ſit.
7 Omnes hactenus traditi ad hanc legem intellectus optimis ſpeculationibus refelluntur.
8 Iuſſus ab iudice ſententiam, uel inſtrumẽtum aliquod exhibere, ſi non edat, poterit per iudicem priuari uſu illius inſtrumenti, quod inferius opportune declaratur.
9 Iudex poteſt certum terminum præſtituere alicui, intra quem agat, quo elapſo non amplius auditur.
10 Impoſſibilitas faciendi excuſat quem à pœna contumaciæ, & ab alijs huiuſmodi quæ illi obijci poſſent.
11 Contumacia ſola quando ſufficiens eſt, ut contumax priuetur iure ſuo.
12 Contumacia maior quæ ſit.
13 Iudex ſubrogatus habet ipſo iure apud ſe acta, quæ erant penes ſuum deceſſorem.
14 Alciati præceptoris minus probabilis opinio.
15 Publicum de iure ciuili quid ſit.
16 Lex iſta de quibus publicis actis ſenſerit.
17 Fiſco non edit reus criminalia inſtrumenta contra ſe.
18 Multiplex ratio, cur geſta in uno iudicio non probent in alio.
19 Acta non ualent in iudicio facta ſine partis citatione.
20 Acta ex inſtantia iudicij omnem firmitatem capiunt.
21 Res inter aliquos acta quando inter alios probet, præter alios quoq; doctores traditur.
22 Acta, quæ publicam formam habent ubiq; ſemper pro ſic geſtis habentur, eiſque adhibetur fides.
23 Titulũ ſuę poſſeſſionis poteſt, quis per inſtrumentũ cum alio celebratũ probare.
24 Teſtes non aliter probant, quàm ſi aduerſarius ad id citatus fuerit.
25 Teſtium depoſitiones in uno iudicio factæ probãt in alio, quod ad eundem primi finem tendit.
26 Teſtium depoſitiones non publicatę nõ niſi in prima lite probant.

27 Res inter alios acta nocet alijs, quorum poteſt in conſequentiam intereſſe, non ſic eandem geſtam fuiſſe.

28 Præiudicat ſibi, qui ſciens patitur, uel in agendo, uel in defendendo ſe præcedi ab alio, qui ſequi deberet.

29 Res inter alios acta plenè probat inter eos, qui iuris fictione ijdem eſſe cum alijs cenſentur.

30 Ratio longè diuerſa inter Pauli & Pomponij reſponſum traditur contra Accurſium & ſequiores.

31 Coheres, uel ſocius præſumitur ab altero coherede uel ſocio inuicem tacenter habere mandatum, & agens ſimpliciter pro cauſa communi prodeſt, uel nocet alteri, prout litigij alea tulerit.

32 Succeſſori ſingulari tribuit lex omne ius, quod eius autor habebat in re alienata.

33 Nouo & ueraci quidem ſenſu aduerſum doctores duo ſunt Marcelli & Martiani reſponſa elucidata.

34 Quale quale præiudicium ſemiplenam probationem ſignificat.

35 Confeſſio facta in uno iudicio non nocet in alio inter diuerſas perſonas, licet de re eadem iurgantes, deque huius concluſionis ratione.

36 Reſponſio ad ſolam interrogationem referri poteſt.

37 Confeſſio, quibus caſibus non præiudicat, ſi iuuetur alijs probationibus conformibus plenè probat.

38 Confeſſio facta in uno iudicio uel plenario uel ſumario plene probat ſemper inter eaſdem perſonas, licet alia diuerſa lis agatur, quod limita ut infr. ſub nu. 41.

39 Confeſſionis uires non immutat iudicij qualitas.

40 Confeſſio uera, & confeſſio ficta non ſunt eiuſdem uirtutis & roboris.

41 Confeſſio procuratoris poteſt ſolum nocere domino in ea lite, qua datus fuit procurator, non etiam in alia, quàm inter eaſdem perſonas.

42 Nuncij confeſſio perinde nocet domino, ac ſi dominus ipſe ore proprio fuiſſet confeſſus.

43 Nuncius, ſicut epiſtola, puras domini uoculas renunciat.

44 Nuncius in negocio commiſſo nudum præſtat miniſterium, nihilque commiſſioni ſibi datæ poteſt addere, uel detrahere.

45 Nuncius à procuratore, & è contra omnino differt.

46 Faciens aliquid per nuncium, uel per epiſtolam cenſetur ipſe proprie, & uere illud facere.

LEX SECVNDA.

Imperatores Seuerus & Antoninus Auguſti Fauſto.

IS, apud quem res agitur, acta publica, tam criminalia quàm ciuilia, exhiberi ad inueſtigandam ueritatis fidem iubebit.

NOn pauci ſunt qui legem uarijs modis intelligant, diſſenſio-
niſque huius cauſam dicunt, quòd actorum huiuſmodi edi-
tio cui fiat, non explorate ſatis per legem hanc indefinite, ac
1 fuſius undique conceptam liquet, † cæterum de ſingulis priuſquam
lectionibus ipſe diſſeram, poſt alios eam tu ſolam interpræratio-
nem huic reſcripto præcipuam habe, Conſulti imperatores, nun-
quid is, qui aliqua de re ſententiam ſit laturus, poſſit ex mero eius of-
ficio, abſq; ullius imploratione ſcribam, penes quem acta publica,
uel ciuilia, uel criminalia, in alio dictata iudicio extant, ad edendum
2 ipſa ſibi compellere, † quod porrò iuriſdictioni ipſius, qui ſuum
non petenti officium haud quaquàm exhibere ſolet, [b] congruere
minus uidebatur, atque ſententiam ſecundum ea, quæ in iudicio
probata

b l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infect.

probata ſunt, dicere debeat,[c] quas probationes ſi non præſtiterit actor, dimittetur à iudicio reus,[d] igitur ad iudicis officium non imploratum à quoquam id munus an pertineret merito dubitabatur, denique res difficilior ob id quoque fiebat, quòd iam paſſim omnibus illa regula, res inter aliquos acta, fidem inter alios non facit,[e] haud incognita eſſet, nimirum actorum iſtam exhibitionem non admodum utilem ſuſpicari poterant omnes, & Auguſti ambo reſcripſerunt Fauſto petenti eum, qui cauſam cognoſcit, actorum ciuilium, aut etiam criminalium, quæ publica ſint, editionem, ut fides ueri appareat, ſibi fieri, iubere debere, finge enim, ex duobus cohæredibus, alterum modo contra me actione in factum ad intereſſe a-
3 gere, debebit iudex utique, † cui certam indubitatamque ſententiam, pro uiribus ſuis, dicere cordi lex eſſe uoluit,[f] & intereſſe petitum, quale, quantumue ſit, peruigili induſtria exquirere,[g] ſcribam ad edendum ſibi acta, quibus me alio iudicio condemnatum alteri cohæredi fuiſſe pro ſuo tunc quoque intereſſe agenti conſtat, quo certior, quàm ſit poſſibile, de hoc ſententia proferatur, officio ſuo compellere, neque aliud imperiale reſcriptum iſtud de geſtis, in ci-
4 uili cauſa loquens monere iudicem uoluiſſe reor, † Nec me mouet, rem inter alios iudicatam cæteris non obeſſe, nam & ſi minus plenum in caſu propoſito cæteris præiudicium afferre dicamus, leue tamen, ſeu quale quale ingerere poteſt,[h] quinimo & poſſe defendi reor, ſi tempore prioris litis bona hæreditaris communia erant, pleniorem eo caſu fidem in ſequenti iudicio facere,[i] quod infra paulò fuſius attingam, idcirco ueritatis agnoſcendæ gratia, & ut certam ferat ſententiam, poterit huius iudicij acta ſibi edi iudex iubere, Aliud huiuſce legis exemplum erit, quum iudex ex inquiſitione tutorem cõfirmat,[k] uel per ſuam inquiſitionem ipſe creat,[l] aut ſine accuſatione ex compertiſſimis geſtorum argumentis à tutela eum remouet,[m] quibus porrò caſibus ad ius dicentis officium pertinet ſcrutari, an inter pupillum, pupilliq; parentes, & tutorem graues, quas capitales uocamus, inimicitiæ interceſſerint, quæ nihilo magis conciliatione adhuc fuerint abolitæ,[n] uel ut (Azo [o] inquit) ſi tutor accuſabatur de crimine, quod pœnam capitis, id eſt ſtatus, uel pœnam ſanguinis, aut mortis, inferebat, quare debebit iudex ſua inquiſitione ad perquirendam ueritatis fidem illas accuſationes criminaliter, & publice in alio iudicio inſtitutas exhiberi ſibi imperare, uel ſi priuſquam tutor aliquis crearetur de crimine expilatæ hæreditatis fuerit accuſatus, aut de furto,[p] & nunc, cum datur tutor, uelit inquirere iudex de ipſius moribus, de fama, de honeſtate, edi ſibi faciet illas criminales accuſationes, ut ex his deprehendat, nunquid inſons, uel potius obiecti criminis noxius hic tutor fuerit, perhibent enim de ſe ipſis huiuſmodi acta perpetuum teſtimonium,[q] & ſi qua iuſta cauſa eſſe uidebitur, à tutela eum iudex reijciet,[r] hunc itaq; ſenſum cum in ciuilibus tum in criminalibus actis noſtræ legis fuiſſe, interpres quiſque iuſtus

existima-

c .l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſi.
d .l. qui accuſare inſtr. eo.
e tot. titu. infr. res inter alio. act. & tot. tit. infr. quibus res iudi. non nocet.
f . §. curare inſt. de act. l. quid tamẽ. §. Pomp. ff. de arb.
g .l. unica. §. in alijs inſtr. de ſent. quę pro eo. quod intereſt.
h .l. à ſentẽtia. in prin ff. de appella. glo. in .l. ij. in uerſi. præiudicari. infr. quibus. res. iud. non nocet. & hic in glo. mag.
i .l. res hæreditarias. ff. de crimi. expil. hæred.
k .l. 1. circa fi. l. tutores. ff. de confir. tutor.
l .l. ſcire. §. eos. ff. de tutor. & cur. dat. ab his.
m .l. tutor. §. præterea. ff. de ſuſpect. tutor.
n .l. pater. §. cum à patre. ff. de teſtamen. tutel. l. tutor. §. ſi tutor. ff. de ſuſpec. tutor.
o Glo. in. §. inimicitiæ. inſti. de excuſ. tutor
p .l. tutor. §. nunc uideamus. ff. de ſuſpe. tutor.
q .l. geſta. infr. de. re. iudi.
r .d. l. tutor. §. ſi tutor. ff. de ſuſp. tuto.

5 exiſtimabit,† præſertim quòd legis uerba illa, inſpicienda ad inueſti-
gandam ueritatis fidem &c. non ad quenquam alium, actorem, uel
reum referri, niſi ad iudicem iuſte poſſunt, cuius proprium eſt, &
omni eius ſtudio, certam promere ſententiam,[s] & ueritatis fidem,
6 ſua iuriſdictione omnino per quirere,[t] † at nempè actoris officium
illud eſt, ut quæ libello ſuo fuit complexus, in iudicio eadem uera eſ-
ſe demonſtret,[u] ſimili modo è contra, ſeſe defendat ab actore reus,
non etiam ad utrius eorum curam pertinet, apud iudicem ueritatis
fidem inueſtigare, quum alter intentionis ſuæ duntaxat probatio-
7 nem, alter defenſionis propriæ ſolum tutelã paret, † Ab omni pror-
ſus ueritate auerſum opinor, iudicem appellationis (quod in primo
legis intellectu Accurſius uoluit) in caſibus illis, quibus lex non iu-
bet, eum ſua inquiſitione quidquàm definire, ſed lites ordinario tan-
tum iure, ſecundum probationes & acta dirimere, mandare, uel iu-
dici à quo, uel parti, contra quam fuit appellatum, ut prioris inſtan-
tiæ acta ſibi inſpicienda exhibeat,[x] quandoquidem adductæ leges
id minus ſignificẽt, ſolam enim conſtitutam pœnam in iudicem, qui
appellationi iuſtæ non detulir, ipſæ referunt, aduerſuſq; eundem, qui
apoſtolos ultro, & acta omnia cauſæ ad iudicem appellatum non
tranſmiſerit infamiæ pœna innituntur,[a] & acta, de quibus lex no-
ſtra meminit, quum publica ſint, non apud partem aduerſam, ſed pe-
nes actuarium, & ſcribam publicum, qui ea conficit, reſidere debent,
[b] quare non poterit ad hæc edendum, quæ publica ſunt, pars ipſa
cogi, tametſi Bartolus incurioſe hic contrarium firmet, ſic quoq; di-
xerim ego, quæſtionem, quam iſti legis ſenſui, de illo, qui à iudice
monitus ſententiam, uel inſtrumentum non exhibet, admouit Bar-
tolus, haud probè hic conuenire, ſed quoniam uſu plerunq; euenit,
ne quis edat ad imperium iudicis ſcripturas, uel quæ inſtrumenta ha-
8 bet, ideo uerba de hoc facere, indecens nequaquam crediderim,† Iuſ-
ſus edere ſententiam, ſi non exhibeat, iudicis tunc erit officium, Bar-
tolus inquit, interloquendo pronunciare, ut ſi aliquo tempore in-
ſtrumentum illud de hinc appareat, uiribus omnino careat,[c] huic-
9 que opinioni, argumento illud eſt, † ſicut iudici conceditur præſti-
tuere terminum alicui, intra quem agat, elapſoq; termino non au-
diatur amplius de re illa litigans,[d] eadem, uel pari ratione poterit in-
ſtrumẽti, aut ſententiæ, exhibitionem ſua autoritate in odium con-
tumacis perpetuo inhibere, quæ in re tres commodius poſſunt caſus
fingi, aut hic à iudice interrogatus, iuſſuſq; ſententiam proferre, ne-
gat ſententiam huiuſmodi eſſe latam, ſi hoc quidem per mendaciũ
dicat, uelut quia rumor, uel præſumptio contra ipſum inſtet, Inno-
centij, atque Bartoli uera eſt deciſio,[e] alioqui ubi nulla opinionis
10 coniectura aduerſus hunc immineret,† quum impoſſibilem ſibi e-
ditionis cauſam alleget, nil ei imputandum foret,[f] neque pœnam
contumaciæ ſubijt, qui impoſſibilia non conficit,[g] idemq; ius in ſe-
cundo caſu per omnia erit, ſi confiteatur latam fuiſſe ſententiam, ſe
autem

s .d.§.curare.d.l.i. in fr. de ſentẽ. quæ pro eo. quod. inter. profer.
t .l. iudices. infr. de iudici. c. iudicantem. xxx. quæſt. ii.
u .l. actor. infr. de proba.
x .l. ne cauſas. l. à proconſulibus. infr. de appella.
a .l. eos §. apoſtolos. .d l. à proconſulib. .d. l. ne cauſas. infr. de appellat.
b Glo. in rub. infr. de tabula. lib. x.
c Innoc. in c. g. perpetuus. de fid. inſtr.
d .d. l. titia. ff. de accuſat.
e .l. nõ alienum. ff. de interro. actio.
f Glo. in c. i. in. uer. potuerit. de reſtit. ſpol. lib. vi.
g .l. contumacia. §. fi. ff. de re iud.

autem habere illam neget, Innocentio & Bartolo, cum ſuperiori tamen diſtinctione, tum ego aſſentior, quod & Decius hic haud quoque refellit, Tertio caſu quando facultatem edendi ſententiam habet ueruntamē iuſſus nō edit hic uere eſt cōtumax, & Bartoli opinio indiſtincte probanda eſt, ut iure deinceps utendi ſententia, quam certui
10 coſe renuit edere, priuari æquiſſimum ſit, † uerum enimuero dubiū inſurgit, quod iure ſuo ob ſolius cōtumaciæ cauſam priuari ſoleat ne
11 mo,[h] † quem obicē tolles, ſi de maiori cōtumacia, hoc eſt, quia præſens à iudice monitus non edat,[i] propoſitam quæſtionem intellexeris, ſic planè ius proprium, & ſi nō immediate mediate ſaltē cōtumaci huic aufertur,[k] Interpretatur ſecundo legem Accurſius, quod etiā de principali cauſa recte loquatur ſi diu abſuit actor, cui poſtea reuerſo geſta illo abſente exhiberi imperet Iudex,[l] quod itidem minime probo, illa namque uerba legis, ad inueſtigandam ueritatis fidem &c. neque actori, cuius operam in ſua duntaxat intentione probāda uerſari ſcimus, neque reo, cuius proprium eſt, ſeſe fugiendo tueri, ullo pacto cōgruere poſſe puto, ſoli itaque iudici, qui operam, ſtudiumue diligens in cauſis adhibet, ad ueritatis fidem elucidandam, huiuſmodi uerba dicta eſſe credārur, eadem ratione certiores fimus noluiſſe imperatores loqui de illa teſtium publicatione, quam per tabellionem Iudex litigatoribus fieri mandat,[m] licet quinto loco putet Accurſius ſic quoque legem poſſe intelligi, Rurſus idem gloſſator procedere legem aſſeuerat, quando motam litem, defuncto iudice, per ſucceſſorem diffiniri oportet, tunc quæ geſta fuerunt ad inquirendam ueritatem ſibi ſucceſſor exhiberi iubet,[n] quem ſenſum illa ratione dam
12 no, † quod ipſo iure ſint apud ſucceſſorem acta, uti proprie apud deceſſorem ſuum fuerant,[o] alioqui ex duobus alterum nos fateri neceſſarium foret, aut in anteceſſoris locum nō eſſe iudicem hunc ſubrogatum, aut ſubrogatum ipſum, quæ apud ſe acta haberet exhiberi eadem ſibi calumnioſe peteret, quorum neutrum eſt probandum, dein & illud æque perabſurdum admitteremus, indubitatam prorſus legis ſanctionem fuiſſe, nō certe ante cōſtitutionem iſtam diffitebatur, uel quærebat aliquis, utrum geſta coram iudice primo edenda ſucceſſori eius poſtea eſſent, quum nec olim, nec hodie poſſit ſubſtitutus Iudex ſine libello, & reliquis geſtorum actis ſententiam recte dicere,[p] Denique minus autumo, poſſe hoc idem reſcriptum de iudice illo intelligi, qui publicis interpellatus negocijs iure nouo ſemel in conteſtatione litis, rurſus in medio, iterum in fine cauſam duntaxat audit,[q] quoniam antea per centena temporum luſtra promulgata lex noſtra de cōſtitutione aliqua poſtmodū lata præſagire neuti quā potuit, Nōnulli ſunt præterea, qui futili quodam ſenſu rurſus atque denuo legem noſtram dilanient, quorum ſingulas opiniones referre, codiceſque uerboſos, & ob id infrugiferos componere, nephas
13 ipſe duxerim. ACTA publica tam criminalia, quàm ciuilia &c. † Alciatus colendiſſimus hic præceptor noſter legem (ut opinor) in

C uerbis

h Glo. notab. in l. i. § hoc iudiciū. in uer. iudicium. ff. ſi quis. ius. diceni non obtemp.

i Bal. in l. ij. infr. quo. & quand. iud.

k .c. ij. de. confeſſ. lib. vi.

l .l. properandum. § & ſi quidem. infra. de iud.

m .l. ij. ſupr. ut lit. pen.

n l. mortuo. ff. de iud.

o .l. i. §. hæc actio. in uerſi. plenius. ff. ſi quis. teſt. lib. eſſe. iuſ. fue. §. fuerat. inſtit. de actio. glo. fi. in. l. quamuis. ff. de reb. eo. qui. ſub tut.

p .l. fi. infr. de fidei cōmiſ. liber. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſi.

q auth. ad hæc. inf. de iud.

uerbis illis,acta publica,ſtrictim,& pluſquàm deceat ſpecialiter eno-
dauit,ad rem enim uel publicam,ſeu fiſcalem,uel ad cauſam publico
rum iudiciorum partem hanc legis referendam cenſuit,de illis uero
actis,quæ in iudiciali foro apud magiſtratum inter litigatores de cau
ſis priuatis fiunt,imperatores ſenſiſſe haud quaquàm putauit, quũ
iure noſtro acta hæc nõ publica, ſed forenſia,aut priuatorum rectius
appellentur,[r] quanquàm talia priuatorum acta iure pontificio, aut
recentiorum potius conſuetudine publica nunc ipſa quoq; uocen-
tur,at mihi id minus probabile uidetur, quòd generalis edita lex ad
15 nõnullos ſpeciales quoſdam caſus facile reſtringatur,† maxime quia
& iure ciuili publicum id merito dicimus quod autoritate publici
officij,& coram magiſtratu conficitur, [ſ] nimirum in propoſito caſu
iudicialia acta non iure canonico , aut recentiorum tantum uſu, ſed
16 iure noſtro ciuili publica uocitata fuere, [t] † quare de actis publicis,
hoc eſt iudicialibus , quæ coram iudice per Notarium his cõficiendis
præpoſitum geſta ſunt,atq; ideo publica dicuntur,item de quibuſq;
alijs (ſi modo inueniatur) quorum nomen itidem publicum ſit,au-
guſtos generaliter hac in lege diſſeruiſſe profiteor, nec uidebantur
17 criminalia acta exhibenda, † quum eadem fiſco , cui lex priuilegia
undiq; multa tribuit,nihilo magis edantur, [u] crebriore tamen ſen-
tentia id in confeſſo receptum eſt,ut non edat fiſco reus contra ſe cri
minalia inſtrumenta,cęterum Notarius, aut quiſquis alius publicã
in officio ſuo perſonam gerens ad exhibitionem actorum crimina-
lium,quibus etiam inſtrumentorum eſt nomen,[x] non inique com-
pelli poterit,[a].

EXHIBERI inſpicienda ad inueſtigandam ueritatis fidẽ &c.
uerba legis in quæſtionem deducunt ſcribentes,nunquid in uno iu-
dicio geſta argumentum probationis in alio præſtent, & probatio-
nem præſtare legis ſenſus,& uerba hic perhibent, quamuis alioqui
18 pro regula ſit cõſtitutum,inter alias perſonas fidem nõ facere, † uel
quia res inter alios actæ ſeu iudicatæ nõ obſint alijs,[b] ſiue quòd fa-
19 cto alterius quiſquam affici non debet,[c] † ſiue quia acta,ut ualeant,
partis citatio eſt neceſſaria,[d] & reſpectu tertij citatio aliqua nõ fuerit,
20 uel,quod & probabilius eſt,† quoniam acta ex inſtantia iudicij om
ne robur,& firmitatem capiunt,cui inſtantiæ tertius nõ ſubijcitur , [e]
21 † ſed ab hac iuris uulgatiore regula aliqui caſus excipiuntur,quos ut
fidelius ipſe doceam,quàm gloſſator,Bartolus,& pleriq; omnes fe-
cerint,ſic præmonuerim,aut eſt quæſtio,an geſta in uno iudicio ha-
beantur deinceps pro ſic geſtis ubiq;,ut de ſe ipſis duntaxat teſtimo-
nium ferant,aut nunquid acta in uno iudicio afferant in ſequenti li-
22 te præiudiciũ,† Priore caſu nemo ambigit,ſi in publicam formã re-
dacta hæc fuerint,ubilibet poſtea pro ſic geſtis,proque ſic confectis
23 cenſeri,[f] † itaq; publiciana,qui experitur,poterit ſuæ poſſeſſionis ti-
tulum per inſtrumentũ cũ alio celebratũ probare,[g] poteſt æque poni
exemplum in literis credentiæ,quibus fit ex publico fides, aliquem

eſſe

r .l. comparationes. infr. de fid. inſtru. l. in fraudem. §. ex his. ff. de iur. fiſci.

ſ .l. publicati. l. teſtamenta. infr. de teſta.

t .l. geſta. infra. de re. iud. Innocen. in. c. i. de fid. inſtr.

u .l. ij. §. item. ff. de iur. fiſci.

x Bar. in. l. in fraudẽ. §. nec. ff. de iur. fiſci.

a ut in hac. l.

b infr. ſin rub. res. inter alio. act. & in ru. quib. res. iudi. non noc.

c .l. non debet. ff. de reg. iur.

d .l. ſi quando. §. ſed cum oportet. infra. de teſtib.

e Bal. in. l. ij. in. ſij. no rab. infra. de fid inſtru.

f .l. geſta. infra. de re. iudi. Bar. in. l. cum lite. ff. iud. ſol.

g Bal. in rub. res. int. ali. act. in fin.

eſſe in tali uico notarium, ac pro notario inibi publice habitum,[h] uel
litem in tali iudicio fuiſſe conteſtatam, citationes factas, aliaqꝫ huiuſ-
modi peracta,[i] Secundo caſu utrum geſta in uno iudicio probatio-
nis fidem in alio perhibeant ſic rectius diſtinxeris, aut de atteſtationi
bus teſtium, de ſententia ac de reliquis (citra cõfeſſionis ſpeciẽ) pro
batorijs actis quærimus, aut de cõfeſſione ipſa diſſerimus, primam
partem rurſus ſecueris, quoniam uel res agitur inter eaſdem, aut in-
ter diuerſas perſonas, aut inter eas, quæ iuris fictione eædem cenſen-
tur, Primo caſu, quum inter eaſdem perſonas res uerſatur, ſiquidem
24 in eodem met iudicio,† & obeſſent nempè teſtium depoſitiones ad-
uerſæ parti ad id monitæ, alias nõ citato aduerſario minimè præiudi
25 carent,[k] † ſin autem in alio iudicio, quo ad eundẽ primæ litis finẽ ten
26 dat, geſta omnia in priore facient præiudiciũ in ſequenti,[l] † hæc pla
nè in depoſitionibus teſtiũ, atteſtationibusúe eorum ita demũ pro-
cedere ſcias, dummodo atteſtationes ipſæ ſint publicatæ, cæterũ ubi
nõ fuerint in publicam fidem addictę, in alia, quàm in prima, nõ pro
babunt lite,[m] quod ultimũ nõ pauci ad appellationis cauſam, nec nõ
ad reliquũ cauſæ cognoſcendæ per iudicem in locũ demortui ſubſti-
tutum extendi etiam uolunt, quòd & ſi publicata nõ fuerint teſtium
dicta nihilominus duobus hiſce caſibus plenè probẽt,[n] ut hic quoqꝫ
Iaſon poſt aliquos firmat, quibus nõ parum uerba legis reſiſtunt,[o]
nolentis propter obitum iudicis cognitoris geſtorum publicam pe-
rire fidem, ex quibus nõ difficulter cõncimus, in illa inſtantia cauſæ,
cuius ſucceſſor iudex cognitionem habet, teſtium profeſſiones, ſi pu
blicatæ nõ ſint, nullam fidem præſtare, idemqꝫ iuris à ſimili in appel
lationis cauſa cenſendum crediderim, Alio caſu quando inter diuer-
ſas perſonas, & in alio iudicio (licet de re eadem) cõtrouerſia eſt, nul
27 lum fit in ſequenti iudicio præiudicium,[p] † ab hac tamen regula ex
cipies, ſi acceſſorie, & per cõſequentiam quandam, nõ etiam princi-
paliter, poteſt nõnullorum uel maxime intereſſe, in priore ſcilicet iu-
dicio ea non ſic geſta fuiſſe, uelut quum fideiuſſor de ſententia inter
creditorem, & debitorem, pro quo fideiuſſit, lata quæritur, & appel-
lat, aut legatarius prouocat à ſententia, quæ inter ſcriptum hęredem,
& extraneum quempiam dicta fuit,[q] tunc celebrata omnia in prima
28 inſtantia nocent in ſequenti,[r] † idem eſt iuris, ſi is, cui primũ actio,
uel defenſio competit ſciens, uel ſequentem priorem agere, uel priorẽ
cauſam defendere patitur,[ſ] limitabis pariter uetuſtiſſimam regulã
iſtam, nõ procedere in terminis huiuſce noſtræ legis ſecundum ca-
29 ſus, quem finxi nuper, figuratam poſitionẽ,† Tertio caſu ſi inter eaſ-
dem iuris fictione perſonas de re eadem agatur, acta in antecedenti
iudicio quæcunqꝫ plenè probant in poſteriore, uti Paulo, Pompo-
30 nioqꝫ prudentibus recte complacuit,[t] † ſed utriuſqꝫ reſpõſi alia, atqꝫ
alia ratio adduci debuit, quãuis gloſſator hic noſter Accurſi9, illiuſqꝫ
ſequaces id uel imperfectè, uel inſcitiſſime etiam quandoqꝫ fecerint,
31 quamobrem in propoſito ſic dixerim,† pro crimine expilatæ hære-

 ditatis

h Bal. poſt Cinũ. in .l. comparationes. col. penul. infra. de fid. inſtru.

i vt hic Bart.

k .l. ſi quando. §. ſed cum oporter. infra. de teſti.

l .l ſi. infra. de teſt. l. cum antea. in ſi. infra. de arbit. l. ſed et ſi poſſeſſori. §. ſi. ff. de iure. iur.

m .l. geſta. infr. de res iudi.

n Bal. in l. prolatam. infr de ſenten.

o In. d. l. geſta.

p .l. ij. infr. de lib. cauſa. l. ſed & ſi poſſeſſori. in ſi cum. l. ſequenti. ff. de iure. iur. & infra. tot. tit. quibus. res. iudi. & tot. tit. res. int. alios act.

q .l. à ſententia. in. ij. & .iij reſpons. ff. de appell.

r auth. præſente infr. de fideiuſſ. l. ſi nemo. ff. de teſt. tute. l. eam quam. infra. de fideicom.

ſ .l. ſæpe. §. ſed ſcientibus. ff. de re. iud.

t .l. res hæreditarias. ff. de crim. expil. hęredi. l. hæredes. §. idem ſcribit. ff. fam. herciſ.

ditatis cohæres, ſi ſimpliciter pro ſe, proque omnibus ſuis cohæredi
bus agat, tanquam ab eis mandatum habens egiſſe creditur, quem-
admodum enim cenſentur ſocij latenter inuicem habere mandatũ,
ad peragenda fideliter ſocietatis negocia, & quod ab altero geſtum
erit, non poterit reuocare alter,[u] ita & cohæres, qui ſui cohæredis in
ea hæreditate quodammodo ſocius eſt, agendo pro cauſa, quæ totã
reſpiciat hæreditatem, cæterorum nomine in iudicio expertus intel-
ligitur, & uictoriæ palmam ſi attigerit, omnibus merito prodeſt,[x] di
uerſa eſt ratio, licet effectus nõ ſit abſimilis, in cohærede illo, qui emit
hæreditarij fundi partem ab eo, qui cohæredem alterum in petitio-
ne hæreditatis ſuperauerat,[a] cohæres hic namq; emptor in illa fundi
32 parte empta ſucceſſor dicitur ſingularis,† cui lex id omne ius, quod
ipſius autor in re alienata habebat, nõ immerito cõcedit,[b] nimirum
ſi res inter uenditorem & alterum ex cohæredibus iudicata cohære-
di alteri, qui emit & ſui autoris iure nititur, adiumento pleniſſime e-
33 rit,† uerum enimuero ubi cohæredũ alter in primo iudicio pro ſua
duntaxat hæreditatis portione egerit, quia pro diuiſo eam poſſide-
bant hæredes, aduerſamq; ſententiam tulerint, nõ ideo propter ipſi-
us ſuccumbentiam reliqui cohæredes præiudicio maximo afficien-
tur, tam & ſi qualecũq; haud ſanè plenum quin & cæteris irrogetur
præiudicium minime poſſit,[c] ſicq; Marcelli & Martiani reſponſum
34 nõ ſecus ex ſupraſcriptis diſtingui poſſe exiſtimo, † & hoc quale qua
le præiudicium quatenus extendatur, quæſiuerunt doctores, idq; ad
ſemiplenæ probationis ſpeciem produci crebriore ſententia exiſtima
35 tũ eſt, uti Decius hic ipſe retulit,† Nouiſſime inſtat diſputatio, nun-
quid cõfeſſio in lite facta, præiudicium in alio iudicio ingerat, & nul
lum præiudicium in alia inſtantia inter diuerſas perſonas de re eadẽ
36 ſimul iurgãtes parere certum eſt,[d] huius ego rationem eſſe opinor,†
quia declaratur, referturq; ad interrogationem ſolam reſponſio, non
autem ad nõ interrogata poteſt commode adigi,[e] iſtud ueruntamẽ
37 modificabis, locum habere,† niſi & in ſecundo iudicio aliæ adeſſent
probationes priori cõfeſſioni conformes, quæ confeſſionem ipſam
iuuarent, præiudicinm in ſecunda lite confeſſio inter diuerſas perſo-
38 nas eo caſu certe inferret,[f] † at in iiſdem perſonis eandem ſemper in
alio etiam iudicio probationem cõfeſſio præſtat,[g] nec refert in iudi-
39 cio ſummario an in plenario cõfeſſum ſit,[h] † confeſſionis enim inte
gritas ex qualitate iudicij non imminuitur,[i] aut principaliter an inci
40 denter,[k] † & huic cõfeſſioni in ſupraſcriptis caſibus locum fore di-
ces, quia uera & propria cõfeſſio fuerit, ſecus in ficta, ut ſi per contu-
maciam in cauſa ciuili cõfeſſus aliquis habeatur, ad criminalem cau-
41 ſam cõfeſſio huiuſmodi ficta non porrigetur,[l] † Rurſus in confeſſio
ne procuratoris, quæ in illo tantum, in quo datus eſt procurator, iu-
dicio poteſt domino obeſſe,[m] ſupraſcriptam cõcluſionem nõ proce
42 dere, Speculator cenſuit,[n] † cæterum quamuis in alia lite nõ noceat
procuratoris confeſſio, nocebit tamen confeſſio nuncij, qui propria
domi-

u Glo. ſing. in. l. nemo ex ſocijs. ff. pro ſoci. Bar. in. l. ciues. nu. xxxi. ff. ſi cert. petat.

x .l. ex parte. in prin. ff. famil. hercíſ. d. l. res hæreditarias.

a .d. §. idem ſcribit.

b .l. creditor fundum .l. titius. la. ij. ff. de act. empt.

c .l. ſæpe. ff. de re. iudi. l. a ſententia. in prin. ff. de appellat.

d .d. l. ſi ff. de interrogat. actio.

e .l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de inter. actio. §. præterea. inſt. de inuti. ſtipul.

f .l. iubemus. infr. de lib. cauſa.

g Bal. hic col. fi. facit .l. generaliter. infra. de non nu. pecu.

h Alex. in conſil. xiij. lib. i.

i Innocen. in. c. ij. de ord. cog.

k Bar. in. l. i. §. ſi quis ita. in fi. ff. de uerb. oblig.

l .l. ij. § diuus. ff. de iur. fiſci. & Bar. in. l. eius qui delatorem. ff. eo. de iur. fiſc.

m .c. ij. de confeſſ. lib. vi.

n Specu. in tit. de confeſſ. §. nunc uidendum. uerſi. ſed nunquid confeſſio procuratoris &c.

43 domini uox, & confeſſio eſſe dicitur, o † uti enim ſcribentis uocem
quocunque ſecum epiſtola perfert, ita nuncius puras, quas dominus
44 emiſit, uoculas ipſe renunciat, p † ſuique tantum ipſius nudum in il-
lo negocio miniſterium præſtat, q nec ei quidquam addere, uel de-
ducere, præter domini uocem, fas erit, r nihilq; ex ſuo capite perage-
re quibit, alias nuncij nomen huic improprie adſcriberetur, uereque
nuncius non eſſet, ipſæ ſ neq; diuerſam penitus à procuratore ſpeciẽ
45 retineret, † & tamen ſeparatam eſſe procuratoris, & nuncij cauſam
46 Baldus non inſubtiliter differens, alias monet, t † quare per epiſto-
lam, uel per nuncium quiſpiam quum quid agit, id illum proprie,
& non per interpretationem explicuiſſe u merito aſſerimus.

o Bal. in. l. i. col. xvi. uerſi. quæro nũquid per nuncium. infra de confeſſ.
p l. ſi. ff. de ceſſio. bono.
q .l. qui autem, §. conſtituere. cum. l. ſeq. ff. de conſti. pecun.
r .l. qui Romæ. §. callimachus. ff. de uer. oblig.
ſ Bal. in rub. infr. de exer. col. ij. uerſi. unde ſcias.
t Bal. in d. l. i. col. xvi infr. de confeſſ.
u .l. patet ex prouincia. ff. de manu. uindic.

IN LEGEM EDITÆ CODICIS IV-
IVSTINIANI DE EDENDO SVMMARIA.

1 Actionem hac in lege pro libello exponi minime decet.
2 Quibus ex partibus conficiatur libellus?
3 Actionem hodie niſi libello complexã, in iudicio non edimus, licet antiquitus obſeruatum aliter ſit.
4 Lex noſtra de qualicunq; editione, etiam ſine libello facta, intelligi poteſt.
5 Statue. iure canonico, ubi eſt dubium aliquid de iure ciuili & canonum ſanctio illud certius explicat.
6 Iure ciuili actionis nomen edendum.
7 Quid illud ſit quod expreſſum dicatur, & nu. xi.
8 In odioſis cum quid exprimi petitur, ſi ex coniecturis colligi poteſt, non ſufficit, ſed nominatim in ſpecie promendum erit.
9 Agnomina, prænomina, & cuiuſque rei cognomina proprij nominis uice funguntur.
10 Frequentiore uſu obſeruatum, ut libellum actores abſq; actionis nomine concipiant.
11 Libello ex more cõpoſito actionis poſtmodum inepte nomen ſi iungas totum delebis.
12 Ordinarius iudex quum apud ſe uti delegatum litem cognoſci iubet, neque id iudicium ordinarij iure, neq; delegati ualuit.
13 Dubius & generalis editus libellus contradicente reo inefficax eſt.
14 Non ſolum actoris, & rei conuenti, ſed iudicis quoque intereſt libellos inter litis auſpicia porrigi.
15 In Summarijs & breuiloquis cauſis petitio anceps inuito reo quãdo procedat.
16 Dubiam & perplexam petitionem in Summarijs cauſis, reo etiam tacente, ex officio dilaceras iudex.
17 Emendare quid ſit.
18 Quid uniuerſale, quid item generale ſit & hæc quantum inter ſe diſtent?
19 Particularis rei in libello mentio facta iudicio uniuerſali cœpto emendationem non impedit. ſi uniuerſalis, ſeu generalis cauſa ab initio ſuberat.
20 Declarata .l. ſi. ſi quo. ff. de peti. hæred. contra Bar. & ſequiores.
21 In iudicijs particularibus poſt litis conteſtationem emendari libellum poſſe placet.
22 Præpoſitio, in, pro coram minus congruere exponitur.
23 Nouo ſenſu contra omnes declarata lex noſtra.
24 Poſt litis conteſt. emendari libellum poſſe, ſi rem petitam minuat actor probarunt omnes.
25 In acceſſorijs ad rem petitã emendatione opus non eſt, ut plerique opinantur.
26 Vbi ante litis exordium correctionem libelli receptam Doctores addicunt, poſt ſi illico fiat, aduerſus omnes uana putatur.
27 Libello nimis obſcure concepto ad ſententiam uſque emendatio permittitur, dum tamen non contradicat reus.
28 Libelli obſcuritatem, obijciente reo, & actor non declaret, non ipſo iure, ſed per iudicem libellus repellitur.
29 Exceptio obſcuri inepti que libelli, quũ dilatoria ſit, ante litis initium proponitur.
30 Ipſo iure libellus quando eſt nullus, quonam pacto emendari poſſit, & quamobrem ipſo iure non ualeat?
31 Forma legis in libello criminali concipiendo ſi minus obſeruata ſit iure ipſo libellus deficit, & quando emendari poſſit?
32 Subſtantialia libelli infra ſtatuta tempora core

ra corrigi oportet,in his autem,quæ ſubſtantialia non ſunt,emenſo etiam tempore permittitur emendatio.

33 Libellorum ſubſtantialibus, uel tacite, uel expreſſe non renunciant partes.

34 Quamuis ciuiliter ex crimine irrogante infamiam agatur,non ſecus quàm ſi criminaliter quæſtio mota fuiſſet de libellorum ineptijs iudicandum erit.

35 Qualitatis emendatio, quæ facti ſubſtantiam remouet, ante lit. conteſtationem duntaxat recte fit.

36 Emendatio uſque ad ſententiam eſt recepta ſi per qualitatis emendationem condemnatio minor,aut maior fiat.

37 Noxali ſententia ad damni æſtimationem iudex dum expreſſe condemnat,facultatem dedendi pro noxia ſeruum tacite præſtat.

38 Factum,qui ſtipulatur, quod ſua etiã intereſt latenter ſtipulatum uideri.

39 Ratio præter Doct.ad. l.quod in hæredem.§.eligere.ff.de trib.

40 Declaratio libelli donec ſententia fertur non inique per actorem fit,& poſt latam ſententiam nonnunquam.

41 Quemadmodum primus libellus ſæpe corrigitur,ita in appellationis cauſa datus emendationem patitur.

42 Primæ inſtantiæ libellus in appellationis iudicio perinde corrigi poteſt, quàm ſi nulla ſententia dicta fuiſſet.

43 Ad exordium iudicij reſtituit litem appellatio.

44 Iudex appellationis ſuper meritis primæ cauſæ ſententiam dicit.

45 Libellum reus ſi ab initio acceptauerit, actori poſtea ius corrigendi non eſt.

46 Mutatio,aut actionis, aut rei, uel cauſæ, ante litis conteſtationem recepta eſt.

47 Actionum cumulus eodem iudicio admiſſus eſt generaliter.

48 Actiones pleraſque ſi una iungamus, libellis pluribus an opus ſit?

49 Ex pluribus,quæ ſpecie differunt,unum fieri numero,impoſſibile eſt.

50 Non actionum accumulatio duntaxat, ſed exceptionum quoque aggregatio conceditur.

51 Actiones cumulari quibus non liceat caſibus.

52 Per maiorem cauſam fit mora minori.

53 Criminalis actio,atque ciuilis diuerſa ratione competentes in eodẽ iudicio, quando cumulentur.

54 Cumulus actionum an admittatur,quando ex ordine una actio alterã præcedit.

55 Cumulationem non faciunt actiones plures alternatim propoſitæ.

56 Nouus intellectus ad.§. ſed neque. infr. auth. de fideiuſſ.

57 Iuramentum calumniæ ſuper actione addita, quando rurſus præſtetur.

58 Aequitas iudicis in eo eſt, ne id per quempiam fiat,quod ſibi non proficit,& alteri nocet.

59 Temere qui actionem edit,quam uel poſtea emendet,uel mutet, impenſas & dãna aduerſario reſtituit,quod & in fœmina,ruſticoque agentibus eſt æque receptum.

60 Tutor uel curator pro minore contra quenquam ſi libellum mutet, emendet, uel quid ſimile faciat,tenetur de ſuo peculio expenſas,& damna ob id aduerſario præſtare.

LEX EDITA.

Iidem Auguſti Valentiano &c.

EDita actio ſpeciem futuræ litis demonſtrat,quam emendari,uel mutari licet, prout edicti perpetui monet autoritas, uelius reddentis decernit æquitas.

APud Iudicem litigaturus ſic actionem inſtituat,ut reus futurã litem in ſpecie cognoſcat, uerum ſæpe ſolent primæ quæq; editiones emendationibus nõnnunquã nouis mutationibus indigere,quod Cæſar ſuo, Vlpianiq; exemplo in repetita codicis lectione

ctione uerum eſſe teſtatur, quare actori & hoc licere iudicis, perpe-
tuiq; edicti religione ſeruata, Auguſti ambo reſcripſerunt, aduer-
ſum tale reſcriptum inſurrexerunt quidem & fermè omnes, cur a-
ctio, quæ incorporalis res eſt, neque uideri, neque tangi poteſt, con-
uento edenda ſit nimirum actionem, pro libello conſcriptam, auto-
1 re Accurſio, uolunt, † At hæc ualde diſſimilia uidentur, quod actio,
quæ ius perſequendi dicitur, pro libello, qui eſt facti, ponatur, &
iura per q; diſtent ab ijs, quæ ſunt facti, legumlatores centuriatim
2 tradiderunt,[a] † Præterea libellus ex ſuis partibus, narratione ſcilicet
medio concludendi, ac ipſa concluſione conſtat,[b] quum actio hu-
iuſmodi partes abhorreat,[c] doctores tamen maxima id cum im-
proprietate uerborum fieri aſſentiunt, nos autem aliter Accurſio, ip-
ſiſue Imperatoribus, qui legem hanc tulerunt, placuiſſe arbitramur,
3 † quanquam hodie actio in iudicio non proponatur, niſi libello
compræhenſa ſit,[d] olim tamen legis noſtræ tempore quomodo
cunque uerbis, & per conſequens ad oculum intellectus, etiam ſine
libello editio fieret, regulariter legitima habebatur, eandem obtinẽs
autoritatem,[e] eo nanque reſponſo Vlpianus ſic monuit, reo agens
actionem edere debet, idemque reus ſtatuet actione cognita, con-
tendere an uelit, & ibi certiſſimum eſt, actorem abſque libello actio-
nem cum ſuis comitantijs edidiſſe, idem enim ſubiungit, edere eſt e-
tiam in libello complecti &c. ſicque primo reſponſo de actione ſine
libello, denuum cum libello edita ſequenti capite edixit, mutanda i-
4 gitur † non ſunt uerba legis noſtræ, quæ de actione per qualemcun
que demonſtrationem intellectualem, etiam ſine libello edita intel-
ligi poteſt, hunc ſenſum Accurſium habuiſſe, negabit nemo, qui e-
um inibi diligentius uiderit,[f] quæſiuerunt dein ſcriptores, utrum
libellum ſine actionis expreſſione conceptum, ex quo poſſit actio
5 colligi, ſuſtineri æquius ſit, † Cumque hoc apud iuris ciuilis profeſ-
ſores dubitabile fiat, de iure autem canonico talem libellum ſatis ua-
lidum conſtet,[g] conuenerunt iuri canonico ſtandum,[h] nec quic-
quam referre uidetur, ſi abſq; actionis expreſſione proponatur libel-
lus, dummodo per facti narrationem, quæ intentatur actio, cogno-
ſcatur,[i] ſic Bar. poſtq; illum omnes hic & ibi id tenuerunt, præſer-
tim, quum ex æquipolenti quid fiat non multum intereſt,[k] exhære-
datio filij nominatim fieri debet, ſed planè nominatim facta cenſe-
tur, quamuis prænomine uel cognomine exhæredati, non etiã pro-
prio nomine fiat,[l] idem in propoſito erit, ſi ex narratiõe ſignificetur
actio, quòd perinde iudicetur, ac ſi nominatim expreſſa fuiſſet, quã
6 obrẽ ita ſeruari, & cõmuni ſententia id pro iuſto habitũ uidemus, †
hęc uero ipſe iure ciuili inſpecto minus probauerim nam & iure an-
tiquiſſimo actionem, actioniſq; nomen edi debere pluſquam mani-
feſtũ eſt, in tantũ quòd in uocula, uel ſyllaba deficiẽs cauſam perde-
bat, hodie illa dũtaxat ſyllabarũ captio exoleuit,[m] igit in reliquo ſtare
nõ prohibetur, idq; ſuadetur, fruſtra actionũ nomina in iuris ciuilis
Codicibus

a .l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de uer. obli. l. regula. ff. de iur. & fac. igno.
b Bar. in l. ſi prius. ff. de noui. ope.
c .§. actio. ibi not. inſt. de act.
d auth. offeratur. in ſi. infr. de lit. conte.
e .l. i. in prin. ff. eo.
f In d. l. i. in prin. uerſ. ſi. edere.
g .c. dilecti. de iudi.
h .c. i. ibi not. de ope. noui. nunci.
i Arg. l. gallus. §. ſi e- ius. ff. de lib. & po.
k .l. ſi mater. infr. de inſt. & ſubſt.
l .l. i. & .ij. ff. de lib. & poſthu.
m .l. i. infr. de formul.

Codicibus ſeparatim poſita cerneremus, ni eſſent nomina eadem in
libello exprimenda, expreſſio namq; actionis de iure canonico non
deſideratur, quòd eo iure ex æquitate magis quam ſtricta iuris ſo-
lemnitate procedi iubetur, [f] & conſequenter neq; actionum nomi-
na in eo iure dinumerātur, idemq; Io. And. minime refellit, [g] eſt tex.
clarior, [h] quem. Honorius & Arcadius promulgarunt, ut qui liti-
gaturus eſt, actionem primordio exprimat, & ſi Decius hic inſtet,
actionem huiuſmodi expreſſam ſatis uideri, cum ex libelli narratio-
ne cognoſci poſſit, tamen quæſtioni propoſitæ eius dictum haud
7 profecto congruir, expoſtulat ea lex, actionem in iudicio exprimi, †
& expreſſum illud dicitur, quod uerbis expreſſis fit ſin autem ex ta-
cito actu, uel coniecturata agentis uoluntate depræhendatur, tacitū,
non uero expreſſum appellatur, [i] hocq; præſertim, in caſu iſto pro-
8 cedit, quia reſpectu rei conuenti iudicia odibilia ſunt, [k] † & in odio-
ſis, ubi quid exprimi petitur, ex neceſſaria conſequentia, ſeu aliter ta-
cite poſſe colligi non ſat eſt, [l] actionem igitur ciuili iure nominatim
edendam cenſeo, neq; illorum extraneis argumentis moueor, quan-
9 doquidem leges ipſę contrarium caute ſanxerunt, † tum minus du-
bito, quòd nihilo minus exhæredatio filij nominatim credatur fa-
cta, ſi nomine omiſſo, prænomine aut agnomine propoſito exhæ-
res filius ſcribatur, cum & nihil referre æque exiſtimem, an agens in
libello dixerit ſeruianam, aut quaſi ſeruianam, & ſic de reliquis, actio-
nem mouere, uel actionem, quæ domino agri pro inuectis, & illatis
ratione penſionis cōpetit, aut actionem, quæ creditoribus dari ſolet,
dum aſſerunt debitoris bona ſibi obligata, contra aduerſarium in-
ſtituere dicat, agnomina etenim cuiuſq; rei, & prænomina uice pro-
10 prij nominis fungi in dubium non uenit, [m] †, frequens tamen inſti-
tuendi libelli abſq; actionis expreſſione uſus eſt, atq; in illo ius cano-
nicum ubique ferè locorum præualere aiunt, Anceps tum obijcitur
quæſtio, Finge libellum recte inſtitutum, demum actionem inepte
adiectam, utrum totus inquinetur, & uiribus careat, aut potius iure
defendatur libellus? & in hanc ſententiam (ut quidam dicunt) ma-
gis communiter itum eſt, libellum recte defendi, cum utile ab inuti-
li non uicietur, tum per regulam, ubi nulla ſtipulatio fuit, & lex fa-
ctam eſſe fingit, multo magis inualidam reformat, eiuſq; uitiū pur-
gat, [n] iniquiſſimo, me hercle, argumento ad quæſtionem ſubiectā
doctores utuntur, ſtipulatio inualida ubi interponitur, ualidam lex
reſtituit, neq; aliam fingit ſtipulationem, diuerſum in libello, qui ex
ſuis partibus non legis fictione iuſtam promebat actionem, ac po-
11 ſtea ineptam nominatim retulit, † Idcirco putauerim, ultra ea, quæ
hic Iaſon & alibi quoq; adduxit, [o] libellum huiuſmodi omnino cor
12 ruere, nam & propter expreſſum deficit tacitum, [p] † accedat quod
dicitur, ſi ordinarius iudex litem coram ſe, uti delegato, agi imperet,
quod in eodem factum erit iudicio, neq; delegati, neq; ordinarij iure
ualebit, [q] & bene talem offerenti libellum conueniet illud, quod po-
tuit

f .c.i. de pact.
g .in. d. c. dilecti. de iudici.
h In. l. ſi. infr. de interd.
i .l. ſicut certi. & ibi Ang. infr. de teſta. milit.
k .l. fauorabiliores ff. de reg. iur.
l Faciūt not. per Abba. in. c. ad aures de reſcrip. Iaſ. in. l. prætor. §. interdictū. in tertia fallen. ff. de noui. ope. nunc.
m l. certum. ff. ſi cer. pet. §. ſi quis in nomine. inſt. de leg.
n .l. unica. §. i. infr. de rei. uxo. actio.
o In. l. l. in prin. ff. eo.
p .l. cum ex filio. §. ſi filio. ff. de uulg. et pu. Bal. in. l. in teſtamēto. in prin. infr. de impub. & alijs ſub.
q Abb. in. c. licet. de offi. ordin.

fuit noluit, qnod uoluit implere nequiuit,[r] proq; hac opinione Vl-
pianus reſpondit, ſi modo ueros illius legis ſenſus quiſquàm non
omiſerit,[ſ].

13 QVOD ſubſequitur, ſpeciem futuræ litis ſignificat &c.† dedu-
ci poteſt in argumentum contra libellum generalem, atq; incertum
proditum, ut nõ ualeat quaſi litem uenturam haud in ſpecie deſig-
net, & hæc præſertim uera ſunt, ubi reus exceptionem incertitudinis
obijcit,[t] ſecus doctores in paruulis, & breuiloquis cauſis rati fuere,
reluctante etiam reo aduerſus petitionem dubiam, quo magis ab a-
ctore elucidetur, ſpreta nihilominus exceptione iudicium peragitur,
uti Bartolo uiſum eſt,[u] Decius autem nec hoc Bartolum fateri pu-
tat, cum eius uerba ſecundum legem, quam inibi adducit, intelligen-
da ſint,[x] & rei quoque defenſio auferetur, ſi ipſe ſecum, cedere, aut
contendere an uelit, deliberare nequiret, inſtructus in iudicio mini-
me compareret, quod nõ ſic receptum eſt,[a] & hanc opinionem Ale-
14 xander ſibi contrarius alioqui eſt æmulatus,[b] † attamen uerius ipſe
crediderim, quia nõ actoris & rei ſolum, ſed & iudicis gratia, prop-
ter petitionis ferendæq; ſententiæ conformitatem, inter litis auſpicia
15 offeruntur libelli, ſicuti Soci. Superior Marianus teſtatur,[c] † aut ob-
lata petitio eſt dubia, & generalis, ſed iudici & reo ex alijs indicijs
cauſa liquere, iudexq; certam ſententiam dicere poteſt, uti Accurſio
& cæteris quandoq; placuit,[d] tunc Iaſonem ſequor, minus atq; opi-
narer, de incertitudine libelli reum opponere poſſe, huiuſq; efficacẽ
Cæſar alibi rationem adduxit,[e] quoniam eiuſdem rei nihil intereſt,
qui ſine expenſarum uexatione ſummatim litigaturus eſt, neq; ad-
uocatum ob eam cauſam quæret, itaq; deliberatione, cedat, uel con-
tendat, iſto caſu nõ multum indiget, aut petitoris intentio ſic ambi-
gua editur, ut neq; Iudex, neq; aduerſarius ex aliquo certiores fiant,
& Decio noſtro aſſentior, actoremq; ad rei cõuenti exceptionem de
16 incertitudine libelli propoſitam teneri exiſtimo, † quinimo ſi reus
non excipiat, Iudex negocium non diffiniet,[f] taliſq; obſcura, perple-
xa petitio à iudice dilaceranda erit,[g] qnod & clariſſimus hic præcep-
tor meus Alciatus põſt eum admonet.

17 DE actionis emendatione lex ipſa loquitur, † quum emendare
nil aliud ſit, quàm mendum, ſiue errorem abſtergere, ſalua remanen-
te ſubſtantia,[h] & hoc Iuſtiniano, dum repetitam codicis prælectio-
nem iuſſerat, cõtigiſſe proditum eſt,[i] quomodo autem in uniuerſa-
libus, generalibus, & particularibus iudicijs huiuſmodi emendatio
fiat, gloſſatores hic, & poſt illos ſequiores omnes copioſe tractarũt,
18 † cæterum prius eſt, ut generale ab uniuerſali diſtingamus, qua in re
ſcriptores utriuſq; exempla magis quàm ueras definitiones tradide-
runt, quamobrem quãtum ad propoſitũ pertinet, uniuerſale eſt ius
quoddam, & nõnunquam factum, aptum ſub ſe aliquas habere ſpe-
cies, de quibus tamẽ ſingulis nõ prædicatur, ut puta, ſolus homo, ne-
que populus eſt, neq; uniuerſitas,[k] ſola ouis gregẽ nõ ſignificat,[l] ne

D quẽ

r .c. cum ſuper abba-tia. de offi. deleg.
ſ In. l. i. ff. ſi mens. fal. mod. dixer.
t Not. in. l. fi. infr. de anna. exce.
u In tract. ad repr. uerſi. figura. Alex. conſil. clxxxvij. li. ij. & Iaſ. hic.
x In. d. l. fi. infr. de an. excep.
a .l. i. in prin. ff. eod.
b In conſil. xxxij. lib. iiij.
c In. c. i. de lib. oblat.
d In. l. i. §. ſi quis ar-gentum. ff. depoſ.
e In auth. niſi breues infr. de ſent. ex peri-cul. recit.
f .d. §. ſi quis argen-tum. & ibi Bar.
g Bar. in tract. ad rea prim. in uer. figura.
h .l. actorum. ff. de re. iud.
i In. i. ij. &. iij. conſt. C.
k .l. ſicut. §. fi. ff. quod cuiu. uniuer. nom.
l .l. ſi grege legato. ff. de leg. i.

quę hæreditariæ res per ſe hæreditas dicitur,[m] at quidem generale il-
lud eſt, quod multas in ſe continet ſpecies, de quibus ſingulis prædi-
catur, nam quilibet actus à negociorum geſtore cōfectus, rectè ne-
gociorum geſtio appellatur, ſimili modo quiuis actus per tutorem
nomine tutorio explicatus, tutelæ adminiſtratio propriè erit,[n] ſed in
iudicijs uniuerſalibus poſt litem cōteſtatam emendationem eſſe per-
miſſam gloſſator putauit,[o] quem Bartolus poſt antiquiores ea ra-
tione damnat, uirtute actionis ſimpliciter editæ, nō etiam emenda-
tionis iure, quod poſtea ex bonis hæreditatis poſſeſſori ſuperuenit,
totum reſtituitur, & quū quis petitione hæreditaris rem unam ſin-
gulariter petit, poſt lit. cōteſtatam libellū emendare nō poſſe teſtan-
tur,[p] illorum nempè ſententia nō multum læderet ueritatem, ſi uti
Alexandro uiſum eſt cenſuiſſent ipſi, propoſita. ſ. hæreditatis petitio-
ne ad unam rem particulariter, quam poſt iudicium acceptum hæres
nequeat emendare, ueruntamen ſuper eadem relata ſententia agens
declarabitur hæres, iudicisq; officio nō res petita ſolū, ſed quicquid
hæreditariæ rei cōuictus poſſidere inueniatur reſtituet, uereor tamē,
ne hæc Bartoli & ſuperiorum, qui ſic hæreditatis petitionem con-
ceptam iudicio particulari compararunt, uera non ſit opinio, quod
& hic Decius animaduertit, probabilius itaq; dici poſſe opinor, poſt
litem hanc cōteſtatam libelli emendationem hæredi nihilominus eſ-
19 ſe conceſſam,† nihil officit rei particularis expreſſio, quando gene-
ralis, ſeu uniuerſalis cauſa ſubeſt, ut in caſu noſtro, quia agens eſt hæ-
res, tunc particularis expreſſio uniuerſalem interpretationem à cau-
ſa capere uidetur,[q] ſicq; tale iudicium ſingulare cenſeri non poterit,
dein & ſi Pauli ſententia [r] eſſet uera in iudicijs ſingularibus, ut ſcri-
bentes fatentur, & de qua ipſe ſubſiſto & infra dicam, attamē habet
duntaxat locū in perſonali actione, nō ſic in reali, uel in rem ſcripta [ſ],
uerum petitio hæreditatis actionis realis naturam ſapit, uti docto.
aſſentiunt, merito quæſtioni relatæ minus obſtabit, idq; ipſum Ca-
20 ius extricat,[t] † conuentus petitione hæreditatis res nōnullas poſſi-
debat, pro quibus cautionem præſtitit, lite demum cōteſtata aliaſq;
eiuſdem hæreditatis poſſeſſionem nactus, iterum pro ſuper additis
rebus fideiuſſores dabit, uniuerſaſq; omnes lata ſententia reſtituet,
quis ergo tam hæbetis Mineruæ dicere auſit? actorem ibi particulari-
ter libello nō expreſſiſſe, res in initio poſſeſſas, quum pro illis fide-
iuſſores acceperit, nec internoſci alioquin poſſet, nunquid res aliæ
poſt cæptum iudicium acceſſiſſent, ex alio atq; ibi emendatio libelli
deprehenditur, quia hæres poſt litem cæptam rurſus pro nouis re-
bus idonee caueri petit, nō ſanè petiturus, ſi ab initio hæreditatē uni-
uerſaliter nominaſſet, pro qua cautum fuiſſet, deniq; ſi pauciores po-
ſtea ſine dolo ſuo res poſſidebit abſoluitur, quæ paucitas rerum non
facilis eſſet cognitu, ni res particulariter libello fuiſſent compræhen-
ſæ,[u] quod etiam uidetur cēſuiſſe Paulus,[x] hoc modo Accurſium,
gloſſatoreſq; alios iura hæc perpendiſſe haud dubie cōcedo, quos &
Fulgo:

m .l. nihil aliud. ff. de uer. ſig. l. hæreditas. ff. de peti. hæred.

n .l. ſi plures. in prin. .l. uel in partes. ff. de admini. tuto.

o .l. iiij. ff. de peti. hæred.

p .l. non poteſt. ff. de iudic.

q .l. regula. §. ſi quis. ff. de iur. & fac. ignor.

r In. d. l. non poteſt. de iudi.

ſ Notatur in. d. l. non poteſt. l. ſin autē. §. poſſidere. ff. de rei. uend.

t In. l. ſi quo. ff. de pe. hæred.

u .l. ædiles. §. item ſci-endum. uerſi. ea numerari. ff. de ædil. edi.

x In. d. l. iiij. ff. de pet. hæred.

Fulgoſius hic nõ improbauit. Quid in iudicijs particularibus, an uſ-
que ad ſententiam emendationem circa rem petitam paſſim recep-
tam dicemus? Ioannes, mox & Accurſius ad litis conteſtationẽ uſq;
id recte fieri crediderunt, quæ poſt iudicium acceptum emergunt
nouam deſiderant interpellationem [a], lex noſtra, ſecundum Bartolũ
hic [b], illorum ſatis congruit opinioni, in uerbis illis, quam emendari
&c. quibus liquido cõſtat, eam actionem emendari licere, quæ litem
futuram monſtrat, cum igitur futuram litem nõ demonſtrat, quia
lis eſt conteſtata, nõ emendabitur libellus, poſſentq; alia pro hac re-
cepta opinione adduci, quibus Decius ingenue reſpondendo ſatisfe-
21 cit, † pleraſq; tamen inueni leges, quæ poſt litem conteſtatam emen-
dationem conceſſam referunt [c], præſertim in tractatu de noxalibus
eſt lex, quæ acriter urget, quamuis ad hoc negligi ſoleat [d], ex qua i-
dem eſſe in effectu animaduertimus, quòd damnum paſſus poſt li-
tis conteſtationem emendet libellum, agatq; ad ſarciendum dam-
num, detracta noxæ deditione, quàm ſi quiſpiam alterius creditor,
ueluti ex cauſa mutui, ſummam petijſſet, & iudicio cæpto huic ſum-
mæ quid eadem cauſa debitum adderet, zenoniana conſtitutio de-
mum proponitur [e], quæ idem manifeſtius comprobat, nec me an-
tiquorum reprimit autoritas exponentium in eodem iudicio, ideſt,
coram iudice eodem, in alia ueruntamen inſtantia, quæ interpreta-
tio ieiuna admodum uiſa eſt, quinimmo contra illius legis diſpoſi-
22 tionem, uti dominus meus Alciatus poſt alios recenſuit, † ſignificat
uſq; dictionis, in, nõ paritur, pro coràm explicari [f], Alexander uer-
ba illa, in eodem iudicio &c. ante litis conteſtationem intelligit, ut
quod doctores communiter arbitrati ſunt, per eam legem nõ fruſta-
retur, enimuero Alexandri intellectus omnium peſſimus eſt, ob-
ſtantq; pariter & uerba, in eodem iudicio &c. quandoquidem iudi-
cium nõ ſit, niſi lis fuerit conteſtata, quemadmodum noſtra lex di-
ctat, quamobrem priuſquam lis conteſtetur, uerba huiuſmodi haud
23 proprie conuenirent, † minus lex iſta obſtar, per quam Baldo com-
munem probari placuit, reſpondetur contrarium penitus eam ſigni-
ficare, cui dubium eſſet? ſi relatiuum illud, quam emendari &c. editã
actionem referre credamus, quòd Baldi ſententia æquiſſima foret,
rectius nempè iudico, relationem ad proximiora, nõ uero ad remo-
ta faciendam, idq; relatiuum litem iam demonſtratam, ideſt, iudiciũ
cæptum referre, & ſenſus erit legis ultra ſcribentes omnes, lis conte-
ſtata poterit emendari, atq; mutari, prout edicto permittitur, iudiciſ-
que religioni uidebitur, qui ſenſus idem omnino eſt in zenonis con
ſtitutione [g], ſed oblique forſitan quiſpiã agens dicet, relationem ad
proxima cum ſuis qualitatibus fieri debere, ideo relatiuum, quam
emendari &c. repræſentabit litem, ſcilicet futuram, ſicq; pro commu-
ni adhuc faceret, Rurſus affirmo ridiculum eſſe dicere, legẽ de emen-
datione litis, quæ nõ eſt, cauiſſe, cum non entis nullæ ſint partes [h],
ideo de emendatione litis iam demonſtratæ, & in facto deductæ le-

D ij gem

a .d.l. non poteſt. de iudi.
b In Rep. Patauina col. i.
c .l. ampliorem. §. ſi. infr. de appella.
d .l. in delictis. §. ſi de tracta. in. ſi. ff. de noxali.
e In. §. ſi. minus. inſt. de actio.
f .l. gallus. §. ille caſus ubi not. ff. de li. & poſthu.
g .d. §. ſi minus, in uer. in reliquum.
h .l. nam & ſi. §. poſt defectum. ff. de inuſt. rup. irri. teſt.

gem hanc ſtatuiſſe reor, offendit minus Pauli lex [l], quæ, ſi actor aliã
ex cauſa quã prima, cæpta lite, à reo quicq̃ cõſequi cupiat, nõ priore
judicio illud exigere, ſed noua uſurũ inſtantia ſanxit, diuerſum in ca-
ſu quæſito, ubi eadẽ cauſa petẽdi initio fuit, quæ in emendatione ſub
24 eſt [k], † nõ diffiteor doctores cõmuniter in alteram cõuenire ſenten-
tiam, extenderecq; emendationẽ hanc poſt litem cõteſtatam, quate-
nus res petita minuatur [l], reſtitutis reo impẽſis, ſi quas maiores pro-
pter petitionis ſuperfluitatẽ feciſſet [m], quod fallit ob ſui delicti ge-
25 minationẽ, nec uolẽs diminuendo emendare poterit [n], † æque poſt
litem cõteſtatam in acceſſorijs tum ſuperuenientibus ad rem petitã
emendare licet [o], quæ emendatio, ſi fiat, ſatis uana rectius æſtimatũ;
fructus enim uenientes lite cæpta ius reddentis officio, quanquã nõ
petantur, reſtituendi ſunt, ſicut Decius putauit, quod etiã jurecõſul-
tus Vlpianus [p] cauit, Orta eſt dubitatio, in his caſibus, quibus ante
litis cõteſtationem ſolũ emendari poſſe libellũ dicitur, Finge nõ ante
cõteſtationem, ſed poſt illico, emendationẽ factã, iure ne id factũ cre-
datur: & crebriore ſentẽtia eſt receptũ, emendationẽ recte fieri exem
plo Accurſij firmatur [q], aſſeuerantis exceptionem de rato nõ tantũ
procuratori ante litis cõteſtationem, ſed & poſt ſtatim iuſte objci, la-
ſon hoc ſequens, poſt Alexan. hic & alibi [r] nugalia plura cõgerit, in
26 præſenti nihil attinet tantam molem uerborum cõfutare, † mihi cõ-
trarium iuſtius uidetur, tempus namq; ubi per legem imponitur, i-
bi pro forma traditum æſtimatur, & qui adamuſſim illud nõ ſeruat
formam legis nõ implet [ſ], ſed tempus præſtitutum eſt, ne quis poſt
cæptum iudicium emendando quidquam rei principali addat, ſecun-
dum communiorẽ opinionem [t], igitur tametſi ſtatim accepto iudi-
cio emendaretur libellus, irrita emẽdatio eſſet, cũ formæ ad unguem
in ſpecie ſatisfieri oporteat [u], iudicicq; neceſſe foret de eo ſententiam
dicere, de quo litis conteſtatio nulla eſſet, quod refellunt omnes [x],
necq; litis iterum conteſtatio fieret, ſcribẽtes namq; perinde talem e-
mendationem haberi æſtimarunt, ac ſi ante litis conteſtationem fa-
cta fuiſſet, [a].

SVNT deinde Bartoli diſtinctiones, cũ de libelli ſubſtantialibus
27 emendandis tractatur, † aut ipſo iure propter defectum nõ corrum-
pitur libellus, ſed ope tantũ exceptionis irritatur, ueluti obſcure ni-
mis libello concepto, poteſtas tum actori fiet uſq; ad ſententiam ta-
28 cente reo emendare [b], † cæterum reus de obſcuritate ſi excipiat, necq;
actor declarat, libellus ſtatim, ut ſcribentes addicũt, redditur nullus,
quod nulla ratione id uerum eſſe probauerim, ſolũ enim per iudicem
29 in irritũ reuocabitur [c], † cumq; talis exceptio dilatoria ſit, ante litis
30 exordium proponi debuit [d], † aut libellus propter errata, quæ illũ
cõtinent ipſo iure eſt nullus, ſicut euenit quando inepta in eo cauſa
exprimitur, per quam cõcluſio haberi non poteſt [e], uſq; ad litis cõte
ſtationem per. l. noſtram emendationi locus erit, quod recte Ale-
xand. intellexit, ſi alia litis conteſtatio ualida ſequatur, & tempora
ad a-

[i] In.d.l. non poteſt.
[k] .d. §. ſi minus, cum ſimilib.
[l] Arg. l. poſtquam li- ti. infr. de pact. l. qui dam æſtimauerunt. ff. ſi cer. pet.
[m] Saly. hic col. v.
[n] l. i. inf. de plus. peti.
[o] .l. ædiles. §. item ſci endum. ff. de ædili. edict.
[p] In d. §. item ſcient dum.
[q] In.l. Pomponius. § rati. ff. de procurat.
[r] In.l. diuortio. ff. ſol. matri.
[ſ] .l. ſcire. § conſequẽs .ff. de excuſa. tut. Bal. in auth. quę ſup plicatio. ad fi. ſupr. de precib. imper. in demin. l. omnes po puli col. pen. uerſi. unde ſi ſtatutum. ff. de iuſt. & iur.
[t] In l. non poteſt. de iudi.
[u] .l. cum hi §. prætor ff. de tranſ. c. cum di lecta de reſcrip.
[x] .l. prolatam. infra. de ſent.
[a] .l. denunciaſſe. §. quod tamen. ff. de adult.
[b] .l. fi. de anna. exce.
[c] .c. fi. de lib. obla.
[d] .l. exceptionem. in- fra. de probat.
[e] Not. in. l. ij. §. circa ff. de dol. excep.

31 ad agendum deſtinata, ſecundum Bar. largiantur [f], † ſimili modo
in criminalis accuſationis libello dicendum eſt, ſi ineptus, neq; ſecun-
dum traditam normam [g], inſcriptus edatur, reo etiam non poſtu-
lante iure ipſo deficit, cuius emendatio ante litis conteſtationem, ſci-
licet ualidam, diebus ad agendum conſtitutis non exactis, haud pro-
32 hibetur, hæc utiq; recepta ſunt in ſubſtantialibus corrigendis, † alia
enim, quæ ſubſtantialia non ſunt, tametſi negent tempora præſtitu-
ta, non improbe emendantur [h], Veruntamen Illuſtris doctor Ful-
goſius in eo, quod dicit Bartolus, criminalem libellum ineptum reo
etiam non opponente nullum cenſeri, Bartolum momordit, eiuſq;
dictum negat [i], & gloſſator illud ibidem ibi cõprobat [k], atq; non-
nulli poſtea id firmarũt, Non ipſe recederem à ſententia Bar. noſtri,
cũ iura per alios adducta [l], in caſu ualde abſimili loquantur, tũ quod
lex illa [m], decretum fert annulatiuũ, quocirca libellus, uti omnino iu-
33 bet lex, nõ conceptus ipſo iure inualidus, nulluſq; habetur [n], † et par-
tes tacite, aut expreſſe nullo modo huiuſmodi ſubſtantialibus renũ-
ciabunt [o], ideo rei obiectiunculæ aduerſus libellum inualidum mi-
34 nus expetẽdæ ſunt, † haud ſecus opinor, ſi ciuiliter ex crimine, quod
irrogat infamiam, agatur, libelluſq; inepte fiat, qui locum, tempus,
cęteraq; perinde exprimere debet, ac ſi criminaliter lis mota fuiſſet [p],
igitur Alexand. ſequor, qui, à reo licet nõ opponatur, nihilo magis li-
bellum hunc exemplo criminalis, ſuſtineri credit, Eſt & alia diuiſio
Bartoli, ſi de emendatione rei petitæ quæratur, quam nuper anterio-
35 ri parte explicaui, † Quare idem tertio loco percunctatur, qualitatis
emendatio, per quam facti ſubſtantia immutatur, quatenus actori
conceſſa ſit, & ſolum uetitam eſſe poſt litem conteſtatam minus am-
bigitur [q], hocque à præcedenti membro, ubi libellum ineptum an-
te litem cæptam recte emendari fertur, legem accipit, nec aliter Bar-
36 tolum hac in re ſenſiſſe credendum erit, † Aut qualitatis emendatio-
ne condemnatio quandoq; augetur, quandoq; minor fit, & uſq; dũ
ſententiam dixerit iudex emendatur libellus [r], Iaſon tamen hic & a-
lij pleriq; Bartoli dictum increpant, in primis uerum non eſt, emen-
datione illius qualitatis condemnationem augeri, uel minui, noxalis
actio ad ſolidam damni emendationem, non ad noxæ deditionem
proponitur, in ſolidum atq; dominus condemnatur, licet in exolu-
tione dedendi ſeruum pro noxia facultatem habeat [ſ], dein Bartolo
contradicit, ubi qualitas actionis tributoriæ, uel de peculio, quamuis
idem ſint, emendari non poteſt, ex qua emendatione maior, aut mi-
nor cõdemnatio poſſet ſubſequi [t], quæ cum minus uera ſint, à Bar-
37 tolo non recederem, † ſcire licet noxali iudicio ſi agatur, expreſſe do-
minus ad emendationem damni condemnatur, ſed & tacite eadẽ ſen-
38 tentia iudex domino noxam dedere permittit [u], † ſicut dicimus eũ,
qui factum aliquod ſtipulatur, iuris auxilio intereſſe ſuũ eadem cõ-
tentione latenter ſtipulari [x], qui igitur noxalem actionẽ exercet cre-
dens dominum ignarum facinoris admiſſi, eoq; poſtea iudicio ſciẽ-

D iij tiam

f .l. accuſaturus. ff. de adul.

g In. l. libellorum. ff. de accuſ.

h Bar. in. l. qui fundũ. ff. de cõtrah. empt.

i .d. l. libellorũ. §. fi. ibi. petente reo. &c.

k In uerſi. aboletur.

l In. d. §. fi. l. libellorum.

m .d. l. libellorum. in prin. uerſi. quod ſi libelli.

n Bal. & omnes in. l. i. ff. de lib. & poſt.

o Glo. in. c. ſtatutum. uerſi. cõmittitur de reſcrip. lib. vi.

p .c. tuæ de procur. Bar. in. l. prætor. in prin. ff. de iniur.

q .l. denunciaſſe §. quod tamen. ff. de adult.

r .l. in delictis. §. fi. detracta. ff. de nox.

ſ .l. miles. §. decem. ff. de re. iudi.

t .l. quod in hæredẽ. §. eligere. ff. de trib.

u Inſt. de offi. iudi. in prin. l. ij. inſr. de noxal.

x .l. ſtipulationes nõ diuiduntur. uer. celſus. ff. de uerb. obli.

tiam domini arguat, omnino minuit, remouetq; condemnationem
tacitam, quæ in noxę deditione futura erat, ſi dominus admiſſi inſci-
us foret, & in ſolidum iudex condemnabit [a], è cõtrario quando egit
contra dominum, quaſi non ignarũ, poſtea eodem iudicio noxalem
cauſam adijciat, ſcientiamq; domini non doceat, augere condemna-
tionem illam tacitam dicetur, quoniam iudex tacite, uel ſeruum pro
noxia dari iubebit [b], hunc ſenſum Bartolus hìc quidem habuit, qui
& ipſe non ignorauit, dominum actione noxali ad ſolidam damni
æſtimationem nominatim damnari, licet noxæ deditio in ſolutione
adſit, Iaſon tamen ſuperſtitioſe nimis legem illam [c] intellexit, quòd
in actionis qualitate non uariètur, ne condemnatiò ob id maior, aut
minor fiat, ſi planè ratio legis illa eſſet; ante litis conteſtationẽ ſaltem
emendatio non prohiberetur [d], lex noſtra ſanxit, fatenturq; omnes,
& tamen quãprimum elegit, uariare nõ poteſt, ut ibidem, & Bar. in-
39 fra in materia cumulatiõis notat, † aliam idcirco legis rationẽ puto,
quia eiuſmodi actiones exercitio incompatibiles ſunt, nimirum ele-
40 ctione tolluntur [e], † Poſtremo de ancipiti libelli declaratione quæſi-
uit Bartolus, & eam donec ſententia fertur poſſe fieri receptũ eſt [f], ſi
modo per actorem ipſum, nõ etiã per hæredem declaretur, uti Bart.
aſſerit, quòd in concernentibus condemnationem ambiguis proce-
dere limitatur, cæterum declaratio, quæ executionem ſententiæ reſpi-
cit, poſt latam diffinitiuam nõ prohibetur, ſingulariter Butrius tra-
dit [f], quem & Abb. ſequitur ibi fingens exemplũ ex ſupraſcripta le-
41 ge [g], † Omnia ea, quæ de libelli emendatiõe paulò ante probauimus
in appellatorio libello minime improbantur [h], ſecus tamen arbitra-
tùr Iaſon, quãdo libellus primæ inſtantiæ in cauſa appellationis emẽ-
datione indigeret, non enim ipſius libelli emendatio tũ conceditur [i],
42 quod nuſq; iure defenditur, † ſiquidem prolatam ſententiam appel-
latio extinguit, reſtituatq; litem ad iurgium liminare, ac cenſeatur pe-
rinde ſi tunc lis conteſtata fuiſſet [k], in caſibus igitur, ubi lite conte-
ſtata libelli emendatio admitti ſolet, eiuſdem libelli emendatio in cau-
ſa appellationis minime denegabitur, clare hoc tradit Bartolus [l], cui
43 idem Baldus, & uniuerſi omnes per illum textum aſſentiunt, † item
appellationis iudicium nec à primo diuerſum creditur, cum iudex de
appellatione cognoſcens ſuper meritis primæ cauſæ, pronunciet [m],
ſicq; Bartolus arguit [n], quare primi libelli emendationem, dum ap-
pellationis inſtantia pendet, non minus, quàm ſi, neq; ſententia di-
44 cta, neq; appellatio interpoſita fuiſſet, permittendam placet, † Vbi
antea libelli emendationem, priuſquam lis inchoetur, ex communi
ſententia generaliter permiſſam adnotauimus, hoc uerum intelligo,
ni reus pro parte libellum acceptaret actori etenim emendare fas nõ
eſſet [o], hæc de emendatione dixiſſe ſufficiat.
45 MVTARI actionẽ nonnunquàm licere traditur, † qua in re de-
cidi ſolet, ante litis exordium mutationem iuſte permiſſam, quæ tri-
fariam, ut Paul. Caſtrenſi, & alijs placuit, de actione, aliquando de
re nou-

a .d. l. ij. infr. de noxal.

b .li. ſupra alleg. & .d. §. ſi detracta.

c .d. l. quod in hærede. §. eligere.

d .d. §. ſi minus. inſt. de actio.

e .§. cæterum. uer. ſed ſanè inſt. quod. cum eo.

f l. ſi quis intentione .ff. de iudi. l. fi. infra de anna. exce.

f In. c. ij. de lib. obla.

g Ex. d. l. in delictis. §. ſi detracta.

h Bal. hic. & in. l. ſi quis libellos. infr. de appella. & ind. per hanc col. iij. infr. de temp. appella.

i Ant. de but. in. d. c. ij. de lib. obla.

k .l. i. in fi. ff. ad Sena. ſurp.

l In. l. ita demum. in iij. not. infr. de procurat.

m .l. eos. Ia. i. uerſi. quapropter. infr. de appel.

n In. l. i. in fi. Infr. ſi ad uer. liber.

o Doct. in. l. gallus. §. quidam. ff. de lib. & poſthu. Bal. in. l. cũ preciũ. infr. de lib. cauſa. Iaſon. in. § omnium. col. xxiij. inſt. de actio.

re, nonnunquàm de cauſa fieri poteſt, quapropter Bartolus inquit, actor ſi in omnibus his renunciandum, duxerit, & à lite diſcedat, nullo iure prohibetur, p quod ita demum procedit, niſi reus ob ſui aliquod maius commodum iudiciali ſententia perorari litem poſtulauerit, q unde limitationis exempla ſubmitto, aut idem actor non renunciat liti, ſed eam tantum protollere tentat, hoc minime ius nouum patitur, r iſtudque indentidem poſſeſſorij iudicij fauore limitatur, interim namque propendet petitorium, donec illud terminetur, ſ dictum tamen Abbatis uerum an ſit, late alias diſſerui, t hic non repeto, mutationem ante litis conteſtationem non fieri certum eſt, quando unius actionis electione altera perijt, tum iuſtus error ſi interceſſerit reſtitutionis auxilio, opus eſt, u Non procedit rurſus mutatio poſtquàm ſemel eſt facta, x quicquid denique circa libelli emendationem prohibitam proxime ſcripſi, hic repeti congruit, omni caſu iudicis arbitrio accedente, quod noſtra præmonuit lex.

DE accumulationis (ideſt actionum plurium in conuentionali
46 libello aceruationis) materia diſſeramus, † & pro regula proditum eſt, admitti, ideo diuerſas quiſque actiones, pro re, & cauſa diuerſa, uno libello complecti poterit, licet æque principaliter competant [a],
47 idem ſi præparatorium principali accumuletur [b], † Tum quærit Bartolus, plures actiones æque principaliter motæ uni libello, an
48 pluribus ſint inferendæ, † idem reſpondit, actionibus ſpecie & numero differentibus propoſitis, plures libellos, plures concluſiones eſſe faciendas, aliter dicendum ſi numero, non etiam ſpecie differãt, libello uno, concluſione ſola continebuntur [c], Paulus Caſtrenſis hanc in principio diſtinctionem improbare conatur, quoniam multæ aliquando diuerſi generis actiones uno libello cumulantur [d], & altera lex [e] ocioſe nimis abſque dubitabili ratione lata fuiſſet, olim & hodie poſſe quèmpiam in libellis ſeparatis, & iudicijs ciuiles, & prorſus actiones diuerſas, contra eundem proſequi, indubitati iuris eſt, quam profecto ſententiam nec ualde ab illa Bartoli differre arbitror, & ſi Bartolus actiones plures ſpecie differentes libello uno aggregari non poſſe ait, non tamen negat, quin omnes eadem pagina aptiſſime conſcribantur, pro quibus inſtantia una erit, ſicuti diuerſa capitula una quandoque pronuntur ſententia, nec minus
49 ideo ſæparata capitula permanent [f], † ex pluribus namque ſpecie differentibus, unum poſſe fieri numero, impoſſibile eſſet [g], ſecus atque multis eiuſdem ſpeciei actionibus editis, libello eodem, uerborum ſtructura, & concluſione unica copulantur [h], hoc in articulo Bartolum ita diſſeruiſſe, proculdubio ex eius ſubtili inſpectione depræhendi facile poteſt, illarum actionum cumulus probè fit, cum altera ad pœnam, altera ad rem perſequendam ex eodem facto dirigitur [i], Poteſt & quis plures actiones pro eadem cauſa contra diuerſos ad idem uno libello inſtituere [k], dumtamen ſolutione una ſit contentus [l], concluſionem iſtam dominus meus Alciatus hic

poſt

p .l. poſtquàm lit. infr. de pact.
q Abb. in c. ij. col. ij. de lib. obla.
r Auth. qui ſemel. inſr. quomodo, et quã. do. iud.
ſ Abb. in c. paſtoralis, col. iij. de cauſa. poſſ. & propr.
t In. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſ.
u Bar. in. d. l. quod in heredem. §. eligere.
x Arg. l. ſi quis iuſiurandũ. infr. de reb. cred.

a .d. l. ſi. infr de ann. excep. l. ſi idem. ff. de iur. om. iud.
b .l. qui de inofficioſo. ubi glo. mag. in fin. & Bar. ff. de inoffi. cio. teſtam.

c .l. hæredes. §. de pluribus. ff. fami. herc. l. cum duob. §. ſi plures. ff. pro ſoc.
d Arg. not. per glo. ij. in c. querelam. de electio. & glo. ij. in c. dilectus. de capel. monach.
e .l. ſi idem. ff. de iuriſ. om. iud.
f .l. etiam. §. i. ff. de minor.
g .l. i. infr. qui. non. tute.
h .l. quod dicitur. l. ſciendum debemus. ff. de uerbo oblig.

i .l. ſi pro fure. §. i. ff. de condi. furt.
k Bar. in. l. iij. §. i. ff. de duobus reis.
l .l. ſi pluribus. ff. de leg. i.

poſt Purpuratam ampliat, quos uidere potes, cumulantur quoq; ex diuerſa cauſa pro re eadem actiones, ueluti ex ſtipulatu, & ex teſtamento rem mihi debes, utraſq; ſimul actiones aduerſus te iungere
50 potero,[m] † Verum tale ius cumulādi ne dum actori, ſed reo quandoq; permittitur, & uocatus ad iudiciū exceptionibus ſimul diuerſis non inique defenditur,[n] at qui nonnunq; exceptionibus contrarijs utitur, dummodo eas conditionaliter obijciat,[o] nec exceptioni ſolū exceptionem, ſed etiam actionem addere poterit, ut dominus meus Alciatus hic tradidit,[p] Iudicia particularia utrū uniuerſalibus, & u-
51 niuerſalia uniuerſalibus iungi poſſint, Bar. alibi late examinat,[q] † Non has ſemper actionū congeries procedere conſtitutum eſt, quibuſdam enim caſibus accumulationē lex inhibere ſolet, actioni moteq; quæ, ſi per diffinitiuā abſolutoriam terminetur, rei iudicatæ exceptionem inferre poteſt, non aggregabitur alia, quamuis ex cauſa diuerſa, & non ad idem competat,[r] quæ iura hic Alciatus doctiſſime declarat, exercitio nonnunquàm actionum concurſus impeditur, & ſi initio omnes oriantur, ideo ex pluribus unius actionis electione facta, cæteræ pereunt, cumulationiq; minime eſt locus, de omnibus, quæ pro legato, actionibus, dantur, una duntaxat legatarius experitur,[ſ] aut hæres quum directo, & per fideicommiſſum inſtituitur, directo iure, uel fideicommiſſi, nō utroq; utetur,[t] ſic tributariam, & de peculio actionem habens, utra, quam elegerit, agere debet,[u] Origine, ſi actiones inuicem repugnant, quia una duntaxat naſci poteſt, cumulationem reijciendam poſt Diuū Bar. docuit,[x] ſed lex illa eorum dicto nequaquàm ſeruit, actiones ambæ, mandati ſcilicet, & furti à principio oriuntur,[a] quanquàm ob repugnantiā omnes nequeant exerceri, ne ſibi contrarius agens ſit, & omnes[b] communi opinione hoc addicunt, idcirco repugnantiæ, ſeu contrarietatis uitandæ gratia in exercitio accumulationem prohibitam fore placuit,[c] unde non poterit quis inoffiocioſi, & falſi teſtamenti ſimul accuſationem ducere,[d] neq; rei uendicationi publicianam addere,[e] ſic nullam fuiſſe ſententiam dicens, eodem libello iniquam appellare non debet,[f] ſimili modo reijcitur cumulatio, quando in primo iudicio diffinitiua condemnatoria lata, & executione ſecuta ab alia actione reus liberatur, ut ſi dominus, cujus ſerui furtum fecerūt, unius ex his nomine conueniatur, pendente iudicio cæterorum reſpectu non pulſatur,[g] poterat autem pro omnibus ſeruis unum à principio iudiciū fieri, perinde enim tale furtum cenſetur, ac ſi ab uno cōmiſſum fuiſ-
52 ſet,[h] quod ex poſt facto minus conceditur,[i] † Creditur & maioritatis ratione ſecundum Bar. cumulatio uetita, quotiens criminalis, & ciuilis actio contra aliquem inſtitueretur, criminalis uti maior, dõnec terminatur, ciuilem ſuſpendet,[k] idemq; Bar. etiam procedere putat, ſi ex cauſis prorſus diuerſis hæ actiones dentur, neq; obiectionem factam[l] præualere, quoniam duos aduerſus fœminam accuſatores extitetint, maritum pro rebus furtim amotis, alium de cri-

mine

m .l. huiuſmodi. §. qui ſeruum. ff. de leg. i. l. ſi is. ff. de actio. & oblig.

n .l. nemo prohibetur. ff. de excep. c. poſt electionē. Car. & Abb. de conceſ. preb. Fely. in. c. in noſtra. col. ij. de reſcript.

o Gio. in. l. ſi quidem. infr. de excep. Dect. in. l. nemo ex his. ff. de reg. iur.

p Per: l. ſi inter te & me. ff. de excep. rei. iud.

q in. l. ſi quis libertatem ff. de peti. hær.

r .l. fundi & l. fundiū. ubi etiam Bar. ff. de excep.

ſ .l. cum filius. §. uarijs. ff. de leg. ij.

t .l. ſi. infr. de codi.

u .d. l. quod in hæredem. §. eligere

x .l. i. infr. de furt.

a .l. ſi ſeruus. ff. commo.

b In. d. l. i. infr. de fur.

c .l. ſi filius emancipatus. ff. de mino. not. in. d. l. i.

d .l. cum qui. infr. de inoffi. teſtam.

e Glo. in. §. ſed iſtæ. inſti. de act.

f Bar. in. l. ſi expreſſim. iij. q. princ. ff. de appella.

g .l. i. in ſi. ff. ſi famil. fur. feci. dica.

h .l. ſi familia. ff. de iuris. om. iud.

i .d. l. i. in ſi.

k .l. ſi. infr. de ord. iud. l. per minorem. ff. de iudi.

l d. l. rerum. la. iij. ff. rerum amot.

mine adulterij ream poſtulantes, aliud dicendum, ſi ab eodem utraq;
53 dirigitur actio iuribus allegatis, † minus hæſito, quin iure Bartolus
repræhendi poſſit, quòd imo quis uno iudicio ciuilem, & criminalẽ
actionem ex cauſis ſeparatis in aliquem rectè proponat, ni præiudi-
cialis earum aliqua fuerit, ſumma ratione defenditur, eum, qui in
ſpe, & euentu nõ ambiguo cõſtitutus eſt, melioris eſſe conditionis,
quàm eum, qui ſub incerto, & dubio uagatur, generaliter eſt com-
pertum [l], Pone ergo tecum ciuiliter actum, indeq; abſolutum fuiſſe
non, me hercule, aduerſarius tuus prohibetur, quominus poſtea ex
alia cauſa criminali iudicio te ipſum concutiat, & tamen in ſpe certa,
quia iam à ciuili abſolutus, poſitus eras, igitur debes ab initio utrũ-
que iudicium ſimul editũ ſuſtinere, ne cum ſpei indubitatæ fueris pe
iore ſtatu eſſe inueniaris, quàm ſi de euentu litis dubius eſſes, & uul
go dicitur, nõ illud optandum, cuius nihil proficit aduentus [m], ſic
dicimus, ubi nõ obſtat ſententia, quia præiudiciales inter ſe actio-
nes nõ ſunt, neq; litis pendentia [n], quare probabilius, firmiuſq; ar-
bitrarer, ſic diſtinguendũ, aut quis ciuilem & criminalem actionem
in quempiam eodem tempore edere uult, maioritatis tunc ratio ſer-
uanda nõ eſt, ſola enim præiudicialis cauſa, quã tradit Africanus [o],
inſpicitur, aut duo, alter ciuili, alter criminali actione, contra unum
agunt, quod eſt receptum [p], aut unus criminaliter ſolum accuſat,
reus autem ex cauſa ſeparata ciuilem actionem opponit, & nõ audi-
tur, maiore iudicio imminente [q], & hoc ſenſu aliam legem interpre-
54 tor [r], quæ in diſtincte prodita eſt, uti Sali. hic & ibi commemorat, †
Eſt & alia ratio, qua cumulatio inhibetur, quando una ex ordine a-
liam præcedere debet, nunquam permittitur accumulatio [ſ], hæc ue-
runtamen ſententia Bar. paulò accuratius declaranda eſt, quid enim
ſi rei uendicatione acturus ad exhibendum actionem intendat: huic
nempè rei uendicationem iungere poterit [t], dum enim agitur ad ex-
hibendum rei uendicatio præſcribitur, quæ aliàs nõ præſcriberetur,
ſi cumulari cum illa ad exhibendum nequiret [u], cur petitorio poſſeſ-
ſorium additur [x]: ſi ratio ordinis actionum cõcurſum infringeret:
itaq; dictum Bar. intelligi oportuit, ſi cauſa præcedens ſequenti repu
gnat, ſicut in poſſeſſorio retinendæ, & petitorio exemplum datur [a],
uel ſi actor in ſecunda actione cõfitetur habere, quod poſtulabat in
prima, cumulationi nõ erit locus, ita quidem primæ renunciatum ui
detur [b], plures aliquando pro re eadẽ actiones ex uno cõtractu lex
indulget, nec omnes admittuntur [c], & hæc uera ſunt, locumq; ha-
bent, ſi propter aduerſarij factum, nõ minus actori qua actione ex-
periendum ſit liqueat, alioqui ambas actiones rectius copularent [d],
opinor ipſe huiuſmodi limitationem in propoſito futilem, atq; mo-
lem, de cumulatione aliqua ibi [e], minime tractari uidetur, Arrianus
interdictum, hæreditatiſq; petitionẽ ſimul alternatim copulari poſſe
55 uoluit, teſtante actore ex altera, quod ſuum eſt, uelle conſequi, † ibi i-
gitur actionum cumulatio nulla eſt, quæ alternatiuè fieri nuſquam

l .l. ſi. infr. de compe. l. eum qui duobus. ff de acqui. hæred. l. i. in pri. ff. de leg. iij.

m .l. penul. ff. de fide. iuſſ.

n .l. ſed ſi ante. ff. de excep. l. iij. in prin. ff. de lib. hom. exhib.

o In. l. fundi. & l. fundum. ff. de excep.

p .d. l. rerum amotarum. & Bar. poſt glo. ibi.

q .l. ſi adulterij. infra. de adul.

r .d. l. per minorem. & d. l. ſi. de ord. iu.

ſ .l. ordinarij. infr. de rei. uend. l. incerti. infr. de incer.

t .§. ſi ad exhibendũ inſt. de offi. iud.

u .l. contra maiores. infr. de inoffi. teſt.

x .l. cum fundum. §. ſi. ff. de vi. & vi. ar. c. paſtoralis. de cauſa. poſſ & prop.

a d. l. ordinarij. & ibi not.

b Bar. in. l. naturaliter. §. nihil commune. col. 6. uerſi. item poteſt addi. ff. de acqui poſſ.

c .l. de eadem. ff. de excep. rei iud.

d .l. i. §. quia autem. ff. quor. leg.

e In d. §. quia autẽ.

ſinuenitur,& cumulationis exempla antelata ſuperius facile perhibẽt
ſcite magis dicetur, ab Arriano regulam, ne alternatiuus libellus fiat,
de qua prætor alibi fabulatur [f], arctari, limariúe, quòd locum habe
at, ſi modo per aduerſarium factum nõ ſit, quo minus actor, quam
exerceat actionem, intelligat, uel ex alia iuſta cauſa, præter aduerſarij
factum, idem de hoc probabiliter actor dubitans plures actiones e-
dat [g], adducitur ualide Cæſaris ſanctio uolens [h], quòd utriſque a-
ctionibus perſonali, & hypothecaria ſimul aduerſus debitorem uta-
tur creditor, & tamen abſolutoria in una, iudicatæ rei exceptionẽ al-
teri parit [i], præter Dinum, Cinum, & Petrum, nouiſſime Bart. ſpe-
cialitatis rationem pro cauſa tradit, deniq; poſt illum omnes de ſuo
quid indiderunt, ſi fas eſſet in hos uniuerſos omnes calami aciem di
ſtringere, uicioſas quidem illorum ſolutiones probarem, alias ipſe
tyro ſolutionem, quam hic Alciatus dominus meus poſt aliquos re-
tulit, ob magni uiri autoritatem, ſequebar, in præſenti non poſſum
56 quin ſubſiſtam, † Animaduertendum tamẽ quoniam Auguſti ſan-
ctio [k] parum cõcluſioni prælatæ officere uidetur, ſi modo legis uer-
ba curioſe rimemur, ſanxit Iuſtinianus, res cum apud debitorem exi-
ſtunt, poterit creditor, ſiue perſonali, ſiue hypothecaria, mox ſiue am-
babus agere &c. quid obſtat cur nõ dicamus: ut creditori permiſſum
ſit perſonali tantum, aut hypothecaria duntaxat cõtra debitorem uti,
præterea ſi uoluerit utraſq;, ideſt ordine ſucceſſiuo, exercere, & pote-
rit, exemplum tale eſt, egit creditor hypothecaria ad res obligatas,
quas debitor poſſidebat, nec inde ſatis debito factum eſt, actionem
perſonalem intendere poterit, hoc modo ambabus expertus eſſe di-
cetur, & uerba Iuſtiniani id demonſtrant dicentis, prædictam à no-
bis rationem, & ordinem &c. alioqui ordo nõ eſſet, ſi caſus, & ſpecia-
lis cõtra iuris regulas proditus fuiſſet, ſed uel ius extraordinariũ ma-
gis appellaretur [l], nam ut abſurdum quid uitetur, ordine ſucceſſiuo,
& gradatim legem interpretamur [m], nõ mixtim igitur, ſed diſtincte
& ſucceſſiuè Cæſaris legem intellige: Aduerſatur cumulationi iden-
titas cauſæ, quando ex uno facto diuerſæ naſcuntur actiones, ad con
demnationem diuerſam nitentes, has nõ poſſe iungi traditur [n], hoc
tamen nuſpiam uerum eſt, ſi altera meram pœnam, altera ſolam rei-
perſecutionem habet, quanquàm ex eodem facto deſcendant, tum
rectè cumulantur [o], & ſupra docui, In caſibus, quibus uel ordinis,
uel maioritatis, ſeu præiudicij ratione accumulatio prohibetur, ſi ni-
hil reus opponere, iudicium, cumulatioq; ipſa ex tacito rei conſenſu
ſuſtinetur [p], quod Bar. indiſtinctè fatetur, dummodo actio addita
aliqua ſit, ſecus quando propter repugnantiam, aut alterius electio-
nem, extincta fuiſſet, reo adhuc tacente nihilomagis actor iuuabi-
tur, ſed Iudex accumulationem hanc reijciet, curabitq; reus ut iudicẽ
de hoc certiorem faciat [q], quòd ſi Iudex monitus accumulationem
non reſpuerit, ſententia, quam dicet, nulla erit ut Decius, & Alciatus
57 dominus meus conſentiunt: † Iterum de calumnia ſuper admota

actione

f In l. præt. §. quod autem. ff. de iniur.

g Glo. in. §. aliæ. uer. dicit. & docto. omnes inſt. de act. Docto. in. c. abbate. de re. iu. iud. lib. 6.

h in. §. ſed neq; in authen. de fideiuſſ.

i .l. ſi deferente. ff. quib. mod. pignor. uel hyp. ſolu.

k In d. §. ſed neque.

l .l. i. §. ſed & ſi ex patre. ff. ad muni.

m .l. peto. §. fratre. l. cum pater. §. penul. ff. de leg. ij.

n .l. i. ff. vi. bon. rap.

o .l. ſi pro fure. §. i. ff. de cond. fur.

p Arg. l. pen. infr. de excep.

q Glo. in. l. generaliter. ff. de excep.

actione iurabitur, ſi nouam inſtantiam talis actio pariat, aliter Bar. exiſtimat, cum prius iudicium nõ mutatur, iuramentum enim antea præſtitum ad omnia, quæ illa inſtantia emergunt, uniuerſale uidetur, [r].

PROVT edicti perpetui monet autoritas, uel ius dicentis &c. per hæc nouiſſima uerba tota lex limitatur, ad iudicisq́ arbitrium, &
58 edicti decretum refertur. † Ideo actor, qui primo actionem nõ infamem inſtituit, ſi eam mutare, famoſamq́ intendere, nil ſibi profuturam, ſed aduerſario ſolum nocituram uellet, iudicantis æquitate re-
59 pellitur [ſ], † expenſas omnes, & damna, quæ reus emendationis, mutationiſue cauſa perpeſſus eſt, iudicis officio actor reſtituet [t], ſed an mulieri, ruſtico, & minori agentibus, ne impenſas reddant, ignoſci debeat quæritur: frequentior ſententia uiſa eſt, mulieri, & ruſtico par-
60 cendum non eſſe [u], † minori uero non imputabitur, ſed eius tutor, uel curator hæc damna de ſuo refundet, [x].

[r] Auth. in iſto. infra. de iur. calum.

[ſ] .l. in fundo. ff. de rei. uendic.

[t] .l. eum quem. ff. de iudi. l. ſancimus. infra. de iudi. l. terminato infra. de fruct. & liti expen.

[u] .l. ſi. ſupr. de iur. & fact. ignor.

[x] .l. non eſt ignotum infr. de admi. tut. l. meminerint. infra. unde vi.

IN LEGEM QVI ACCVSARE

CODICIS IVSTINIANI DE EDENDO SVMMARIA ZOANNETTI.

1 Nemo proprijs armis, ubi clariores deſiderantur probationes, in iudicio conuinci debet.

2 Actor non probans in iudicio ciuili, quę libello complexus fuit, in omnibus iurgij expenſis damnatur.

3 Accuſator non probans in criminali iudicio, quæ in reum obiecit, uelut calumniator punitur.

4 Celans inſtrumentum proprium nõ punitur, ſecus quando ſuprimit alienum, tunc falſi pœna eſt plectendus.

5 Tabellio celans prothocolum, negansq́ per mendacium de inſtrumento fuiſſe rogatum pœna falſi tenetur, quam pœnam uno ſolum caſu effugiet, ut in ſequenti.

6 Temporis diuturnitas, & bona de homine opinio excuſat eum à dolo.

7 Opinio bona de homine tollit omnem furti ſuſpicionem, licet penes eum furtiua res inueniatur.

8 Tabellio negans ſe fuiſſe de inſtrumento rogatum, ſi conuincatur de mendacio, damnum & intereſſe, quod eius aduerſarius per iuramentum probabit, pręſtare cogetur, quod limita, ut in ſequenti.

9 Dolus malus ubi in faciendo eſt commiſſus, acrius punitur, quàm ſi in omittendó adhibitus fuerit.

10 Actori etiam probo, & omni exceptione maiori non creditur contra reum etiam doloſum, & fraudolentum, niſi quę in illum obiecit, uera eſſe probet.

11 Gellius reprehenditur, qui in iudiciali foro philoſophum Phauorinum conſuluerit.

12 Philoſophorum & iuriſconſultorum artes in quibus uerſentur.

13 Diligens & probus uir non præſumitur, ſuas pecunias, ſupine admodum credere infami, & mendaci homini.

14 Negligentiæ hominis adſcribitur, ſi parum caute alicuius improbi fidem ſecutus fuerit.

15 Actore non probante reus abſoluitur, etiã & ſi compertiſſimum foret, nullum ius ipſi reo competere.

16 Poſſeſſor beneficij licet confiteatur, nullum ſibi ius eſſe in beneficio, non tamen de poſſeſſione prius expelli poteſt, quam actor ueram intentionem ſuam probationibus impleuerit.

17 Actor non ideo debet obtinere, quia reus tranſtulerit in ſe probandi onus, & nihil probauit, tunc enim ſuccumbit nihilominus actor, qui in ſuis probationibus defecit.

18 Actor in lite ſuccumbit, quando ipſius & rei ſunt probationes æquales.

19 Reo aliquibus caſibus ita incumbit onus probandi ſuam innocentiam, ſicuti actori crimen.

20 Probationis multæ ſunt ſpecies.

21 Probatio per coniecturas facta, quam-

 uis ple-

uis plena, & manifeſta probatio fit, impropria tamen appellatur probatio.

22 Probatio per coniecturas ſufficit in his, quæ aliter non poſſe probari conſueuerunt.

23 Probationem plenam ſola fama inducit in his, quæ ob temporis diuturnitatem non poſſunt aliter ſciri.

24 Probatio quæ in ſimplici iuris præſumptione eſt poſita, ueram probationem contra ſe admittit, & præſumptio iuris appellatur.

25 Præſumptio iuris & de iure nullam contra ſe ueriorem probationem recipit.

26 Probatio plena non niſi per duos teſtes, aut inſtrumentum aliquod, uel aliam ſcripturam legitimam, aut per propriam in iudicio factam confeſſionem effici poteſt.

27 Probatio ſemiplena, quæ ſit.

28 Generalis conſtitutio legis includit omnes caſus, licet in uno ſit maior ratio quã in alio.

29 Verba in dubio ſecundum aptiorem, & magis proprium ſignificatum legis intelligenda ſunt.

30 Probatio plena tunc eſt neceſſaria, quum lex conditionalibus uerbis eam requirit.

31 Lex iſta de probatione plena, & ſemiplena ſenſit, quamuis contrarium omnes hactenus crediderint.

32 Leges quomodo interpretandæ ſint.

33 Finis & euentus rei inſpicitur, non autem medium.

LEX IIII.

Imperator Antoninus Epaphrodito.

QVI accuſare uolunt, probationes habere debent, quum neque iuris, neque æquitatis ratio permittat, ut alienorum inſtrumentorum inſpiciendorum poteſtas fieri debeat, actore enim non probante, qui conuenitur, & ſi nihil ipſe præſtiterit obtineat.

ACtoris partes qui ſuſcipit, recte ſibi in probationis genere
antea proſpicere debet, ne poſtmodum in ea deficiat, quum
ex ſui aduerſarij inſtrumentis, intentionem propoſitam
1 impleri, omnis, uel iuris, uel æquitatis ratio prorſus uetet, † æ-
quum enim, & iuſtum undique maioribus noſtris ſemper uiſum
fuit, ne poſſit quippiam, aut ciuili, aut criminali (ubi clariores
ſunt expetendæ probationes) [x] iudicio concuſſus proprijs armis
2 conuinci [a], † quare actor illa, quæ in libello apud iudicem ob-
tulit, ni uera eſſe, proprijs inſtrumentis, teſtibusue oſtenderit, to-
3 tius expenſi in iudicio ciuili iacturam ſubibit [b], † in criminali ue-
ro, tanquam calumniator punietur; noluit itaque Cæſar cum iure,
tum æquitate motus teneri reum, inſtrumenta propria contra ſe
4 edere, † unde poſt Baldum Salycetus inquit, non uidere eum do-
lo uerſari, qui ſuum inſtrumentum celat, quod enim autoritate
legis fit, citra legis aculeos merito eſt [d], cæterum de illo, qui non
propria, ſed aliena inſtrumenta ſupprimit, pœnam legis Corne-
5 liæ de falſis Paulus ſumit [e], † Idem in tabellione, qui protocol-
lum occultat negans ſe ſe de conficiendo inſtrumento fuiſſe roga-
6 tum [f], † niſi dolo eum carere, & ex temporis diuturnitate, & ex
illeſa eius opinione palàm conſtaret [g], uti Alexandro hic poſt uete-
res pla-

x .l.ſi. infr. de proba.
a .l. nimis graue. infr. de teſtib. l. qui ſententiam. infra. de pœnis.
b .l. eum quem temere. ff. de iudi. l. properandum. §. ſin autem alterutra. infra. de iudi.
c .l. i. infr. de aduoc. diuer. iudici.
d .l. gracchus. infr. de adult.
e .l Paulus ff. de fals.
f .l. eum qui. ubi Bal. infr. de fals.
g .l. quotiens. §. i. ubi Bar. ff. de hære. inſtit.

7 res placuit, † plurimi quidem facienda eſt de homine recta opinio,
quæ ſuſpicionem furti, apud quem furtiua res depræhenditur, ne-
8 quaquàm eſſe concedit [h], † & ait Baldus, poſtquàm de mendacio
ſcriba conuictus fuerit, rogatumq; de celebratione inſtrumẽti fuiſſe
apparuerit, intereſſe, & damna petentis per deiurium illico probari
9 poterunt, † quod ſatis probabile ſecundum Alexandri ſententiam
arbitror, ubi dolus malus in faciendo, ut aiunt, non etiam in omit-
tendo, ſit commiſſus, at uero ſi dolus, & notarij fallacia in eo ſit,
quòd inſtrumento quid inſcribere omiſerit, & ob id prætermiſſum
nihilominus teneatur [i], probatio tum damni & intereſſe legitime
fieri debet, neque per iuramentum facta ſufficit [k], uulgatam deni-
que regulam noſtra lex tradit, ut diffinitiuo iudicio liberatus dimit-
10 tatur reus, ſi non probauerit obiecta actor [l], † qui tametſi induſtri-
ùs, probus, omniúe maior exceptione ſit, reus autem contrà. quia no
xiam, infamem, mendacemque uitam uiuat, nihilomagis actori iu-
ſtò, nihil probanti aduerſus reum fraudulentum, fides in iudicio ul-
11 la poterit adhiberi, ſicque probus ſuccumbet actor [m], † quod Gel-
lius alioqui Romæ iudicaturus iurare maluit, de cauſa haud ſibi li-
quere, quàm de quæſtione ſententiam dicere, idq; conſilio, & philo-
ſophi ſuaſionibus magiſtratum gerens parum ſcite ex antelatis præ-
12 termiſiſſe uidetur, † philoſophi namque (Ariſtoteles inquit) re-
rum naturam, cauſaſque primas naturalibus quibuſdam inſtitutis
dicere profitentur, quod totum ad ſpeculationis decus pertinere ai-
unt, Nos uero aut ex receptiſſimo uſu, qui ſine ſcriptis conſtat, aut
ex lege ſcripta, aut naturali uel gentium iure uiuimus, ac iudican-
dum in controuerſijs cenſemus, quod prorſus ad recte, beateque ui-
uendum ſpectare inficiatur nemo, quare in præſcripto quæſtionis
obice non Phauorinum philoſophum, ſed Paulum, Marcellumque
iuriſperitos conſulere Gellius debuit, ut illorum monitis pru-
13 dentior factus, † uel nunquã potuiſſet in eam adduci opinionem,
quòd actor diligens, & probus mendaci reo, & infami pecunias ſu-
14 pine admodum, & in caute ſuas crediſiſſet [n], † uel actoris negligen-
tiæ adſcribendum duxiſſet, quòd parum accurate improbi hominis
fidem ſequutus fuerit [o], reumque à petitis omnino liberaſſet, prout
15 Antonini lex iſta iubet, † quæ uim, & poteſtatem ſuam adhuc reti-
nere dicendum eſt, quamuis nullum ius reo competere exploratiſ-
16 ſimum foret [p], † quod in beneficialibus quoque iudicijs in tantum
receptum uidemus, quòd ſi confiteatur reus, nullum ſibi ius in be-
neficio eſſe, nihilomagis de poſſeſſione beneficij exigi queat, priuſ-
quàm idoneis actor, ueram ſui intentionem eſſe, argumentis oſten-
17 derit [q], † extendes legem hanc rurſus, quãdo reus probandi munus
in ſeipſum reciperet, ut nec pro actore ſit reſpondendum, tametſi re-
us in probando defecerit [r], † idem ubi forent utrinque probationes
æquales, pro reo tunc æque iudicandum dixerim [ſ], † nõnulli uerun-
tamen ſunt à regula excepti caſus, quibus ob graue reo iniectum cri-

 men

h Saly. in. l. ij. infr. de quæſtio.

i Bar. in. l. fi. infr. de magi. conuen.

k .l. argentarius. §. cũ autem. & ibi Bal. ff. eod.

l Glo: in auth. qui ſe mel. in uerſi. locum in fi. infr. quomo. & quando. iud.

m Glo. fi. in. c. ſicut. de ſent. excõmu. Abb. in. c. cum in iure. de offic. deleg.

n .l. cũ de indebito. ff. de probat.

o .l. cum mandato. in fi. ff. de probat.

p .l. fi. infr. de rei uen-dic.

q Abb. in. c. cum ſuper. col. iij. uer. extra glo. de ca. poſſeſ. & in. c. ex conque-ſtione. col. antepen. de reſti. ſpoli.

r glo. mag. & Bar. in .l. circa. ff. de prob.

ſ .l. fauorabiliores ff. de reg. iur. c. ex litte-ris. de probat.

men, uelut maieſtatis læſæ, proditio̅is patriæ, peculatus auaritiæ, aut
propter ſimilium flagitia actor non ſolum ad inſtitutam accuſatione̅
implendam, ſed reus pariter ad ipſam repellendam, innoxiamq; ipſ-
ſius edocendam per iudicem debet urgeri [t], Sed quū probationis nu
per meminerim, de ipſius qualitate hac in lege diligentius perquirere
20 operæ precium eſt, † multæ ſunt quidem probationis ſpecies [u], alia
21 quæ in coniecturis, indicijs ue quibuſdam co̅ſiſtit [x], † quæ & ſi ple-
næ, ac manifeſtæ probationis uicem obtineat [a], non propriam tame̅
22 ſed impropriam probatione̅ ſapientiores eam appellitant [b], † quod
enim per exploratam, indubitatamq; probationem probari no̅ poſ-
23 ſe conſueuit, præſumptionibus, & coniecturis illud haberi ſat eſt [c], †
huic proxima uidetur, quam ſola fama in his, quæ propter tempo-
ris diuturnitatem aliter dignoſci nequeunt, plenam probatione̅ par-
24 turit [d], † alia, quæ in ſimplici iuris præſumptione poſita eſt, & con-
tra ſe propriam, ac uera̅ probationem recipit, iuris præſumptio ſim-
25 plici nomine nuncupatur [e], † alia eſt, quæ geminato uocabulo, iuris
& de iure præſumptio dicta fuit, & neq; uberiorem aliquam probatio
nem aduerſus eam (quum iuris fictio ſit) inducere poſſumus [f], ſunt
& aliæ pleræq; præſumptionis ſpecies, quas ab Accurſio memora-
tas alibi ſatis, hic non recenſeo [g], Eſt alia denique propriæ, & ueræ
probationis ſpecies, quę itidem diſiungitur, bipartiturq;, quod alte-
ram plenam, alteram ſemiplenam, ſeu qualem qualem probatio̅em
26 appellemus, † plena non minus duorum teſtificationibus effici po-
teſt [h], idq; per inſtrumentum recte fiet [i], aut per aliam ſcripturam
legitimam [k], aut propriam in iudicio factam confeſſionem [l], qui-
27 bus caſibus non niſi plena poteſt eſſe probatio, † quæ uero ſemiple-
na nuncupetur, non difficulter agnoſci poterit, ſi quæ plena ſit ex ſu-
perius relatis intelligemus, cuius dimidiata pars ſemiplenam, ſiue
qualem qualem probationem faciet [m], quod & fuſius aliquotiens
Accurſius retulit [n], occurrit tum inueſtigatio haud quaquam ocioſa,
de qua ſcilicet probationis ſpecie lex iſta ſenſerit, cumq; generaliter e-
dita ſit, generaliter itidem conſtitutio interpretanda uidetur [o], qua-
28 lemcu̅que probationi ſpeciem comprahendens, † & generalis lo-
quutio legis, omnes includit caſus, licet in uno maior qua̅ in alio ur-
29 geat ratio [p], quibus ſane obiectiunculis minus ipſe moueor, † quan-
doquidem ex proprio, & uerboru̅ aptiore ſignificatu legis uerba in
dubio ſumi ſoleant [q], ad ueram igitur propriamq; probatione̅ Au-
guſta ſanctio referenda erit, ſed iteru̅ ambigere ueteres, nunquid de
pleniore ſolum, uel potius de utraq; ſimul, hoc eſt, plena, & ſemiple
na probatione conſtitutio huiuſmodi ſenſerit, & probabilius dici
poſſe uidetur, efficatioris, atq; potioris probationis mentionem ha-
bitam intelligi, ſic namq; uerba in uim maiorem ſuam, & magis co̅-
gruam ipſorum ſignificationem inflecti debent [r], præſertim hac in
lege talis ſignificatio capienda eſt, quoniam ablatiui abſoluti, qui
in his exprimuntur uerbis, actore non probante &c, conditionem
faciunt,

t .l. fallaciter in fi. infr. de abolitio.
u Alex. in. l. i. ff. ſi cer. peta.
x .l. ſi ium. ff. de his. qui. ſunt. ſui. uel alie. iur.
a Bar. in. l. ſi quis. §. prætor. ff. eod.
b Alex. in. l. i. infr. de teſtam. mili. Corn. conſil. lxix. lib. iij. Curti. co̅ſi. lxxviij. col. penul.
c .l. ucinus. infr. de nup. Alexan. conſi. lxiiij. lib. i. & in con ſil. xxiij. col. iij. li. ij.
d Imol. in. c. ueniens. de uer. ſign. ſi. Bal. in. l. cum ſuper. infr. de rei uendi.
e .l. ſi poſſideris. ubi glo. fi. & Bar. infr. de proba.
f .l. retro. ff. de cap. l. i. in prin. infr. de rei. uxor. actio. glo. fi. in. l. ſi duo. ff. de acquir. hæred.
g Glo in. l. fi. in prin. in uer. præſumptioni &c. ff. quod met. cau.
h .l. ubi numerus. ff. de teſtib.
i .l. optimam. infr. de contrah. ſtipu.
k .l. generaliter. infr. de non nu. pecu.
l .l. unica. infr. de co̅feſſ.
m .l. etiam partis. ff de uſufr. l. ſi in rem. la. i. ff. de rei. uend.
n In l. admonendi. in glo. magn. incip. ex acto &c. ff. de iure. iur. & in. l. his apud quē. in glo. fi. ſupr. eod.
o .l. de precio. ff. de publici.
p .l. i. §. quod autem. ff. de aleat. l. in fraudem in. fi. ff. de teſtam. milit.
q .l. fi. infr. de his qui. uen. æta. impe.
r .l. aliud eſt. capere. uer. ſicut. ff. de uerbo. ſigni. l. i. §. i. ff. ſi age. uectig.

faciunt, quum in forma ſpecifica, & ad unguem, tum plene, ac pro-
30 prie implendam [f], † Ideo apud omnes iam hæc opinio inualuit, ple
nam totiens oportere fieri probationem, quoties lex conditionali-
31 bus uerbis eam requirit [r], † cæterum aliter ipſe contra omnes ſen-
tio, & de utraque, uel plena, uel ſemiplena probatione ſancitum hic
32 eſſe reor. † leges quippe non ex conſequentia, & uerborum cortice
duntaxat interpretandæ uidentur, ſed altius, & iuxta illarum ſente-
tiam eas omnino perpendimus [u], quapropter non minus de ſenſu,
quàm de uerbis huiuſce legis eſt diſſerendum, ſic enim à legislatore
fuiſſe diſpoſitum quiuis concedit, ut actor ea probatione reum in iu-
dicio ſuperare debeat, quæ ad uictoriam ipſius agentis, & condem-
nationem rei conuenti poſſit ſufficere, qualiſcunque ergo per acto-
rem probatio fiet, dummodo eius intentioni ſatisfaciat, uictoriæq;
palmam conſequatur, idonea ſatis exiſtimanda erit, ſiue plena, ſiue
33 etiam ſemiplena dici poterit, † maxime quia in rebus lex finem, &
rei euentum, non autem medium ſpectat [x], & licet nonnunquam ſe-
miplene actor probaſſe dicatur, cui lex in probationis defectum iuſ-
iurandum tunc defert [a], tamen inſpecto negocij fine, iunctaque iu-
riiurando ſemiplena probatione, ad condemnationem tota hæc pro
batio ſuppetet [b], ſic & obicem tollere, & legem cauilloſis, contrarijs-
abſterſam reddere libuit.

[f] .l. Meuius. l. qui hæredem. ff. de condi. & demon.
[r] .l. lucius ubi Bar. Paul. caſtr. et omnes .ff. de condi. & demonſtr.
[u] .l. non dubiū. ſupra de legi. l. tutela. in prin. ff. de leg. tuto.
[x] .l. mulier, in prin. ff. ad Trebel. Bar. & alij in. l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth.
[a] .l. in bone fidei. in fr. de reb. credi.
[b] .l. admonendi. ubi late not. ff. de iureiur. & dicta. l. in bone fidei.

IN AVTH. SI QVIS IN ALIQVO,

CODICIS IVSTINIANI DE EDENDO SVMMARIA. ZOANNETTI.

1 Originem rei, prius quàm rem ipſam exponere, ſatius eſt.
2 Exemplo inſtrumenti apud iudicem edito nihilominus originale exhibendū erit, quamuis exemplum illud à quàm pluribus Notarijs deſcriptum eſſet.
3 Teſtium dicta creduntur fuiſſe didicita, ubi quis exempla teſtificationum ſola inſpexit, licet Doctores omnes contrà.
4 Actus nullus ſæpiſſime efficacem & ualidum effectum parit.
5 Exemplo, ſicut originali, creditur, quando autoritate iudicis, & citata parte exemplatum fuit.
6 Citatio partis in quibus caſibus eſt aliàs neceſſaria, in ijſdem recte omittitur, ſi periculum mora ſit allatura.
7 Periculum ſi immineat, poteſt quis contra iuſiurandum præſtitum, non petita abſolutionis uenia inniti.
8 Teſtes non citata parte aliquando examinari poterunt, ſi periculum moræ inſtet.
9 Exemplum probat contra producentem illud, & ſi contra alium nullam faciat fidem.
10 Producens inſtrumentum in iudicio uel offerens Principi libellum, cenſetur cōfiteri omnia, quæ continentur in illo.
11 Exempla originalium quàmuis ab eodem Notario, qui orignalia cōfecit, exemplata ſint, nihilominus fide carent, & ſi Bartolus contrarium uelit.
12 Declaratio. §. prætor ait. l. ſi quis. ff. eod. contra Bartolum & ſequiores.
13 Exempli nomen non aliàs inſtrumento conuenit, quàm ſi Notarius ſub nomine exempli deſcripſerit illud.
14 Exemplum inſtrumenti cum omnibus ſolemnitatibus ſui originalis exemplatū non eandem cum originali obtinet autoritatem, quinimo fide omni caret, licet Cardinalis & Decius contrà.
15 Ratio præter Doctores omnes, quare non creditur exemplo, niſi originale edatur.
16 Influentia, & totus cauſati effectus ad primam ſui cauſam eſt referendus.
17 Expreſſa, nocent, non expreſſa non obſunt.
18 Subſcriptio Notarij tantā præbet inſtrumento autoritatem, quantā haberet inſtrumentum, quod eſſet totum manu eiuſdem Notarij deſcriptum.

Exem-

19 Exemplum plene probat, ubi non ſolū actor, ſed etiam reus uel tacite, uel expreſſe idem comprobat.
20 Bartoli mens perpulchre explicatur præter alios quoſq; ſcribentes.
21 Exemplo creditur in præiudicium aduerſarij nihil contra illud obijcientis.
22 Exemplum quando ſemiplenam probationem, aut præſumptionem inducat,
23 Præſumptio contra illum imminet, qui originale inſtrumenti oſtendere nō uult.
24 Exemplo nihil plus creditur, quia in archiuo publico loci reconditum ſit, contra Innocentij, Pontani, Angeli, Baldi, Alexandriq; opinionem.
25 Locus ad cuſtodiam repertus, nihil aliud præter cuſtodiam præſtat.
26 Confirmatio ſimplex nihil rei confirmatæ addit, nihilue detrahit.
27 Argumentari de tempore ad locū licet.
28 Exemplo ueteri, & antiquo creditur ob temporis diuturnitatem, quando iudicis autoritate exemplatum fuiſſe conſtet, ſecundum Aretinum, Cumanumq; doctores, quod longè melius quàm hi fecerint declaratur, atq; ampliatur ſub nu. xxxij.
29 Præſumptio, & cōiectura ueritati cedit.
30 Præſumptio tunc habet locum, ubi anceps, & dubia, non autem indubitata res eſt.
31 Fruſtrationem actuum diuus pius in iure eſt deteſtatus.
32 Exemplum ob temporis diuturnitatem plenè probat, quanquàm iudicis autoritate exemplatum fuiſſe non appareat.
33 Fama in ciuilibus ſemiplene probat, in his uero, quæ propter longitudinem temporis aliter ſciri nequeunt, plenam facit probationem.
34 Exemplum in actis regiſtratum plene probat.
35 Exemplum manu ſubrogati notarij factum recte probat.
36 Exemplū exempli nullam præſtat probationis fidem, quàmuis Bartolus contrà.
37 Idem ius, quod in antecedenti eſt poſitum, in conſequenti ſuo etiam uiget.
38 Priuilegia ſemel conceſſa extendi nequeunt.
39 Probatio creditur congruo nihilominus tempore facta, licet poſt lapſum probationis terminum producat actor inſtrumentum, cuius mēdio fiebat in altero documento infra probationis tempus exhibito.
40 Probatio non dicitur fieri ex relato inſtrumento, ſed ex referente ſolum.
41 Actus uim recipit ex declarata ſcriptura, non etiam ex declarante, ex ipſaque, declarata agitur.
42 Bellonus iniuſte Decium momordit.
43 Ratio, quam Bellonus aduerſus Decium adduxit, in ipſius Belloni caput retorquetur.
44 Declarans non cenſetur actum confirmare, & in hoc non mediocris Belloni captio fuit.
45 Differunt inuicem declaratio & confirmatio, declaratio enim ex actu etiam inualido, confirmatio uero non niſi ualido conſtare poteſt.
46 Procurator alicuius quis eſſe non probatur per inſtrumentum, quod habeat relationem in ea parte ad aliud documentum.
47 Mendacium non ideo interueniſſe probatur, quia notarius in inſtrumento aliquo aſſerat, ſeſe de tali mandato alias rogatum fuiſſe.
48 Inſtrumentum faciens alterius inſtrumēti mentionem non probat etiam inter eaſdem perſonas, contra Bartolum, & alios communiter, & infra. nu. 50.
49 Ratio præter alios uera adducitur ad. l. optimam. infr. de contrahen. ſtipul.
50 Declaratio noua ad. l. optimam præter Bartoli, & cæterorum opinionem.
51 Verba enunciatiua per contrahentes dicta quando inter eoſdem minime probent, & quæ requirantur, ut probent.
52 Allectus aliqua ratione ad contrahendum, eadem cenſetur inductus ad enunciatiue aliquid in eodem contractu exprimendum.
53 Inſtrumento facienti mentionem de alio plene creditur, quādo totus relati tenor, & uerba in eo ſunt deſcripta, aut ſenſus ipſius relati per habentem poteſtatem ſit clare inſertus.
54 Scripturæ, uel priuilegio Pontificis, uel alterius maximi Principis facienti mentionem de aliquo inſtrumento, uel ſcriptura, plene creditur, quanquàm illud inſtrumentum, uel ſcriptura memorata nō exhibeatur.

IVSTINIANVS IN AVTH.

COLLAT. IX.

Conſti ij. ut ſponſal. larg. S. & hoc in ſuper.

SI quis in aliquo documento alterius faciat mentionem documēti, nulla ex hac memoria fiat exactio, niſi aliud documentum, cuius

ius memoria in ſecundo facta eſt, proferatur, aut alia, & ſecundum le
ges, quantitatis debitæ probatio exhibeatur, quia & quantitas, cu=
ius memoria facta eſt, pro ueritate debeatur, hoc enim & in ueteri=
bus legibus inuenitur.

IVdicialis agebatur contentio circa debiti probationem, & aſ=
ſerebat litigatorum alter, ſe debitam pecuniam per inſtrumen
tum exhibitum, in quo de pecunia debita enunciatiuè, ac per
relationem ad aliud documentum fiebat mentio, idonee probaſſe,
relatiuis enim huiuſmodi inſtrumentis plena ſolet adhiberi fides [c],
contrà uero allegabatur, nullam ex tali memoria exactionem, ſeu de=
biti probationem fieri poſſe, cuius rei argumentū eſſe potuit, quod
neq; exemplo crederetur, niſi originale, unde fuerat ſumptus index,
oſtenderetur [d], quam ſanè allegationem longè anteriorē probabilio
rem Iuſtinianus ſua conſtitutione laudauit, quare ad exactionem de
bitæ quantitatis, uel originali opus eſſe documento, uel quauis alia
1 actoris probatione legitima id omnino expleri decreuit, † Cæterum
Iuſtiniani recentior hæc cōſtitutio quum ab Alexandri Cæſaris ue=
tuſtiore lege [e] de exemplis inſtrumentorum prodita originem quo
dammodo trahat, tum ad eam, uelut agnatam, maxime referatur,
pro ipſa Alexandri lege uerba in primis facere ſatius iudicarim [f], o=
riginalia itaq; inſtrumentorum, non etiam illorum exempla, fidem
2 plenam faciunt, † merito exemplis editis nihilominus, ubi res po=
ſtulauerit, ad originaliū fidem decurrere eſt neceſſe [g], tametſi (Bar=
tolus inquit) exempla hęc à quampluribus ſint Notarijs exarata, un
de credunt omnes, non uideri teſtificata eum didiciſſe, qui exempla
3 teſtimoniorum ſola inſpexerit, quum nullius fidei ſint [h], † quibus
ego minime aſſentior, intentio namq;, & hominis uoluntas ita di=
4 dicitur ex inani, & imperfecto actu, ſicut ex ualido, & authentico [i], †
actuſq; etiam nullus effectū ſæpiſſime efficacem, & ualidum parit,
uelut in poſſeſſore, malam fidem, ignotę, uoluntatis declarationem,
& non pauca his ſimilia [k], quamobrem depoſitionum exempla, ubi
quis introſpexerit, teſtium dicta non ignorare proculdubio fatebor,
5 † à ſupraſcripta tamen regula declinabis, quando exempla fuerunt
iudicis autoritate excerpta, quibus tunc perinde credimus, ac ſi origi
nalia ipſa edita forent [l], ſi modo pars aduerſaria, cuius plurimum
6 intereſſe poſſet, in exemplificatione fuerit legítime accerſita [m], † ci=
tationemq; prorſus neceſſariam dixeris, ſi nullum ſit mora pericu=
lum allatura, alioquin abſente, & non citata parte exemplum ſumi
Iudex mandaret [n], & à iuris regulis plerumq; diuertimus, ob pericu
7 lum in cunctatione imminens [o], † poteſt & quis, ratione periculi
prominentis, non petita abſolutionis uenia cōtra iuſiurandum præ=
8 ſtitum inniti [p], † itidem ob eandem periculi cauſam, aliquotiens ad
uerſario non citato, examinantur teſtes [q], ut Decio quoq; plenius
9 hæc enarranti ſic uiſum fuit, † Rurſum non iuuabit huius legis re=

c .l. optimam. infra. de contrah. ſtipu.

d .l. procurator. ſupr. eo. l. Pomponius. ff. famil. hercis.

e .d.l. procurator.

f Arg. l. i. ff. de orig. iur. inſt. de fideicō. hæred. in prin. l. i. § origo. ff. de poſtula.

g .d. l. procurator. l. ſancimus. ſup. de di uer. reſcr. l. ij. ff. de fid. inſtru.

h Bal. in l. fi. infr. quē. teſtam. aperian. idē. poſt Cinum in d. l. ſancimus.

i .l. hac conſultiſſima §. ex imperfecto in= fra. de teſtam. l. & ſi transferam. ff. de ad im. leg. l. planē. in prin. ff. de leg. i.

k Dec. poſt alios. in c. at ſi clerici. col. viij. ix. x. de iudi.

l .l. chirographis in prin ff. de admi. tu= to. §. & hoc inſ. per in auth. ut ſponſ. larg

m .l. de uno quoq;. ff. de re. iu. & Bar. hic.

n Innocen. & Abba. in. c. fi. de fid. inſtru.

o .l. de puppillo. §. ſi quis riuos. ff. de op. nou. nunci.

p .c. uenerabilem. ubi Innoc. & Abb. col. fi. de elect.

q .l. ij. ubi Bar. infra de naufrag. lib. xi.

BIBLIOTECA [illegible] ROMA [illegible] EMANUELE

gula illum,qui exemplum inſtrumenti exhibuit, faciet aduerſus ſeiſ-
pſum fidem utiq; exemplum [r], quod optima ratione inſtitutum
10 reor,† quemadmodum enim fateri omnia is intelligitur, quæ & in
exhibito apud acta inſtrumento,& in oblato principi libello conti-
nentur [ſ], ſic ille,de cuius manibus capiuntur exempla,uera, proba-
que illa eſſe affirmare cẽſetur [t], quanquàm hoc Decius theoremate
tantum nugali refellere tentet, Exemplo pariter dabitur fides (Bar-
tolus ait) quum ab eadem ſcribæ manu,qua originale fuit,exemplũ
exſcribatur [u], prætoris uerba haud ſecus interpretanda ratus, uerum
Decius Bartoli opinionem, aut quod indubitabilis ſit,aut quoniam
parum uera,labefactari penitus cõtendit, uel intellexit, Bartolus de
exemplo manu eiuſdem tabellionis ſumpto adhibitis ſolemnitati-
bus requiſitis,uidelicet,ſigno cum ſubſcriptione Notarij,teſtibus,lo
co,die,anno,menſe,imperatoris nomine,& ſimilibus inſeri conſue-
tis,tunc uanum eſt,ſecundum Decium de fide huius exempli hæſi-
tare,quia eandem cum originali obtinet autoritatem [x],alias nunquã
petenti diceretur exhibere Notarius inſtrumentum authenticum,
quod nõnunquam interrogatus Cardinalis ſimili modo negauit,
uel ſenſit Bartolus de exemplo,ſiue (ut uulgo dicitur) copia ſimpli
ci,quæ ſine admotis ſolemnitatibus ſupraſcriptis per eundem ſcribã
facta fuit,& tunc exemplo huic nequaquam creditur [a], iſtas nempẽ
Decij repræhenſiones (licet hic Bartolum quoq;)haud ſatis proba-
re queo,ſicq; Bartolum,dein Cardinalem,poſtremo Decium, cum
in exemplorum nominis æquiuocatione,tum in legum declaratio-
11 ne nõ mediocriter oberraſſe conſpicor, † Primum Bartoli lapſus
in eo agnoſcitur,quia inſtrumentorum exempla,quanquàm ab eiuſ-
dem ſcribentis manu ex originalibus deprompta fuerint, omni fide
nihilominus carere ſolent, nõ enim prodeſt, ab uno inſtrumentum
utrumq; fuiſſe conſcriptum,quando exempli nomen alteri inditum
12 eſt [b], † nec me mouet,prætorem aliquãdo edixiſſe, rationes ex cau-
ſa iterum,atq; rurſus argentario edendas, quibus totiens plene cre-
dimus,quotiens poſtulanti exhibitæ fuerint [c], ibi namq; prætor de
nullo rationum exemplo meminit,ſed rationes duntaxat cauſa cog-
nita edendas ſimpliciter edicto iuſſit,quocirca rationes edi,uelut ori-
ginales,nõ quaſi originaliũ exempla eo caſu mandaſſe intelligitur [d],
13 † ſumptum uero ex originali inſtrumento nõ alias exemplum ap-
pellari poterit,quàm ſi Notarius ſub nomine exempli deſcripſerit il-
14 lud [e], † ex quibus manifeſtius patet, Decium æque poſt Cardina-
lem cœcutientibus oculis rem hanc præſentem diſſeruiſſe, quando-
quidem à uero late diſſentiat,exemplum, quod ſolemnia originalis
ſui habet,eandem cum originali autoritatem retinere,per ſuperius di
15 cta,† & quænam ſit ratio, quòd exemplo nõ credimus, niſi origi-
nale eiuſdem edatur, doctoribus hic cæteris quieſcentibus illam e-
go præcipue cauſam adduxerim, in caſibus illis, quibus ad proba-
tionem non coniecturæ ſufficiunt, concludens, & neceſſaria quæ-
dam

r .l.in fraudem,§. neque inſtrumenta.ff. de iur. fiſc. & hic Bar.

ſ .l.cum precum. inſ fr.de lib. cau. Inno. in.c.cum uenerabiſ lis.de excep.

t Arg.l.nõ eſt ferenſ dus.& ibi.Paul.Caſtren.ff.de tranſa.

u .l.ſiquis.§.prætor. ait.ff.co.

x Card. conſil. xxij. in.iij.dubio.

a Bar.in.l.i.§.ſi quis in duobus.ff.de bo. poſſ.ſecundum tab.

b .d.l.i §.ſi quis in duobus.

c .l.ſi quis.§.prætor. ff.eod.

d Bar.in.l.ſemproniſ us. uerſi. ſed ſi non appareret.ff.de.l.ij.

e .d.§.ſi quis in duo. & ibi Bar.idẽ Bart. in d.§.prætor ait.

dam debet eſſe probatio [f], at cum primum exempli nomen inſtru-
mento inſcriptum eſt, exemplum illud nõ penitus, neceſſarioq́ rem
illam, ſic eſſe probat, quoniam ad originale ſuum, de quo exceptum
16 fuit, ſe ſe referre oportet, † influẽtia enim, & totus cauſati effectus ad
primam ſui cauſam eſt referendus [g], ſecus quando inſtrumenrum
non habet, exempli nomen, ad aliud ſanè referre ſe ipſum nequit, ne-
que quod illorum prius, quodúe poſterius confectum ſit, liquere
cuiquàm poteſt [h], nimirum ex ſe ipſo uim, perperuumq́ robur con
17 tinet, † & quod per ora iam uulgi traditur, nõ inique conuenier, ex-
preſſa nocere, tacita uero non obeſſe [i], ſi tamen Bartoli uera limita-
tio foret, ut quod ab eodem, etiam ſub nomine exempli, documen-
tum exſcriptum fuerir, illius, cuius & ipſum originale eſt, firmitatis
18 per omnia exiſtimetur, † amplificabis eam in ſubſcribẽte Notario,
qui tantam ſubſcribendo ſolum, quantam enarrando totum, auto-
19 ritatem inſtrumento præbet [k], † poteſt denuo anguſtius elimari
præſcripta concluſio, ne locum habeat, quando actor, & reus exem-
plum comprobant, tum fides exemplo danda eſt, uti Bartolo no-
20 ſtro placuit [l], † cuius mentem ſic expoſueris, ut partium conſenſu
etiam tacito exemplum approbari merito ſufficiat, quemadmodum
uidemus inductam à Bartolo legem [m], tacirum expreſſo cõſenſum
æquare, quòd etſi contrahentium alter non fateatur expreſſe adhibi-
tum ſtipulationi mancipium eſſe illius, cuius nomine ſtipulabatur,
nihil ideo minus credendum ſit, ſcripturæ enuncianti ſimpliciter, ſer
uum domini illius fuiſſe, pro quo iam ſit ſtipularus, ita, & Bartolum
21 nec aliud ſenſiſſe, accurarius quiſq́ putarit, † ac idem alibi cenſuit Bar-
tolus [n], Fulgoſiuſq́ probat [o], exemplo inſtrumenti apud iudicem
edito credendum in præiudicium aduerſarij contra illud nihil oppo-
nentis, hinc igitur contraria Decij deciſio, putantis de conſenſu tan-
22 tum expreſſo Bartolum intellexiſſe, procul decedat, † Nõnunquam
& hoc exemplum probationis ſpeciem inducit, ueluti ſemiplenam
probationem, ſiue præſumptionem [p], quando ſcilicet originalis in-
dicem exhibens nõ diffitetur originale ipſum producere, cæterum
originalis editionem facere, ſi neget, nullam pro ſe index probatio-
23 nem faciet [q], † in illum etenim, qui originalium documenra oſten-
dere renuit, nõ mediocris eſt ubiq́ præſumptio [r], Alio caſu affir-
mãt doctores, plene exemplum probare, ratione publici loci, in quo
reconditum ſit, ut in archiuo publico, ubi cuſtodiæ cauſa, inſtrumen
ta reponi ſolent [ſ], tunc iuriſdictio loci quatenus ambit, exemplum
de archiuo receptum eatenus plenam habere probationis fidem In-
24 nocentij, Pontani, Angeli, Baldi, hicq́ Alexandri opinio una fuit [t], †
quibus haud ipſe uſquã adſtipulor, cõſueuere urbium ciues, uel op-
pidani locum intra mœnia, cuſtodię tantum gratia, deſtinare, in quẽ
25 publica documenta tuto deponant [u], † igitur locus ad uſum cuſto-
diæ repertus, neq́ maiorem, quam exemplum habeat, autoritatem,
26 neq́ aliud quicquàm, præter cuſtodiam, dabit [x], † & iam diu in cõ-

F ij feſſo

f .l. non hoc. infr. unde cógna.

g Bal. in. l. ex placito. col. ij. infr. de rer. permut.

h .d. l. ſempronius. ubi Bar. in uer. ſed ſi non appareret. ff. de leg. ij.

i .l. nonnunquam. in fi. ff. de condic. & de mon.

k .l. emptor. §. lucius Bar. in. ij. not. ff. de pact. l. ſi quis ex argentarijs. §. i. ff. eo. l. ſi quis ita ſtipulatus. §. griſogonus ubi Ange. & Alex. ff. de uerb. oblig.

l per. l. optimam. infr. de contrah. ſtip.

m In. d. l. optimam.

n In. l. i infr. de rela.

o In. l. procuratior. per illum tex. ſupr. eod.

p Glo. in. l. ij. ff. de fid. inſtru. & Bar. hic.

q Bar. in. l. admonendi. col. vi. uerſi. ſed quæro de exemplo. ff. de iure. iur.

r Bal. in. l. publicati. col viij. l. x. infra. de teſtam. d. l. ij. uerſi. ita ſi cõtractus &c. ff. de fid. inſtru.

ſ .l. moris. §. ſolet. & hic. ff. de pœnis.

t Auth. ad hæc. infr. de fid. inſtru. Bal. in. l. geſta. in fi. infr. de re. iud.

u .d. l. moris. §. ſolet & hic. ff. de pœnis.

x .l. ſi chorus. §. his uerbis. ff. de leg. iij. Bar. in. l. cætera. §. ſed & ſi parauerit. uer. & clarius. ff. de leg. i.

feſſo eſt, ex ſimplici confirmatione, uel receptione nihil addi, nihilq́;
27 confirmato detrahi [a], † præterea ſicut non parit, nec perimit tempus
obligationem [b], eadem ratione, necq́; loci diuerſitas efficacem, uel in
utilem eam reddit [c], quinimo differentia locorum differens ius pro
ducere non debet [d], idq́; ipſum, quod quærimus, à Cæſare Iuſtinia-
no manifeſtius alicubi explicatum opinor [e], inquit enim, ſi in proto
collo Notarij inſtrumentum ſecus adſcriptum, ac inibi fuerat impe-
ratum, de hinc inueniatur, nihil prorſus autoritatis noſcatur habere,
idcirco noluit, plus fidei inualidum inſtrumentum, quod ſit proto-
collo inſertum, ipſius protocolli obtentu, uendicare, quàm haberet,
ſi extra protocollum deſcriptum foret, atque ita aduerſus omnes
28 mea eſt ſententia, † Exemplo etiam credi, ob temporis diuturnita-
tem, non pauci aſſentiunt, dummodo iudicis autoritate exempla-
tum eſſe conſtet [f], ut ſolemnitates, quarum nuper fecimus mentio-
nem, indicis fidei opportunas, exemplationi interueniſſe, longæ-
ui temporis antiquitas rectè præſumat, quod tamen Decio diſpli-
cet, quoniam ut ex Pauli Caſtrenſis, Alexandriq́; reſponſis conſtat,
adhibitæ ſolemnitatis præſumptio, quæ ex temporis uetuſtate naſ-
citur expugnati, adimique facile poteſt ſi uetus exhibeatur aliud
inſtrumentum, quo ſolemnitatem prædictam non eſſe interpoſi-
tam caueatur, ideo præſumptio huiuſmodi, quæ pro uetuſto in-
dice inſurgit, ſimili modo per inſpectionem ipſius indicis, cuius pro
prium eſt, non probare, funditus tollitur, uerum enimuero Ca-
ſtrenſem, & Alexandrum, à quæſtione propoſita uere diuerſum
ſenſiſſe iudico, quid planè refert noſtra? ſi certum ſit per inſtrumen-
tum, uel aliam probationem legitimam, non interueniſſe cuidam a-
ctui ſolemnitatem antiquitate temporis præſumptam, magiſq́; in-
dubitatæ probationi quàm præſumptæ, ac dubiæ credatur ſolemni-
29 tati, † & ueritati præſumptio, atq́; coniectura cedat [g]? quum noſtra
30 ſit dubiæ præſumptionis quæſtio, † cui duntaxat locus ſit, quando
ſub ancipiti, non autem manifeſto, & claro caſu uerſatur [h], & uera
Decij argumentatio ſi eſſet, abſurdum in id incideremus, uanam, lu-
bricamq́; eſſe ſolemnitatis hanc præſumptionem effectam ex inſpe
31 ctione exempli repente caducam, † quam tamen in iure actuum fru-
ſtrationem diuus Pius reſcripto ſanctiſſime uetuit [i], & licet Areti-
nus, atq́; Cumanus (ut antea dixi) reſponderint, exemplum, quod
iudicis autoritate exemplatum cõſtet, ob diutini temporis curſum
32 probare, † ipſe ueruntamen hoc latius ſic amplificauerim, exemplũ
longo temporis fluxu inueteratum, & ſi nullam iuſdicentis inſinua-
tionem adfuiſſe in eo appareat, nihilominus ad probationem legiti
mam ſufficere, quemadmodum enim in confeſſo illud habitum eſſe
paulò antea retuli, ex indice præſumptionem, ſiue ſemiplenam ubi-
que colligi probationem [k], ſic & plenam fieri ubi longæuum tem-
poris ſpacium interceſſit, non immerito addicam, huicque rei ar-
33 gumento eſt, † fama ſemiſſem probationis in ciuilibus generaliter

præſtat

a Bal. in. c. l. uerſi. per quos. ſi. inueſt.
b .l. obligationũ. ff. de actioni. & oblig.
c .d. ſi. ff. de tritic. l. uinum. ff. ſi cer. pet.
d .l. ſuperuacuã. infr. de temp. in inte. reſtit.
e In. §. illud quoq́; uer. ideo. in auth. de tabellio.
f Aret. conſil. xxxvi caſus talis eſt &c. col. ij. uer. ad ſecundum. Raph. Cuma. conſil. clviij. uiſis inſtrumento &c. col. ij. uerſi. his tamen nõ obſtantibus &c. not. in. c. Albericus de teſtib.
g .l. ille aut ille. §. cũ in uerbis. ff. de leg. iij.
h Glo. in. l. l. §. acces dit. uerſi. præſumatur &c. infr. de rei. uxor. act. Bar. in. l. ſi filius. infr. de pet. hæred.
i .l. hæc. ſtipulatio. § diuus ff. ut leg. nomi. cauea. l. qui bis idem. ff. de uerb. oblig.
k Glo. in. l. ij. ff. de ſi. inſtru. & Bar. hic.

præſtat [l], at in his, quæ temporis longitudine uix ſciri queunt, ple-
nam efficit ſola fama probationem [m], idem igitur in propoſito fore,
ut temporis longinquitas in opere aliquo ſit, prudentiſſimus quiſq;
34 non improbè exiſtimabit, † probabit æque exemplum ſecundum
35 Angeli, & Alexandri normam, ubi fuerit apud acta regiſtratum [n], †
idem ſubrogationis ius efficit, quòd manu ſubrogati tabellionis in-
locum alterius demortui ſcribæ index perſcriptus nõ minorem ori-
ginali ipſo obtineat firmitatem [o], poſtremo quæſiuit Bartolus nũ-
quid exemplum exempli probet, & ipſum probare cenſuit, dum-
modo autore iudice, uocata parte, & cauſa cognita, primum, ſe-
cundumque exemplum fuerit ſumptum [p], cæterum prædicta ubi
ſeruata in exemplatione nõ fuerint, nulla erit ſecundo exemplo dan-
da fides [q], at reor ipſe neutro caſu exemplum exempli probare, aut
enim primum exemplum caret fide (utpotè) per ſcribam ſine iu-
dice ſimpliciter exemplatum, & exploratiſſima res eſt, ſecundo e-
tiam autoritate iudicis ſolemniter deſcripto longè minus eſſe cre-
36 dendum, † idem namq; iuris, quod in antecedenti uiget, in conſe-
quenti ſuo pariformiter redolet [r], nec hoc Bartolus ipſe aſpernari ui
detur, aut tam primum, quàm ſecundum exemplùm ea ſolemnitate,
quæ fidem alias exemplo tribuit, eſt celebratum, & iſto itidem caſu
37 exemplum exempli in probatiõe minus ſubſiſtet, † cum priuilegia
ſemel conceſſa, extendi non deceat [ſ], tum quòd ſpecialia contra ius
commune augeri, cumulariuè haud porrò temere poſſint [t], ſicq; pro
bationis priuilegium contra iuris regulam [u], primo exemplo tribu-
tum, neq; extendi, neq; accumulari operæprecium fore duxi, om-
nemq; probandi ſpeciem ſequenti exemplo deficere cõſului: ſed iam
exemplorum plus ſatis, Quid nempè ſtatuendum ſit, de originali
inſtrumento, quod habeat ad aliud inſtrumentũ relationem, in præ-
ſenti conſtitutione plenius diſſeritur, cuius ea ſententia eſt, nullam
ex referente inſtrumento poſſe fieri debiti probationem, niſi & rela-
tùm quoq; documentum exhibeatur, huiuſq; ſanctionis Iuſtiniani
uerba in contrarium ſenſum ſi uerteris, eam legis interpretationem
capies, ut ambobus editis inſtrumentis, nòn ex relato probationem,
condemnationemq; fieri, ſed ex memorante inſtrumẽto intelligi op
porteat, quod hic Decius nequiaquàm indoctè animaduertit, unde
38 non inſubtiliter perquiri ſolet, † an probatio infra præſtitutam pro-
bationis dilationem iudicetur facta, quando inſtrumentum faciens
alterius mentionem actor infra probationis tempus edidit, licet
poſt lapſum terminum pandat memoratum documentum: & pro-
39 batiõem congruo nihilominus tempore factam rectè dicam, † cum
non ex memorato intentionem probari, ſed ex referente ſolum in-
41 ſtrumẽto exiſtimatum ſit [x], † tum quia ex declarata ſcriptura, non
etiam ex declarante uim, atque ſubſtantiam recipit actus, ex ip-
42 ſaque ſolum agi conceditur [a], † quocirca illius Belloni obiectos
in Decium obices, nec facile defendi, nec per eum iuſte adduci

l .l.iij.§. eiuſdẽ quoque. ubi glo. in uer. confirmat &c. ff. de teſti. Felin. in c. ueniens il.i. uerſi. ſecũda cõclu. &c. de teſt.

m Imo. in .c. ueniens de uer. ſigni. Bal. in l. cum ſuper. infr. de rei uendi. & in auth. quas actiones. col. fi. ſupr. de ſacr. ſanc. eccle. Doct. in. d. c. ueniens.

n .l. fi. infr. de fid inſt. & arg. l. geſta. infr. de re iud.

o .c. cum. P. tabellio. &.c. fi. de fid. inſtr.

p .l. i. &. ij. infr. de re-lat.

q .l. ſancimus. ſupr. de diuer. reſcri.

r .l. deniq;. §. ſcio. ff. de minor.

ſ .§. huiuſmodi. in auth. de hæred. ab inteſt.

t .l. i. ubi not. infr. de dot. promiſſ.

u in l procurator. ſu-pr. eo. &. in. l. ij. ff. de fid. inſtr.

x Bal. in. c. i. de fi. inſtru. facit tex. in. l. aurelius. §. teſtamẽto. ff. de lib. leg. & tex. in. l. ſi donatæ. §. i. ff. de don. inter uir. & uxor. & in auth. iſta.

a .l. aſſe toto. ff. de hæred. inſt. l. unum ex familia. § fi. de falcidia. ff. de leg. ij.

 poſſe

poſſe exiſtimo, Bellonus inquit, conſiderari effectum debere, ex in-
ſtrumento ualido, & habili ad producendum reſultantem, non au-
tem ex inſtrumento executiuo, ideo ſi conuentus populi generalis
eligit illum, quem à prioribus nominati contigerit, denominatus
poſtea à prioribus, cenſetur ab ipſo generali ciuium conuentu ele-
ctus, non quidem à prioribus ipſis [b], Verum enimuero prima iſti-
us ratio, quum neque alterius opinionis autoritatem imminuat,
Decium quoque noſtrum minus offendit, ueriſſimum ſanè credi-
43 derim Bartoli dictũ Papiniani lege comprobatum [c], † quod in Bel
loni caput facile intorqueo, ut ſcilicet ex actu declarato, non ex actu
declarante cuiuſque rei uis, & ſubſtantia deſcendat [d], merito popu-
lus creditur elegiſſe illum, quem nominarunt priores, in caſu itaque
noſtro probabilius eſt, ex inſtrumento referente, quod per aliud de-
claratur, non autem ex inſtrumento declarante, cuius habita mentio
ſit, exactionem debiti fieri putare, rurſum idem contra Decium in-
ſtat, quando actus nullus confirmatur, debemus confirmantem
actum obſeruare, illumque magnifacere duntaxat, non ſic de actu
confirmato iudicium facimus [e], ſed memoria ſine alio relato docu-
mento probationi haudquaquàm ſufficit, ergo relatum illud do-
cumentum (utpotè memoriam confirmans) tantum intuebimur,
at hic me hercule non mediocris eſt ipſius Belloni captio putantis,
per inſtrumentũ relatum confirmari aliud referens, quum id neuti-
44 quàm uerum ſit, † quinimo per tale inſtrumentum memoria de-
claratur, confirmatione aliqua non intercedente, nec enim cenſetur
id confirmari, quod ab altero declaratur, alioqui parum ſcite conce-
dere itidem neceſſe foret, per acceſſorium nonnunquàm principale
45 confirmari [f], quod affirmare nimis infame eſſet [g], † & longa quip-
pe inter declarationem, & confirmationem differentia eſt conſtitu-
ta, quod per actum etiam inualidum recte fiat uoluntatis declara-
tio [h], ſecus in confirmatione, quæ non niſi per actum ualidum,
& habentem plenam cõfirmandi poteſtatem fieri uſquàm poteſt [i],
& nullum (ſicuti Bellonus iactabat) ex prælato intellectu abſur-
dum inſequi poſſe arbitror, quamquàm (ſi teſtibus idem, cuius me-
moria in alio facta ſit documento, non autem per aliud inſtrumen-
tum probaretur) exactionem debiti ex inſtrumento referente nihil
minus factam atteſtaremur, quandoquidem id (ſi accideret) per
46 miſſu legis quàm rectiſſime admitteremus [k], † prædictis Baldus
hic iungit, nõ probari Titium eſſe procuratorem alterius per inſtru-
mentum, cui Notarius inſcribat, Titium procuratorem Sempronij,
47 uti in alio documento conſtat &c, † neque mandatum ex narratiuis
uerbis illud enunciantibus interueniſſe credi, quamuis etiam Tabel-
lio ipſe in inſtrumento enunciatiuo aſſereret, de re enunciata ſeſe pu-
blicum alioqui inſtrumentum feciſſe, niſi, cuius meminit, inſtrumen
tum exhibeat, tunc enim propter exhibitum enuncianti credimus [l],
uerũ ab hac generali regula aliquos excipies caſus, qui extra conſtitu-
tionem

b Bar. in. d. l. unũ ex familia. §. i. ff. de leg. ij.

c In. d. l. unum ex familia. §. i.

d . d. l. unum ex familia. §. i. &. d. l. aſſe toto.

e . l. more. & . l. ſequen. ti. in prin. ff. de iuriſdi. om. iud.

f d. l. aſſe totó. iunc. l. ab inteſtato. in fi. ff. de codicil.

g . l. i. & . ij. ff. de pecu. legat.

h . l. & ſi transferam. ff. de adim. leg. l. planè. in prin. ff. de le. i.

i . d. l. more cum. l. ſequent. l. nemo plus. ff. de reg. iur.

k . l. in exercendis. infr. de fi. inſtr. & in hac auth. noſtra.

l . l. ſi donatio. & ibi Angel. infr. de don. l. in teſtamento. la. l. ff. de condi. & demonſtr. Soci. conſi. cclxvi. In cauſa quę. col. ij. uer. ſecundo. reſpondeo &c. li. ij.

tionem noſtram propter diuerſas rerum cauſas poſiti ſunt, ueluti ſi inſtrumentum faciens alterius documenti mentionem inter eaſdem perſonas producatur, probabit utique inter ipſas ſecundum Barto-
48 li & cæterorum dogma ſine alterius memorati exhibitione [m], † At ego aliter hac de re cum Decio ratus, receptam ab alijs Bartoli, opi-
49 nionem minime ſequor, † quod enim credendum ſit inſtrumento enunciatiuis uerbis referenti, contrahentes fuiſſe tunc ibi præſentes, uel ſeruum illius eſſe, cuius nomine ſtipulatus eſt ſeruus, & horū ſimilia, non fuit illa ratione inductum, quoniam ad eoſdem contrahentes ſolum probatio huiuſmodi producatur, ut Bartolus autumat, quum ad extraneos quoſque, etiam non contrahentes, præſumptio talis inſtrumenti generaliter decurrat, illicq; ſtetur, donec contrarium liquide appareat [n], quod Bartolus itidem affirmat, dummodo illa inſtrumento adſcripta ſint, quæ tempore contractus interueniſſe impoſſibile non ſit [o], ſed ipſorum contrahentium fauor pro cauſa principaliter fuit [p], ne ſcilicet oneri multiiugæ probationis ſupra modum contrahentes ipſi ſubijcerentur, ac eo pacto calumnioſis inuicem quærelis fruſtrentur, quod eos minime decet, qui ſemel paſſi fuere in inſtrumento deſcribi, ſe præſentes contractui adfuiſſe, & il-
50 lum pro ſeruo talis haberi &c. aut his ſimilia [q], † Ideo ſic probabilius ipſe difficultatem adimam, uetuſtiore lege generaliter conſtitutū fuerat, enunciatiuis uerbis inſtrumentorum nullam ineſſe fidem, uel ſi inſtrumentum alterius faceret mentionem inſtrumenti, uel ſi quidquam aliud enunciatiue in inſtrumento abſque mentione alterius documenti exprimeretur, niſi inſtrumentum, cuius memoria in altero habita erat, aut alijs idoneis argumentis rem enunciatiue denarratam ueram fuiſſe aliter doceretur, enimuero Iuſtinianus contrahentium, fauore huic rei mitius eſt moderatus, iubens, omnimodam inſtrumentis fidem præſtari, quæ ſine alterius inſtrumenti commemoratione ſimpliciter tantum quid enunciarent [r], in reliqua autem uetuſtæ legis obſeruatione imminutum eſt nihil, nam hodie, quemadmodum olim, referenti inſtrumento nuſquam credimus, priuſquam relatum introſpexerimus, ad hunc me ſenſum conſtitutionis noſtræ finis, & primordium alterius legis adegit [ſ], quare nec inter eaſdem perſonas huiuſmodi inſtrumentum proba-
51 bit, † & quibus (ut dixi) caſibus enunciatiua contractuū uerba ſibi aſciſcunt fidem, monet Bartolus huic fore locum, quando contrahentes uel confitendo, aut alienando, ſiue obligando potuerunt ſibi præiudicare, in reliquis uero rebus, quarum nulla eſt cōtrahentibus, incognita cauſa, alienandi, confitendi, ſeu obligandi poteſtas, ſicut de rebus eccleſiæ exemplum accipi poteſt, non ſtabitur hiſce enunciatiuis aſſertionibus, ubi re ipſa geſtam ſic rem fuiſſe non probare-
52 tur, † quo namque ductu ad principale contrahendi inſtitutum allecti ſunt contrahentes, eodem pariter ad enunciationes huiuſmodi
53 tractandas adduci uidentur [t], † Secūdo loco ſanctionis huius regula exolet,

m .l. optimam. infr. de contrah. ſtipul.

n .l. cum precibus. ibi not. infr. de probat. l. i. infr. de fid. inſtru. lib. x.

o .d. l. i. infr. de fid. inſtru. lib. x.

p .d. l. optimā. in fi.

q Arg. l. qui patitur. ff. mand.

r .d. l. optimam.

ſ In .d. l. optimam. in prin. in .ij. reſpon.

t .l. doli. §. diuerſum. ff. de nouat. Bar. in .l. ſciendum. ff. de uerb. oblig.

exolet, ubi eſt in referente inſtrumento plene relatio, relatique tenor exſcriptus, aut per eum, qui poteſtatem diſponendi habet ſenſus inſtrumenti, ad quod relatio fit, nō obſcure fuerit in referente inſertus, tunc aliud documentum, cuius mentio facta eſſet, exhiberi haud erit neceſſe [u], planè ſufficit relationis certitudinem in eo, quo mentio alterius facta eſt, documento claram haberi [x], quæ quidem uera ſunt, dummodo aliud in relato, quàm in referente, nō contineatur inſtrumento, ſi alium porrò ſenſum utrunque inſtrumentum inuicem haberet, non eſſet referenti aliqua danda fides, ſed pro ueritate duntaxat relatum acciperetur, ut ex Cardinalis, Alexandrique conſiliis,
54 necnon & Decij lectione eſt comprobatum,† nec fit denique prælatæ ſanctioni noſtræ locus, ſi Pontifex, aut alius quiſque ſummus Princeps mentionem in priuilegio alicuius ſcripturæ fecerit, creditur tum priuilegio enuncianti, quanquàm memorata ſcriptura non producatur [a],

u .l. edita. ibi. prout eo dicti ſupr. eo.

x Bal. in l. 1. ad ſi. ſupr. de epiſ. & cler. Bar. Alex. & moder. in. l. admonendi. ff. de iur. iur. Soci. d. conſil. cclxvi. col. 1 lib. ij.

a .c. ſi Romanorum ubi glo. in uer. deſunt. xix. diſt.

FINIS.

INDEX

INDEX EORVM QVAE HOC IN OPERE ANNOTANTVR.

A

Abſolutio a iuramento recte omittitur, quando periculum imminet. in auth. ſi quis in aliqno. num. 7.

Acceſſoria petitæ rei emendare non eſt neceſſe, quamuis nonnulli contra. in. l. iii. num. 25

Accuſator non probans in iudicio criminali, quæ in reum obiecit, uelut calumniator punitur. in. l. iiij. nu. 53.

Acta in uno iudicio cur non probent in alio, multiplex eſt ratio. in. l. ij. num. 18.

Acta, quæ publicam formam habent, ubique ſemper pro ſic geſtis habentur, eiſque fides adhibetur. in. l. ij. num. 22.

Acta ex inſtantia iudicij omnem firmitatem capiunt. in. l. ij. num. 20.

Acta non ualent in iudicio facta ſine partis citatione. in. l. ij. nu. 19.

Actionum cumulus eodem iudicio generaliter eſt admiſſus. in. l. iij. nume. 47.

Actiones pleræque ſi una iungantur, libellis pluribus an opus ſit. in. l. iij. num. 48.

Actiones cumulari, quibus non liceat caſibus. in. l. iij. nu. 51.

Actionem in factum pro edendis rationibus, non etiam officium iudicis competere. in rub. nu. 17.

Actio in factum plerunque datur contra illum, qui ad nullum factum eſt obligatus. in rub. nu. 24.

Actionem pro libello exponi minime decet. in. l. iij. nu. 1.

Actionem hodie niſi libello compræhenſam in iudicio non edimus. in. l. iij. nu. 3.

Actionis nomen iure ciuili edendum. in. l. iij. nu. 6.

Actoris officium, itemque rei quale ſit. in. l. ij. nu. 6.

Actor non probans in iudicio ciuili quæ in libello fuit complexus, in omnibus iurgij expenſis damnatur in. l. iiij. nu. 2.

Actori etiam probo, & omni exceptione maiori nõ creditur contra reũ etiam doloſum, niſi quæ in illum obiecit uera eſſe probet. in. l. iiij. num. 10.

Actore non probante reus abſoluitur. tametſi compertiſſimum foret nullum ius ipſi reo competere. in. l. iiij. num. 15.

Actor non ideo debet obtinere, quia reus tranſtulerit in ſe probandi onus & nihil probauit. in. l. iiij. num. 17.

Actor in lite ſuccumbit, quando ipſius & rei ſunt probationes æquales. in. l. iiij. num. 18.

Actor emendans, uel mutans libellum iam editum, tenetur damna, & impenſas aduerſario reſarcire. in. l. iij. num. 59.

Actus nullus ſæpiſſime efficacem, & ualidum effectum parit. in. auth. ſi quis in aliquo. nu. 4.

Actus uim recipit ex declarata ſcriptura, non etiam ex declarante, ex ipſaque declarata agitur, in auth. ſi quis in aliquo. nu. 41.

Adiectio actionis ineptæ inquinat libellum recte compoſitum. in. l. iij. nu. 11.

Aequitas iudicis in eo eſt, ne id per quẽpiam fiat, quod ſibi non proficit, & alteri nocet. in. l. iij. nu. 58.

Agenti pro cauſa matrimonij edere oportet reum ad intentionem fundandam. in. l. i. nu. 17.

Agens ſimpliciter pro cauſa communi prodeſt, uel nocet alteri, prout litigij alea tulerit. in. l. ij. nu. 31.

Agitur ex ſcriptura declarata, non ex ſcriptura declarante, in Auth. ſi quis in aliquo. nu. 41.

Agnomina, prænomina, & cuiuſque rei cognomina proprij nominis uice funguntur. in. l. iij. num. 9.

Alciati præceptoris minus probabilis opinio, in. l. iij. nu. 14.

Allectus aliqua ratione ad contrahendum, eadem cenſetur inductus ad

nunciatiue aliquid in eodem contractu exprimendū. in auth. ſi quis in aliquo.nu. 52.
Antecedens omne ius,quod eſt in illo, communicat ſuo conſequenti. in auth.ſi quis in aliquo.nu. 37.
Appellatio ad exordium iudicij litem reſtituit.in.l.iij.nu. 43.
Argentarius,nummularius, & huiuſmodi ſimiles non ſunt principaliter obligati edere.in rub.nu. 26.
Argentarij nolentis edere culpa non niſi dolo proxima punitur. in rub. nu. 28.
Argentarius, uel nummularius tenetur etiam contra ſe actori nonnullis caſibus edere rationes.in. l. i. num. (6.
Argumentari de fiſco ad Eccleſiam licet.in.l. i. nu. 16.
Argumentari de tempore ad locum licet. in auth. ſi quis in aliquo. nume. 27.
Arma propria cuiquam nocere non debent.in.iiij.nu. 1.

B.

Bellonus reprehenditur, uolens ab initio officium iudicis pro editione facienda competere. in rub. nu. 23.
Bellonus iniuſte Decium momordit in auth.ſi quis in aliquo.nu. 42.
Bona omnia præſumuntur Emphyteutica,uel feudalia,quando emphyteuta requiſitus non edit inſtrumentum emphyteuſis,neq; iurat, ſe illud non habere. in. l.i.nu. 39.

C.

Caupones non ideo minus probi eſſe poſſunt,quia illam exerceant artem.in.l.i. nu. 31.
Cauſati effectus ad primam ſui cauſam eſt referendus. in auth. ſi quis in aliquo.nu. 16.
Cælans inſtrumentum proprium non punitur, ſecus quando cælat alienū tunc falſi pœna adficitur.in. l. iiij. num. 4.
Citatio partis eſt neceſſaria, ut acta in iudicio facta ualeant in.l.ij. nu. 19.
Citatio partis in quibus caſibus eſt alias neceſſaria,in ijſdem recte omittitur,ſi periculum mora ſit allatura. in auth.ſi quis in aliquo. nu. 6.
Ciues ignorare ſtatuta non decet. in rub.num. 16.
Cohæres præſumitur a cohærede inuicem habere mandatum.in. l. ij. nu. (31.
Conditionalibus uerbis probatio ubi ex poſcitur,ibi plena deſideratur. in .l.iiij.nu. 30.
Confeſſio facta in uno iudicio non nocet in alio inter diuerſas perſonas, licet de re eadem iurgantes.in. l. ij. num. 35.
Confeſſio quibus caſibus non præiudicat,ſi iuuetur alijs probationibus conformibus plene probat. in. l. ij. num. 37.
Confeſſio in uno iudicio facta plene ſemper probat inter eaſdem perſonas,licet alia diuerſa lis agatur.in. l. ij.nu. 38.
Confeſſionis uires non immutat iudicij qualitas.in.l.ij.nu. 39.
Confeſſio uera, & confeſſio ficta non ſunt eiuſdem uirtutis, & roboris.in .l.ij.nu. 40.
Confeſſio procuratoris poteſt ſolum nocere domino in ea lite,qua datus fuit procurator.in.l.ij.num. 41.
Confeſſio nuncij perinde nocet domino, ac ſi dominus ipſe ore proprio fuiſſet confeſſus. in. l. ij. num. (42.
Confirmatio, & declaratio inuicem differunt,declaratio enim ex actu etiam inualido,confirmatio uero nō niſi ualido conſtare poteſt. in auth. ſi quis in aliquo. num. 45.
Confirmare aliquid eſt facilius, quam de nouo inducere. in. l. i. numer. (37.
Confirmatio ſimplex nihil rei confirmatæ addit,nihil ue detrahit. in aut. ſi quis in aliquo. nu. 26.

Confi-

Confiteri cenſetur libellum offerens principi, uel inſtrumentum in iudicio producens omnia, quæ continentur in illo. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 10.
Coniecturæ, & præſumptiones licet quandoque faciant manifeſtam, & plenam probationem, tamen impropriam faciunt illam. in. l. iiij. num. (21.
Cõnexa eodem iure cenſentur, quo res principalis. in. l. i. nu. 24.
Conſequens habet id omne ius, quod ſuo antecedenti ineſt. in auth. ſi quis in aliquo. num. 37.
Contrahere aliqua ratione inductus, eadem creditur allectus ad enunciatiue aliquid in eodem contractu exprimendum, in auth. ſi quis in aliquo. num. 52.
Contumacia ſola quando eſt ſufficiens ut quis iure ſuo priuetur. in. l. ij. num. 11.
Contumacia maior, quæ ſit. in. l. ij. num. 12.
Culpa argentarij nolentis edere non niſi dolo proxima punitur. in rub. num. 28.
Cumulus actionum eſt admiſſus generaliter in eodem iudicio. In. l. iij. num. 47.
Cumulari actiones quibus non liceat caſibus. in. l. iij. num. 51.
Cumulatio exceptionum ſicuti actionum conceditur. in. l. iij. num. 50.

D.

DAciarius cum primum quis efficitur, non aliquo ſpeciali iure in ſui præiudicium eſt afficiendus. in. l. i. num. 29.
Daciarios non edere actori ſuos libros noua ratione contra pleroſq; eſt uerius. in. l. i. nu. 28.
Data & accepta ſine die, & conſule nequaquam poſſe intelligi. in rub. nu. (4.
Declaratio noua ad. l. optimam. C. de contrahen. ſtipul. præter Bartoli, & cæterorum opinionem. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 50.
Declaratio ad. l. ſi quo. ff. de petit. hæred. contra. Bartolum & ſequiores. in. l. iij. num. 20.
Declaratio libelli donec ſententia feratur, non inique per actorem fit, & poſt latam nonnunquam ſententiã in l. iij. nu. 40.
Declarata ſcriptura eſt illa, quæ tribuit uim actui, & eſt maioris efficaciæ, autoritatis & in agendo, quã ſcriptura declarans. in auth. ſi quis in aliquo nu. 41.
Declaratio. §. prætor ait. l. ſi quis ex argentarijs. ff. de Eden. contra Bartolum, & ſequiores. in authen. ſi quis in aliquo. num. 12.
Declarans non cenſetur actum confirmare, & in hoc non mediocris Belloni captio fuit. in auth. ſi quis in aliquo. num. 44.
Declaratio & confirmatio inuicem differunt, declaratio enim ex actu etiam inualido, confirmatio uero nõ niſi ualido conſtare poteſt. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 45.
Depoſitum expeditam, paratamq; habet exequutionem. in. l. i. num. 2.
Depoſito non poteſt compenſationis exceptio, uel non numeratæ pecuniæ obijci. in. l. i. num. 3.
Depoſitum ubi nominatim a regula iuris lex non excipit, ſub eadem cõtinetur regula. in. l. i. num. 4.
Diligens, & probus non præſumitur ſuas pecunias ſupine credere infami & mendaci homini. in. l. iiij. num. (13.
Diuturnitas temporis, & bona de homine opinio excuſat eum a dolo. in. l. iiij. num. 6.
Dolus malus ubi in faciendo eſt commiſſus, acrius punitur, quam ſi in omittendo adhibitus fuerit. in. l. iiij. num. 9.
Dotis fauore tenetur edere actori reus in. l. i. num. 19.

E.

ECcleſiæ, ſicuti fiſco, reus ad intentionem fundandam edere debet in. l. i. num. 15.
Edens temere actionem, quam poſtea emen-

emendet, uel mutet, impẽſas, & damna aduerſario reſtituit. in. l. iij. nu. 59
Editionis in tractatu iſto genera multa in rub. nu. 1.
Editio nõ per officium iudicis, ſed per in factum actionem facienda. in ru. nu. 17.
Edirationes quomodo dicantur. in ru. num. 2.
Editatio tota uſque ad finem debet. in rub. num. 3.
Editio quomodo facienda, ubi plures edere debenr. in rub. num. 6.
Edũtur ſtatuta ciuitatum in alieno territorio tota. in rub. num. 15.
Edenda illa non ſunt, quorum ueriſimiliter reus cognitionem habet. in ru. nu. 37.
Edere ſibi inuicem actor & reus in duplicibus iudicijs inſtrumenta propria debent. in. l. i. nu. 42.
Editio ſemel facta non conceditur iterum, niſi ex cauſa iudici libeat. in. l. i. num. 43.
Effectus cauſati ad primam ſui cauſam refertur. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 16.
Emphytheuta inſtrumenta emphyteuſis quando domino edere teneatur. in. l. i nu. 38.
Emphyteuta requiſitus, ſi non edat inſtrumentum emphytheuſis, aut nõ iuret, ſe illud non habere, facit, quod eius bona omnia præſumuntur emphyteutica. in. l. i. num. 39.
Emendatio libelli in quibus caſibus ante litis exordium eſt recepta, ijſdem ſi poſt illico fiat, aduerſus omnes uana putatur. in. l. iij. nu. 26.
Emendatio libelli poſt litis conteſtationem in particularibus iudicijs eſt cõceſſa. in. l. iij. nu. 21.
Emendatio in acceſſorijs rei petitæ nõ eſt neceſſaria, licet plerią contra. in in. l. iij. num. 25.
Emẽdari libellus ipſo iure nullus, quonam pacto poſſit. in. l. iij. num. 30.
Emendatio ſubſtantialium libelli infra ſtatuta tempora fieri debet, in his uero quæ ſubſtantialia non ſunt, emenſo etiam tempore permittitur emendatio. in. l. iij. nu. 32.
Emendatio qualitatis, quæ facti ſubſtantiam remouet, ante litis conteſtationem duntaxat recte fit. in. l. iij num. 35.
Emendari libellus in prima inſtantia quemadmodum ſæpe ſolet, ita & in appellationis cauſa. in. l. iij. num. 41.
Emendatio obſcuri libelli ad ſententiã uſą permittitur, duntamen non cõtradicat reus. in. l. iij. num. 27.
Emendari libellus poſtea non poteſt, ſi ab initio illum reus acceptauerit. in. l. iij. num. 45.
Emendare quid ſit. in. l. iij. nu. 17.
Emendatio uſą ad ſententiam eſt recepta, ſi per qualitatis emendationẽ condemnatio maior, aut minor fiat in. l. iij. num. 36.
Emendationem libelli in iudicio uniuerſali quando non impediat particularis rei mentio in libello facta. in. l. iij. num. 19
Emendatio poſt litem conteſtatam, Si res petita minuatur, ſecundum omnes recepta eſt. in. l. iij. nu. 24.
Emendari libellus criminalis quando poſſit. in. l. iij. num. 31.
Emendans uel mutans libellum tenetur omnia damna, & impenſas aduerſario reſarcire. in. l. iij. nu. 59.
Enunciatiua uerba per contrahentes dicta, quando inter eoſdem minime probent, & quæ requirantur, ut probent. in auth. ſi quis in aliquo. num. 51.
Epiſcopo rationes edendæ ſunt, ad Eccleſiam ſpectantes per ſui deceſſoris hæredem. in. l. i. num. 32.
Euentus, & finis rei inſpicitur nõ autẽ medium. in. l. iiij. nu. 33.
Ex, præpoſitio cauſam immediatam, & proximam ſignificat. in rub. nu. 22.
Exceptiones ſicuti actiones iuſte cumulantur. in. l. iij. nu. 50.
Exceptio obſcuri, ineptią libelli quum dilatoria ſit, ante litis initium proponitur. in. l. iij. num. 29.
Exemplum ob temporis diuturnitatem plene probat, quãquam iudicis autoritate exemplatum fuiſſe non appareat. in auth. ſi quis in aliquo. num. 32

nu. 32.
Exemplum in actis regiſtratum plene probat. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 34
Exemplum manu ſubrogati notarij factum recte probat. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 35.
Exemplum exempli nullam præſtat probationis fidem quamuis Bartolus cōtra. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 36.
Exemplo inſtrumenti apud iudicē edito, nihilominus originale exhibendum erit, quãuis exemplum illud a quampluribus notarijs deſcriptũ foret. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 2.
Exemplo ſicut originali creditur, quãdo autoritate iudicis, & citata parte exemplatum fuit. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 5.
Exemplum probat contra producentem illud & ſi contra alium nullam faciat fidē. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 9.
Exempla originaliũ quamuis ab eodē Notario, qui originalia cōfecit, exēplata ſint, nihilominus fide carent. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 11.
Exempli nomen non alias inſtrumento conuenit, quã ſi notarius ſub nomine exempli deſcripſerit illud. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 13.
Exemplum inſtrumenti cũ omnibus ſolēnitatibus originalis ſui exēplatũ, non eandem cũ originali obtinet autoritatem, quinimo fide caret. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 14.
Exemplum plene probat, ubi non ſolũ actor, ſed etiam reus uel tacite, uel expreſſe idem comprobat. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 19.
Exemplo creditur in præiudicium aduerſarij contra illud nihil obijcientis. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 21.
Exemplum quando ſemiplenam probationem, aut præſumptionem inducat. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 22.
Exemplo nihil plus creditur, quod in archiuo publico loci reconditum inueniatur. in auth. ſi quis in aliquo nu. 24.
Expenſas litis præſtat actor, qui non probauit in iudicio ciuili, quæ libello fuerat complexus. in. l. iiij. nu. 2.
Exprimi cum quid in odioſis petitur, ſi ex coniecturis colligi poteſt non ſufficit, ſed nominatim illud in ſpecie promendum erit. in. l. iij. nu. 8.
Expreſſum quid dicatur. in. l. iij. nu. 7.

F

Faciens aliquid per nuncium, uel per epiſtolam cēſetur ipſe proprie & uere facere. in. l. ij. nu. 46.
Factum qui ſtipulatur, latenter quanti ſua intereſt, uidetur ſibi ſtipulatus. in. l. iij. nu. 38.
Fama ſola probationem plenam inducit in his, quæ ob temporis diuturnitatem aliter ſciri nequeunt. in. l. iiij. nu. 23.
Fama in ciuilibus ſemiplene regulariter probat. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 33.
Ficta confeſſio non eſt eiuſdem uirtutis, cuius eſt uera. in. l. ij. nu. 40.
Finis, & euentus rei inſpicitur, non autem medium. in. l. iiij. nu. 33.
Fiſco reus inſtrumenta ad intentionem fundandam in ciuili cauſa cōpelli quando poſſit. in. l. i. nu. 13.
Fiſco non edit reus contra ſe criminalia inſtrumenta. in. l. ij. nu. 17.
Fœminæ uirili opera fungi prohibentur propter fœminei ſexus pudorē. in. l. i. nu. 7.
Frater adminiſtrans bona minoris fratris rationes conficere debet, illaſq; poſtea fratri edere lege iubetur. in. l. i. nu. 34.
Fruſtratiōem actuum Diuus Pius in iure eſt deteſtatus. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 31.
Furtum non præſumitur in homine, cuius opinio bona eſt, licet penes eum furtiua res deprehendatur. in. l. iiij. nu. 7.

G

Gellius reprehenditur, qui in iudiciali foro philoſophum Phauorinum conſuluerit. in. l. iiij. nu. 11.

Generalis cõſtitutio legis includit omnes caſus, licet in uno ſit maior ratio quam in alio.in.l.iij.nu. 28.

Generale, item uniuerſale, quid ſit, & quantum inter ſe diſtent. in. l. iij. num. 18.

Geſta in uno iudicio, cur non probent in alio, multiplex ratio traditur. in .l.ij.nu. 18.

H

HAeres uſurarij tenetur actori ſuarum rationum libros edere, quũ de uſuris agitur.in.l.i.nu. 20.

I

IMpoſſibilitas faciendi excuſat quẽ a pœna contumaciæ, & alijs huiuſmodi, quæ obijci poſſent. in. l. ij. num. 10.

In, præpoſitio pro coram minus congrue exponitur.in.l.iij.nu. 22.

In odioſis cum quid exprimi petitur, ſi ex coniecturis colligi poteſt, non ſufficit, ſed nominatim in ſpecie promendum erit.in.l.iij.nu. 8.

Incompatibiles ſunt in eodem ſubiecto hæ qualitates, probus, & uſurarius, ſecus de publicano æſtimatur.in.l.i.nu. 30.

Inducere a principio aliquid eſt difficilius, quam factum confirmare. in .l.i.nu. 37.

Inductus aliqua ratione ad contrahendum, eadem creditur allectus ad enunciatiue aliquid in eodem contractu exprimendum. in auth. ſi quis in aliquo.nu. 52.

Infamia uſurarij aboletur reſtitutis uſuris.in.l.ij.nu. 27.

Influentia, & totus cauſati effectus ad primam ſui cauſam eſt referendus. in auth. ſi quis in aliquo.nu. 16.

Inſtantia iudicij omnem firmitatem actis tribuit.in.l.ij.nu. 20.

Inſtrumenta ibi edenda ſunt, ubi initio fuerunt celebrata. in rub. num. (38.

Inſtrumentum libertinitatis agenti reus edere tenetur.in.l.i.nu. 18.

Inſtrumenta quando iudex inſpicere nequit, quoniã alibi ſunt, & iter ad locum minime tutum ſit, quid iudicẽ tunc agere deceat.in rub.nu. 40.

Inſtrumentum etiã cum alio celebratum probat meæ poſſeſſionis titulũ in.l.i.num. 23.

Inſtrumentum faciens alterius inſtrumenti mentionem nõ probat etiam inter eaſdẽ perſonas.in auth. ſi quis in aliquo.nu. 48.

Inſtrumento facienti mentionem de alio plene creditur, quando totius relati tenor, & uerba in eo ſunt deſcripta, aut ſenſus ipſius relati per habẽtem poteſtatem ſit clare inſertus. in auth. ſi quis in aliquo.nu. 53.

Inſtrumenta ſine die, conſule, & ſubſcriptione in iudicio quando edenda ſint, & quando addito die exhiberi debeant, in rub.num. 9.

Inſtrumentum iudici totum editur. in rub.nu. 13.

Inſtrumentum non probat niſi in iudicio productum fuerit. in rub. nu. 35.

Inſtrumenta ante litem conteſtatam eduntur, quando de liberatiõis cauſa reus illa inſpicere debet. in rub. nu. 36.

Inſtrumenta poſt litem conteſtatam ſunt in iudicio producenda, & ante edita rurſus exhiberi debebunt. in rub.nu. 34.

Intellectus nouus ad. l. is apud quem .C. de edendo.in.d.l.ij.nu. 1.

Intellectus omnes hactenus traditi ad .l. is apud quem. C. de edendo. optimis ſpeculationibus refelluntur.in .d.l.ij.nu. 8.

Intellectus nouus ad. §. ſed neque.in auth. de fideiuſſor.in.l.iij.nu. 56.

Intereſſe quare per iuramentum in litem probetur.in rub.nu. 27.

Intereſſe in obligationibus, quæ ſuccedunt ad intereſſe, non probatur per iuramentũ in litem.in rub.nu. 30.

Intereſſe nullum conſiderari poteſt, ubi nulla præceſſit obligatio, in rub. nu. 33.

Iudæum fœneratorem nõ teneri ad rationes edendas actori noua ratione cõtra alios defenditur.in.l.i.nu. 21.

Iudæus, qui pro pignore, aut pro re pignori connexa conuenitur, ſuas rationes,

rationes, mercatoris exemplo, actori edere debet. in l. i. nu. 23.
Iudæorum conſuetudo in accipiendis pignoribus pro cautione mutuatæ pecuniæ. in. l. i. nu. 25.
Iudex omni ſuſpicionis labe caret. in rub. nu. 14.
Iudex ſpretam iuriſdictionem ſuam duplici in factum actione pœnali uindicat. in. rub. nu. 18.
Iudicem quid agere deceat, ubi inſtrumenta ſunt alibi, & ad locum non eſt tutus acceſſus. in rub. nu. 40.
Iudex non impartitur officium ſuum non petenti. in. l. ij. nu. 2.
Iudex certam ſententiam pro uiribus dicere debet. in. l. ij. nu. 3.
Iudex poteſt certum terminum alicui præſtituere, intra quem agat, quo elapſo non auditur amplius agere uolens. in. l. ij. nu. 9.
Iudex ſubrogatus habet ipſo iure acta, quæ penes deceſſorem ſuum fuerãt. in. l. ij. nu. 13.
Iudicis æquitas in eo eſt, ne id per quẽpiam fiat, quod ſibi non proficit, & alteri nocet. in. l. iij. nu. 58.
Iudex ordinarius quum apud ſe uti delegatum litem cognoſci iubet, neque id iudicium ordinarij iure, neq; delegati ualuit. in. l. iij. nu. 12.
Iudicis quoque intereſt, libellos inter litis auſpicia porrigi. in. l. iij. num. (14.
Iudex noxali ſententia ad damni æſtimationem dum expreſſe condemnat, facultatem etiam dedendi ſeruum pro noxia tacite præſtat. in. l. iij. num. 37.
Iudex appellationis ſuper meritis primæ cauſæ ſententiam dicit. in. l. iij. nu. 44.
Iuramentum calumniæ ſuper actione addita quando rurſus præſtetur. in. l. iij. nu. 58.
Iuramentum in litem propter dolum & contumaciam rei præſtatur. in rub. num. 31.
Iuramentum in litem non præſtatur ubi iudicis officium competit. in rub. nu. 32.
[illegible]um ſperni poteſt, etiam non
petita abſolutionis uenia, ubi periculum imminet. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 7.
Iuriſdictionem ſpretam uindicat iudex duplici in factum actione pœnali. in rub. nu. 18.
Ius canonicum ſeruatur, ubi eſt dubium aliquid de iure ciuili, & canonum ſanctio illud certius explicat. in. l. iij. nu 5.
Iuſſus a iudice ſententiam, uel inſtrumentum exhibere, ſi non edat poterit priuari uſu illius inſtrumenti, uel ſententiæ. in. l. ij. nu. 8.

L

Leges quomodo interpretandæ ſint. in. l. iiij. nu. 32.
Lex. is apud quem. C. de eden. de quibus publicis actis ſenſerit. in. d. l. ij. num. 16.
Lex. qui accuſare. C. de eden. de probatione plena, & ſemiplena ſenſit, quamuis contrarium omnes hactenus crediderint. in. d. l. iiij. num. (31.
Legatario ea pars teſtamenti datur, quæ ipſius legatum continet. in rub. num. 10.
Legatario non ſolum teſtamenti pars legatum continens, uerum etiam antecedentia, & ſequentia uerba eduntur, ſi de legato alias liquere non poſſit. in rub. nu. 11.
Legatario ſcripturam teſtamenti continentem legatum una cum hæredis inſtitutione notarius dabit. in rub. num. 12.
Libellus obſcurus ad ſententiam uſque recte emendatur, duntamen non contradicat reus. in. l. iij. num. (27.
Libellus obſcurus non ipſo iure, ſed per iudicem opponente reo, & actore obſcuritatem non declarante, repellitur. in. l. iij. num. 28.
Libellorum ſubſtantialibus uel tacite, uel expreſſe non renunciant partes. in. l. iij. num. 33.
Libellus emendari poſtea nequit, ſi ab initio reus illum acceptauerit. in. l. iij. nu. 45.

Libellus

Libellus ex frequentiore uſu ſine actionis nomine concipitur. in. l. iij. nu. 10.
Libellum inter litis auſpicia porrigi iudicis etiam intereſt.in.l.iij.nu. 14.
Libellus primæ inſtantiæ perinde poteſt corrigi in cauſa appellationis, ac ſi nulla fuiſſet dicta ſententia. in .l.iij.num. 42.
Libellus criminalis ſi non fuerit ſecundum formam legis conceptus ipſo iure labitur, & quando emendari poſſit.in.l.iij.nu. 31.
Libellus dubius, & generalis editus contradicente reo inefficax eſt. in.l. iij.nu. 13.
Libellus dubius,& perplexus in ſummarijs cauſis,reo etiam tacente, per iudicem ex officio dilaceratur. in.l. iij.nu. 16.
Libelli declaratio donec ſententia feratur non inique per actorem fit, & poſt latam nonnunquam ſententiam.in.l.iij.nu. 40.
Libellis pluribus an opus ſit, ubi pleræque actiones ſimul iunguntur.in .l.iij.nu. 48.
Libellus poſt litis conteſtationem emendari in iudicijs particularibus poteſt.in.l.iij.nu. 21.
Libellus quando eſt ipſo iure nullus, quo nam pacto emendari poſſit, & quamobrem ipſo iure non ualeat.in .l.iij.nu. 30.
Libellus quibus ex partibus conficiatur.in.l.iij.nu. 2.
Libellus agentis ciuiliter ex crimine irrogante infamiam, ſic improbari propter eius ineptias poteſt, uti libellus agẽtis criminaliter,ſi ineptus ſit, repræhenditur.in.l.iij.nu. 34.
Libellus primæ inſtantiæ quemadmodum ſæpe corrigitur,ſic & appellationis libellus.in.l.iij.nu. 41
Libellus corrumpitur totus per adiectionem actionis ineptæ. in . l. iij. num. 11.
Libertinitatis fauore edit reus inſtrumentum libertinitatis agenti. in.l.i. nu. 18.
Limitatio ad.clem.primam.in. §.cæterum.de uſur.in.l.i.nu. 22.
Locus ad cuſtodiam repertus nil aliud præter cuſtodiam præſtat.in auth.ſi quis in aliquo.nu. 25.

M

MAior cauſa differt minorem. in. l iij.nu. 52.
Mandatum tacite præſumitur in mercatore,ut communem deſcribat rationem.in.l.i.nu. 9.
Mandatum non ideo interueniſſe probatur,quia notarius in inſtrumento aliquo aſſerat, ſe ſe de tali mandato alias rogatum fuiſſe,in auth. ſi quis in aliquo.nu. 47.
Mercatores ad inſtar argentariorum ſuas edere rationes debent. in. l. i. nu. 8.
Mercatores dicuntur ſemper mandatum tacitum habere de ſcribenda ratione communi.in.l.i.nu. 9.
Mercatores edere non tenentur rationum libros,quos pro eorum inſtructione domi ſecrete habent. in.l.i. nu. 11.
Miſerabilium fauore edere actori debet reus.in.l.i.nu. 19.

N

NAutæ non ideo minus probi eſſe poſſunt,quia nauigiam artem exerceant.in.l.i.nu. 31.
Negligentiæ hominis adſcribitur, ſi parum caute alicuius improbi fidẽ ſequutus fuerit.in.l.iiij.nu. 14.
Negociorum geſtor tenetur rationes ſui officij conficere, illaſque domino poſtea petenti edere. in. l. i. nu. 33.
Nemo proprijs armis in iudicio conuinci debet.in.l.iiij.nu. 1.
Nemo diligens, & probus præſumitur ſuas pecunias infami,& homini mendaci ſupine credere. in. l. iiij. num. 13.
Nolens originale inſtrumenti oſtendere habet contra ſe præſumptionẽ in auth.ſi quis in aliquo.nu. 23.
Nominis proprij uice funguntur agnomina,prænomina, & cuiuſque rei cognomina.in l.iij. nu. 9.
Nomen actionis iure ciuili edendum. in.

in.l.iij.nu. 6.

Notarius inſtrumentum petenti cum die, & conſule, ac ſubſcriptioue ſimul dare tenetur. in rub. nu. 8.

Noxali iudicio ad damni æſtimationē Iudex dum expreſſe condemnat, facultatem etiam dedendi pro noxia ſeruum tacite præſtat. in. l. iij. nu. 37.

Nummularij, & ſimiles ſunt eadem ratione argentarijs exæquati. in rub. num. 5.

Nuncij confeſſio perinde nocet domino, ac ſi dominus ipſe ore proprio fuiſſet confeſſus. in. l. ij. num. 42.

Nuncius, ſicut Epiſtola, puras domini uoculas renunciat. in. l. ij. num. 43.

Nuncius in negocio commiſſo nudū præſtat miniſterium, nihilq; addere, uel detrahere commiſſioni poteſt. in. l. ij. nu. 44.

Nuncius a procuratore, & e contra omnino differt. in. l. ij. num. 45.

O.

OBligatio ex conſenſu, ſi non pariat actionem, inefficax eſt. in rub. num. 20.

Obligatus ad factum non actione ſemper in factum tenetur, ſed alia plerumq;. in rub. num. 25.

Obligatus ſua ſponte quid facere, ſi non faciat acriori pœna adficitur, quam qui ex neceſſitate officij ſui facere tenetur. in rub. nu. 29.

Offerens Principi libellum cenſetur confiteri omnia, quæ continentur in illo. in aut. ſi quis in aliquo. nu. 10

Officium iudicis nullam præſupponit obligationem, ſed æquitatem iudicis tantum. in rub. nu. 21.

Opinio bona de homine tollit omnē furti ſuſpicionem, licet penes eum furtiua res inueniatur. in. l. iiij. nu. 7.

Ordinarius Iudex quum apud ſe, uti delegatum, litem cognoſci iubet, neque iudicium ordinarij iure, neq; delegati ualuit. in. l. iij. num. 12.

Originem rei priuſquam rem ipſam exponere ſatius eſt. in auth. ſi quis in aliquo. num. 1.

P.

PArticularis mentio rei in libello facta iudicio uniuerſali capto, quando emendationem nō impediat. in. l. iij. num. 19.

Peccatum eſt grauius in faciendo, quā in omittendo. in. l. iiij. num. 9.

Periculum ſi immineat, poteſt quis cōtra iuſiurandum præſtitum non petita abſolutionis uenia, inniti. in authen. ſi quis in aliquo. num. 7.

Petens rationes, uel inſtrumenta perferri alio, unde fuerint facta, ſuis id ſumptib. aſſequi poteſt. in rub. nu. (39.

Philoſophorum, & iuriſconſultorum artes in quibus uerſentur. in. l. iiij. num. 12.

Plures edere quum tenentur, quomodo ſit facienda editio. in rub. nu. 6.

Poſſeſſor beneficij licet cōfiteatur nullum ſibi ius eſſe in beneficio, nō tamen de poſſeſſione prius expelli poteſt, quam actor ueris intentionem ſuam probationibus impleuerit. in. l. iiij. num. 16.

Præcedi ſe ab eo, qui ſequi deberet, patiens ſibi præiudicat. in. l. ij. num. 28

Præſumptiones, & coniecturæ faciunt plenam, & manifeſtam quandoque probationem, quæ impropria uocatur. in. l. iiij. num. 21.

Præſumptio iuris, & de iure nullam cōtra ſe ueriorem probationem admittit. in. l. iiij. num. 25.

Præſumptio iuris ueram contra ſe probationem recipit. in. l. iiij. num. 24.

Præſumptio cōtra illum imminet, qui originale inſtrumenti oſtendere nō uult. in auth. ſi quis in aliquo. num. (23.

Præſumptio, & coniectura ueritati cedit. in auth. ſi quis in aliquo. nu. (29.

Præſumptio tunc habet locum, ubi anceps & dubia, non autem indubitata res eſt. in auth. ſi quis in aliquo. num. 30.

Priuilegium iuri communi minus, quā ſit poſſibile, derogare debet. in. l. i. num. 14.

Priuilegia ſemel conceſſa extendi nequeunt. in authen. ſi quis in aliquo. num. 38.

Priuilegio pontificis, uel alterius maxi

mi principis facienti mentionem de aliquo inſtrumento, plene creditur, licet memoratum inſtrumẽtum nõ exhibeatur. in auth. ſi quis in aliquo num. 54.

Probationis multæ ſunt ſpecies. in. l. iiij. num. 20.

Probatio per cõiecturas, quamuis plena & manifeſta probatio ſit, impropria tamẽ appellaẽ. in. l. iiij. num. 21.

Probatio per cõiecturas ſufficit in his, quæ aliter non poſſe probari conſueuerunt. in. l. iiij. nu. 22.

Probationem plenam ſola fama inducit, in his, quæ ob temporis diuturnitatem nõ poſſunt aliter ſciri. in. l. iiij. num. 23.

Probatio, quæ in ſimplici iuris præſumptione eſt poſita; ueram probationẽ contra ſe admittit, & præſumptio iuris appellatur. in. l. iiij. num. 24.

Probatio plena non niſi per duos teſtes, aut inſtrumentum, uel aliã ſcripturam legitimam, ſiue per propriã in iudicio confeſſionem effici poteſt. in. l. iiij. nu. 26.

Probatio ſemiplena quæ ſit. in. l. iiij. nu. 27.

Probatio plena tunc eſt neceſſaria, quũ lex conditionalibus uerbis eam requirit. in. l. iiij. num. 30.

Probatio congruo tempore creditur nihilominus facta, licet poſt lapſum probationis terminum producat actor inſtrumentum, cuius mentio fiebat in altero, infra probationis tẽpus exhibito. in auth. ſi quis in aliquo. num. 39.

Probatio non dicitur fieri ex relato inſtrumento, ſed ex referente ſolum. in auth. ſi quis in aliquo. num. 40.

Probus, & uſurarius in eodem ſubiecto incõpatibiles ſunt. in. l. i. nu. 30.

Procurator alicuius quis eſſe nõ probatur per inſtrumentum, quod in ea parte habeat relationem ad aliud documentum. in auth. ſi quis in aliquo nu. 46.

Procurator tenetur rationes officij ſui conficere, & domino poſtea petenti edere. in. l. i. nu. 33.

Procuratoris confeſſio poteſt ſolum nocere domino in ea lite, qua datus fuit procurator; non etiam in alia. in. l. ij. num. 41.

Producens inſtrumentum in iudicio cenſetur confiteri omnia, quæ continentur in illo. in auth. ſi quis in aliquo. nu. 10.

Publicanos nõ edere actori ſuos libros noua ratione contra pleroſq; uerius eſt. in. l. i. nu. 28.

Publicanus cumprimũ quis efficitur, non aliquo ſpeciali iure in ſui præiudiciũ eſt afficiẽdus. in. l. i. nu. 29.

Publicum de iure ciuili quid ſit. in. l. ij. (nu. 15.

Q.

QValitas iudicij nõ immutat confeſſionis factæ uires. in. l. ij. n. 39.

Quale quale præiudicium ſemiplenam probationem ſignificat. in. l. ij. num. 34.

Qualitatis emendatio, quæ facti ſubſtantiam remouet, ante litis conteſtationem duntaxat recte fit. in. l. iij. num. 35.

R.

RAtiones edi quomodo dicantur. in rub. num. 2.

Ratio tota uſque ad finem edenda. in rub. num. 3.

Rationes ab argentario, uel nummulario confici non poſſunt, niſi per obligationem, quæ ex conſenſu uocatur. in rub. num. 19.

Ratio quare per iuramentum in litem intereſſe probetur. in rub. num. 27.

Rationes poſt litem conteſtatam in iudicio ſunt producendæ, alias ſi ante edantur, rurſus exhibendæ poſtea erunt. in rub. nu. 34

Rationes ibi ſunt edendæ, ubi initio fuerunt celebratæ. in rub. num. 38.

Ratio præter alios, cur teneatur reus poſitionibus actoris reſpondere. in. l. i. nu. 5.

Ratio quare mercator teneatur in ſuo codice rationem communem exſcribere. in. l. i. nu. 10.

Rationes quando Iudex inſpicere nequit, quoniam alibi ſunt, & ad locũ iter eſt periculoſum, quid agere eũ deceat. in rub. num. 40.

Rationes officij ſui, uel adminiſtrationis non

nis nõ conficiens, cõuenitur nihilo-
minus, condemnaturq; per iuramen
tum in litem. in. l. i. num. 35.
Ratio præter Doctores quare non cre
ditur exemplo, niſi originale edatur
in auth. ſi quis in aliquo. num. 15.
Ratio, quam Bellonus aduerſus De-
cium adduxit, in ipſius Belloni ca-
put retorquetur. in auth. ſi quis in
aliquo nu. 43.
Ratio præter alios uera adducitur ad
. l. optimam. C. de contrahen. ſtipu.
in auth. quis in aliquo. nu. 49.
Ratio præter Doctores ad. l. quod in
hęredem. S. eligere. ff. de tribut. in. l.
iij. num. 39.
Recuſans originale inſtrumenti oſten
dere, habet contra ſe præſumptionẽ
in auth. ſi quis in aliquo. num. 23.
Res inter alios acta quale quale præiu
dicium cæteris affert, & quãdo ple-
ne noceat. in. l. iij. num. 4.
Res inter aliquos acta quando inter
alios probet, præter alios quoſq; tra
ditur. in. l. ij. num. 21.
Res inter alios acta nocet alijs, quorũ
poteſt in conſequentiam intereſſe,
non ſic rem geſtam fuiſſe. in. l. ij.
num. 27.
Res inter alios acta plene probat inter
eos, qui iuris fictione ijdem eſſe cũ
alijs cenſentur. in. l. ij. nu. 29.
Reſponſio ad ſolam interrogationem
referri poteſt. in. l. ij. num. 36.
Reſtitutio uſurarum abſtergit infa-
miæ notã in uſurario. in. l. i. nu. 27.
Reo ſic onus probandi ſuam innocẽ-
tiam aliquibus caſibus competit, ſi-
cut actori crimen. in. l. iiij. num. 19.
Reus ad intentionem fundandam ede
re actori tenetur, ſi iudici ob non le-
uem cauſam uideatur. in. l. i. nu. 12.
Reus inſtrumentum libertinitatis a-
genti pro libertate exhibere debet. in
l. i. num. 18.
Reus in cauſa dotis, ſtudij, & miſerabi
lium perſonarum, edere actori de-
bet. in. l. i. num. 19.
Reus licet confiteatur, ſe nullum ius
habere in beneficio, quod poſſidet,
non prius tamen de illo eſt exigen-
dus, quam ueris probationibus a-
ctor ſuam impleuerit intentionem.
in. l. iiij. num. 16.
Reus transferens in ſe onus proban-
di, licet poſtea non probet, nil tamẽ
actori prodeſt, quominus ipſe actor
non probans ſuccumbat. in. l. iiij.
nu. 17.
Rodulphi pij Cardinalis Carporum
maximi auguſtiſſima origo. in. l. i.
num. 1.
Rex non poteſt imperare, ſuum Baro
ronem accerſiri, ut inſtrumenta op-
pidi, quod poſſidet, oſtendat. in. l. i.
num. 40.

S.

Scriptura declarata eſt illa, quę uim
actui tribuit, & eſt maioris autori-
tatis, quam ſcriptura declarans. in
auth. ſi quis in aliquo. nu. 41.
Scripturæ Pontificis, uel alterius maxi
mi principis facienti mentionem de
alia ſcriptura, uel inſtrumento, ple-
ne creditur, licet illud inſtrumentum
memoratum non exhibeatur. in
auth. ſi quis in aliquo. nu. 54.
Socius tenetur rationes officij ſui con-
ficere, & eius ſocio poſtea petenti e-
dere. in. l. i. nu. 23.
Socij præſumuntur inuicem habere
mandatum. in. l. ij. nu. 31
Stabularij non ideo minus probi eſſe
poſſunt, quia illam exerceant artem
in. l. i. num. 31.
Statuta ciuitatum in alieno territorio
tota exhibentur, in rub. nu. 15.
Statuta ignorare ciues non decet. in
rub. nu. 16.
Stipulatio facti continet latenter inter-
eſſe ſtipulantis. in. l. iij. num. 38.
Subrogatus Iudex habet ipſo iure a-
pud ſe acta, quæ penes deceſſorem
ſuum fuerant. in. l. ij. num. 13.
Subſcriptio Notarij tantam præbet
inſtrumento autoritatem, quantam
inſtrumẽtum haberet, ſi totum ma-
nu eiuſdem deſcriptũ foret. in auth.
ſi quis in aliquo. nu. 18.
Subſtantialia libelli infra ſtatuta tem-
pora corrigi oportet, in his autem,
quæ ſubſtantialia non ſunt, emenſo
etiam tempore permittitur emenda-
tio. in. l. iij. nu. 32.

Subſtantialibus libellorum uel tacite, uel expreſſe non renunciant partes. in.l.iij. nu. 33.
Succeſſori ſingulari omne ius tribuit lex, quod eius autor in re alienata habebat.in.l. ij. nu. 32.
Studij fauore tenetur reus actori edere in.l.i. nu. 19.

T.

TAbellio cælans protocollum, negansq; per mendacium de inſtrumento illo fuiſſe rogatũ, pœna falſi tenetur. in.l.iiij.num. 5.
Tabellio negans de inſtrumento ſe fuiſſe rogatum, ſi conuincatur de mendacio, præſtabit intereſſe, quod eius aduerſarius per iuramentum probabit.in.l.iiij.num. 8.
Temporis diuturnitas, & bona de homine opinio excuſat eum a dolo. in l.iiij.num. 6.
Terminum alicui ad agendum Iudex præſtituere poteſt, quo elapſo non amplius auditur. in.l.ij.nu. 9.
Teſtes non citata parte aliquando examinari poterunt, ſi periculum moræ inſtet.in aut. ſi quis in aliquo. nu. 8.
Teſtes producuntur in iudicio poſt litem conteſtatam, alias antea producti, debent iterum poſtea exhiberi. in rub.nu. 34.
Teſtes non aliter probant, quam ſi aduerſarius ad id citatus fuerit. in.l.ij. nu. 24.
Teſtium depoſitiones in uno iudicio factæ, quando probent in alio. in. l. ij.nu. 25.
Teſtium depoſitiones nõ publicatæ, niſi in prima lite probãt.in.l.ij.nu.26.
Teſtium dicta creduntur fuiſſe didicita, ubi quis exempla teſtificationum ſola inſpexit, licet Doct. omnes contra, in auth. ſi quis in aliquo. nu. 3.
Titulum ſuæ poſſeſſionis cogitur nemo patefacere.in.l.i.num. 41.
Titulum ſuæ poſſeſſionis poteſt quis per inſtrumentum cum alio celebratum probare.in.l.ij. num. 23.
Tutor tenetur rationes officij ſui conficere, & domino poſtea petenti edere.in.l. i. num. 33.
Tutor, uel curator pro minore agens, ſi emendet, uel mutet libellum, tenetur damna, & expenſas de ſuo proprio præſtare aduerſario.in.l.iij.nu. 40.

V.

VAſallus inſtrumenta quando teneatur domino edere.in.l.i.n.38.
Vaſallus ſi requiſitus non edat inſtrumentum feudi, aut nõ iuret, ſe illud non habere, facit, quod eius omnia bona præſumuntur feudalia. in. l. i. num. 39.
Venditor inſtrumenta, quibus probetur, rem uenditam diſtrahentis fuiſſe, uel intra certos includi fines, emptori pro defenſione rei edere debet in.l.i.nu. 36.
Verba iſta, ad inueſtigandam ueritatis fidem, non poſſunt niſi ad iudicem referri.in.l.ij.nu. 5.
Verba in dubio ſecundum aptiorem & magis proprium ſignificatum legis intelligenda.in.l.iiij.nu. 29.
Verba enunciatiua per contrahentes dicta, quando inter eoſdem minime probent, & quæ requirantur, ut probent.in auth. ſi quis in aliquo.nu.51
Veritas præſumptioni, & coniecturæ præualet.in auth. ſi quis in aliquo. nu. 29.
Vniuerſale, item generale quid ſit, & quantũ inter ſe diſtent.in. l.iij. nu. 18.
Vnum fieri numero ex pluribus, quæ inter ſe differunt ſpecie, impoſſibile eſt.in.l.iij.nu. 49.
Vſurarius edere ſuas rationes actori (quum de uſuris quæritur) compellendus eſt.in.l.i.num. 20.
Vſurarius, qui uſuras exercere deſijt, quando actori rationes ſuas nihilominus edat.in. l.i. num. 26.
Vſurarius, & probus in eodem ſubiecto incompatibiles ſunt.in. l.i.nu. 30.
Vſurarum reſtitutio abſtergit infamiæ notam in uſurario.in.l.i. num. 27.

FINIS.

FRANCISCI
ZOANNETTI IVRISCON

ſulti Clariſſ. de REBVS QVOTIDIA-
NIS Liber cum in iudiciali foro, tum
in legali gymnaſio ſingularum rerũ
ubertate refertiſſimus, per capita
cum annotationibus ſuis
diſpoſitus exordium
hinc fœliciter
auſpicatur.

FRANCISCI ZOANNETTI BONON. IVRISCONSVLTI CLARISSIMI RERVM QVOTIDIANARVM LIBER.

1 Traditionem rei neceſſariam non ſolũ in directo dominio ſed etiam in utili transferendo.

2 Feudi utile dominium ex ſola inueſtitura, niſi traditio interceſſerit, minime transfertur.

3 Emphyteuſis utile dominiũ in emphyteutã abſq; rei traditiõe nequaq; tranſire.

Caput. I.

Vetus atq; perpetua quæſtio inter nobiliſſimos iuriſ-
cõſultorum interpretes agitata eſt, utile ne dominiũ,
utilem ne in rem actionem iure emphyteuticæ loca-
tionis, abſq; rei traditione, emphyteuta acquirat. Au-
guſtæ enim ſanctionis regulam [a] in contractu em-
phyteutico quieſcere non pauci uolunt, & illud ab Iureconſulto in
emphyteuſis tractatu [b], conſtitutum Speculator [c], Corneus [d], Bal-
duſq; retulerunt [e], quorum ſententias alij non Minores abijciunt,
1 † Nã ſicut in directo dominio, ita in utili transferendo traditiõe ip-
2 ſa eſt opus [f], † unde uidemus dominiũ feudi utile ex ſola cõceſſione,
ſoloq; inueſtituræ titulo, niſi traditio fiat in uaſallũ non facere tranſi-
3 tum [g], uti etiam Baldo [h] atteſtari itidem placuit, † quare non ſecus
de emphyteuſis conceſſione abſq; traditione facta, quã de feudo, iu-
dicandum eſſe frequentius, & cõmuni plurimorũ arbitrio doctores
exiſtimarunt [i], Aretinuſq; [k] in Speculatorẽ reſponſo Pauli [l] admo-
nitus acriter inuehitur, Baldus [m] reprobat, & Corneus cõmunem
approbans opinionem ſimili modo non pauca in illũ intorquet ar-
gumenta [n], aſſerens legem illam [o], prælatæ communi ſententiæ nul
lo pacto aduerſam fieri, quinimo ex altera [p] generaliori omnino ſup
plendam, quiquè Corneus alibi [q] in contrariũ nihil certi affirmat.

a In. l. traditionibus .C. de pact.
b In. l. i. §. qui in perpetuum. cũ glo. ff. ſi ager. uectigal.
c In ti. de locat. §. nũc aliqua. uer. clxvij. et clxix.
d In cõſi. xxxvij. col. vi. lib. iii.
e In. l. ſi ut proponis .C. de condi. ob cauſam.
f Riminal. in. d. l. traditionibus. col. i.
g Secundum doctores cõmuniter in. d. l. traditionibus, per tex. in. c. i §. ſi facta ſi de feu. fue. contr. inc. do. & agn.
h In. c. inueſtitura. de no. for. fidelit.
i Bar. & reliqui in. l. interdum. §. fi. ff. de acqui. poſſeſſ.
k In. dicto. §. fi.
l In. l. cũ ſponſus. §. in uectigalibus. ff. de publici.
m In additio. ad eundem Speculatorẽ in prædicto loco.
n In conſi. clxxiij. colum. iij. & v. lib. ij.
o In. d. §. qui in perpetuum.
p .d. l. traditionibus.
q In. d. conſi. xxxvij. col. vi. lib. iij.

1 Fratres accipientes feudum ſimul in emphyteuſim pro ſe & poſteris ſuis maſculis, demũ illis deficientibus, pro fœminis cenſentur ſinguli prolem ſuã etiam fœmineam deſcendentibus alterius fratris, licet maſculis prætuliſſe.

2 Pater & cõmuni iure, & naturali ratione liberis ſuis utriuſq; ſexus prius quam alijs proſpicere in dubio præſumitur.

3 Feudale ius ad cõſequẽtias tametſi deduci nõ ſoleat, tñ quãdo iuri cõmuni & naturali ęquitati cohæret, facile producitur.

4 Pluralitas quando in ſingularem caſum conuerti debeat.

Caput. II.

Vrgatum olim ſæpius fuiſſe aliquando accepimus, quod ſi plures, ut puta, fratres emphyteuſim pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis & in caſu deficientium maſculorum, pro fœminis ſtipulati fuiſſent, nunquid

cenſerentur

cenſerentur ſinguli proſpexiſſe potius, atq; in primis liberis & deſcē-
dentibus proprijs etiam fœmininis, quam liberis & deſcendentibus
ſui fratris, licet maſculis: & uidebantur conductionis uerba pro libe-
ris, deſcendentibuſq; maſculis alterius fratris ſolummodo facere, ut
quo ad maſculi alterius ſupereſſent, alterius fœminæ ad emphyteu-
ſim illam non aſpirarent, quaſi maluerint ſtipulatores ambo fœmi-
nis conſeruandæ agnationis gratia præponere maſculos: Verum
contraria huic non tantum feudi, ſed & naturalis, & ciuilis quoque
1 lex ualdè præponderat, † Sic enim in proprijs terminis differens de
feudis imperator ſtatuit [r], unumquemque fratrum in acquiſitione
feudi prolem ſuam tametſi fœmineam, deſcendentibus maſculis al-
terius fratris prætuliſſe, cenſeri, & in hoc feudale ius iſtud, cum iure
communi, tum etiam ratione naturali comprobatū dignoſcere poſ-
2 ſumus, † iuri communi eſt conforme, quòd præſumitur quiſq; in
dubio liberis ſuis utriuſq; ſexus proſpicere prius, quàm alijs [ſ], De-
nique à naturali ratione minime recedere ex eo intelligimus, quoni-
am pater filios ſuos & filias, ac neptes naturæ inſtinctu quodam, ue
lut ſe ipſum, diligit [t], idcirco quemadmodum in portione emphy-
teuſis ſua uult ipſe fratri ſuo anteponi, ita æque credendum eſt, in ea-
dem ſui portione, filios, filias, nepotes, & neptes ſuas fratri, eiuſq; fi-
lijs ac deſcendentibus reliquis, tam maſculis quàm fæminis in em-
phyteutico contractu prætuliſſe, neq; id ipſum ex prætoris, unde li-
beri, edicto obſcure patet, qui naturali æquanimitate ductus, primā
in defunctorum ſucceſſionibus cauſam liberorum et deſcendentium
3 eſſe, ratus eſt [u], † Quamobrem, & ſi feudorum ius dicatur conſue-
tudinarium, nec facile ad conſequentias trahi ſoleat, ueruntamen quia
nunc, & iuri communi & naturali æquitati cohæret, pro deciſione
obiecti articuli, in emphyteutico tractatu poterit induci [x], Præterea
4 unum aliud argumentum deduxero, † toties pluralitatem ad ſin-
gularem numerum debere adigi, quotiens abſurdum nos uitare o-
portet [a], itidemque ſeruandi cauſa, ueriſimilem hominis mentem,
pluralitas in ſingulari reſoluitur caſu [b], Sed quoniam ueritatis nul-
lam ſpeciem habet, & abſurdum non leue continet, ut quis filios de-
ſcendente ſuę fratris maſculos prædilexerit magis, quàm filias & ne-
ptes proprias, quod paulò ante docui, igitur conductionis uerba ad
hunc ſingularem ſenſum reſtituenda erunt, utrunq; fratrum partem
ſuam pro ſe, filijs & nepotibus maſculis, & ijſdem deficientibus, pro
filiabus, neptibus, & deinceps ſuis conduxiſſe, meamque hanc deci-
ſionem agnationis conſeruandæ ratio illa argumentis pridem po-
tiſſimis ſublata, non expugnabit.

r In.c.i.de duo. fratr. à cap. inueſt.

ſ Not. in. l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib & poſthu. facit. l. cum auus ff. de cō di. & demon. l. cum acutiſſimi. C. de fi deicom.

t .l. iſti quidem. ff. quod met. cauſa.

u In tit. ff. & C. unde liberi.

x Alex. cōſ. cvi. li. 4. Ant. de but. Imo. & moder. in. c. i. de feu Roma. conſi. ccxij. in. 11. dub.

a Fab. & Aret. Inſtit. de iure per. in prin.

b Bal. Saly. & Alex. in. l. quamuis. C. de impub. & alijs ſub. Fulgo. in. l. ſi ſeruus. §. ſi plurium. ff. ſi quis caution.

1 Feudum, uel emphyteuſim eccleſiaſticā ſimpliciter alicui, nulla poſterorum fa-cta mentione, conceſſum ad fœminas non tranſire.

2 Declaratio communis ad. §. emphyteuſim. in auth de non alienan.

3 Emphyteuſis eccleſiæ pro ſe & filijs conducta ad fœminas haud pertinebit, quod limitatur, ut in ſequenti.

4 Conſuetudo in emphyteuſis præcipuè rebus obſeruanda eſt.

5 Conſuetudo in emphyteuticarijs rebus

ex uni-

ex unico ſolum perficitur actu.

6 Emphyteuſim Eccleſiæ his conductam uerbis, pro ſe & liberis, aut communibus alijs uerbis, ad fœminas, ſicuti ad maſculos tranſmitti.

7 Emphyteuſis portio aliqua etiam poſt acquiſitionem ſi deficiat, non ad dominum redit, ſed per ius accreſcendi alteri emphyteutæ accreſcit.

8 Verba illa in contractibus emphyteuticis adſcribi ſolita, uſq; in tertiam generationem, aut in perpetuum &c. quo nam ſenſu capienda ſint.

Caput III.

SVbinde, fingat aliquis emphyteuſim ab Eccleſia con
ductam ſimpliciter nulla filiorum, nulla liberorum,
nulla deſcendentium uel hæredum habita comme-
moratione, ad illius ne ſucceſſionem fœminæ admit-
1 tentur? † & inquit Baldus [c] ſecundum Gloſſatoris
inibi, & Andreæ de Iſernia opinionem, feudū ſimpliciter alicui con-
ceſſum ad fœminas nō tranſire, idemq; ius ad Eccleſiaſticā emphy-
teuſim produci poſſe alibi exiſtimat [d], ſed Alexander [e] contra, præ-
dictamq; emphyteuſim eo modo conductam ad fœminas æque ſpe
ctare ex Cæſaris conſtitutione [f] intelligit, Sic. n. ea lege contra Bal-
2 dum caueri cenſuit, † Reor ego, Alexandrum nō mediocri errore la
bi, non porrò fatetur Imperator [g] illo caſu emphyteuſim ſimpliciter
fuiſſe receptam, ſed ait, poſſe illam pro inueſtito, & duobus eius hæ
redibus tam maſculis quàm fœminis rectè cōcedi, ſicq; loquitur Cæ
ſar, quando maris & fœminæ ſpecialiter mentio in locatione habi-
ta fuit, & hoc ſenſu Imola [h], Pontanus [i], atq; Alexander [k] ipſe nō-
nunquam ſibi contrarius Cæſaris conſtitutionem exponunt, & li-
cet alioqui ego introſpiciens Alexandri commentaria [l] uiderim Bal
dum in contrariam bis alias adduci ſententiam, tamen cum altera
3 communior ſit, ab ea nullatenus recedendum putaui, † Cum uero
ſtipulatur ab Eccleſia emphyteuſim pro ſe & filijs pater, num fœmi-
næ ſuccedēt in illa? & probabiliter hæſitari ea ratione potuiſſet, quod
in maſculorum appellatione, fœmineum quoq; ineſt nomen [m], At
uerior altera eſt amplectenda opinio, ne ad illam aſpirare emphyteu
ſim fœminæ ualeant, in contractibus namq;, quorum ſolet ſtrictior
fieri interpretatio [n], uerbum anceps in illum, qui pro ſe illud poſi-
tum aſſeuerat, potiſſime declaratur [o], merito Archidiaconus [p], Imo
la [q], Alexander [r], & Romanus [ſ], ſupraſcriptis ſtipulationis em-
4 phyteuticæ uerbis non contineri fœminas tradiderunt, † quibus i-
pſe ego adſtipulor, ni conſuetudinis ratio ſuaſerit aliud, legitima
namq; uſus obſeruatio tametſi in omnibus regulariter, in emphyteu
ticis maximè rebus aſpernanda non eſt, ideo fœminas ad illam tunc
5 uocari prior Bartolus [t], Imola [u] ſecundus rectè cenſuerunt, † con-
ſuetumq; illud eſſe in propoſito caſu non intellexeris, quod per plu
res infra decennium uniformes actus generaliter in loco obſeruatū
fuerit [x], uerum ſemel antea conceſſam fœminis ab Eccleſia emphy-
teuſim ſufficere opinor, ex unico etenim actu Eccleſiæ uſum probè

c In.c.i.ad.fi. quibus mo. feud. conſti. poteſt.
d In.l.ſed ſi hac.§. liberos. ff. de in ius uoc.
e In.d.§. liberos.
f In.§. emphyteuſim in auth.de non alie. reb.eccle.
g In.d.§. emphyteuſim.
h In.c. potuit. ad. fi. de locat.
i In.d.§. liberos.
k Conſi.lxi.col.ij.uerſi.non obſtant allegata &c.lib. i.
l In.l. quod dicitur. col.xvij.ff. de uer. oblig.
m .l.i.ff. de uerb. ſignifi.
n .l. quicquid aſtringendæ. ff. de uerb. oblig Imol. in.l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg.ij.
o .l.ueteribus cum ibi not.ff.de. pact.
p In.c ſi quis ſuadente.xvij. q. iiij.
q In.d.c.potuit. ad fi. & in cōſil. xxxviij.
r In d.§.liberos.& in .d.conſil.lxi.
ſ In conſil. xxxv.
t In.l.ut ius iurandi. §.ſi liberi. uerſi. itē prædicta &c. ff. de ope. lib.
u In.d.c. potuit in fi. de locat.
x Paul.Caſtren. cōſil. cclxi.col.i.uerſi. ſed non ſequitur &c.

agnoſci, noſtratium neminem perpetuo latuiſſe duximus [a], Alexan
6 derq́ [b] hunc ipſum proprie extricat nodum, † Secus foret, cum tali-
bus conducta fuiſſet emphyteutica res Eccleſiaſtica uerbis, pro ſe &
liberis, uel pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus, aut pro ſe & deſcenden
tibus, uerba hæc, quæ communis ſunt generis, maſculos & fœmi-
nas de proprio illorum ſignificatu continere Baldus, ac Alexander [c]
pleriſq́ rationibus arbitrati fuere, pro quibus & illam adduxiſſe ſat
erit, nuſquam legitur fœminas Eccleſiaſticæ emphyteuſis, ubi eis cõ-
cedit Eccleſia, incapaces haberi [d], Igitur illas à uerbis emphyteuſis
communibus, generalibuſq́ excipere, & nos haud probè decuit [e],
uerum quia uſu aliquando euenit, alterum ex liberis, quibus emphy
teuſim pater antelato ordine conduxerat, poſt eandem emphyteu-
ſim indeptam ſine filijs præmori, an defuncti portio ſuperſtiti dan-
da erit, uel potius ad Eccleſiam ſit eadẽ reuerſura ? Ambigere in hoc
plerique noſtratium, cum generaliter non habeat ius accreſcendi locũ
7 in contractibus [f], cum poſt quæſitam portionem maximè [g], † ſit ti-
bi nihilominus ſacroſancta communis opinio, uel in emphyteuſi ec-
cleſiæ, uel in emphyteuſi priuatorum contentio exiſtat, nam & utro-
que caſu propter uerba illa, uſq́ in tertiam generationem, aut in per
petuum &c. quæ emphyteutico inferuntur contractui, creduntur e-
giſſe contrahentes, ut ius accreſcendi inter liberos primi conductoris
locum haberet, quod planè ex contrahentium prædictorum uolun-
tate etiam poſt acquiſitas emphyteuſis portiones in contractu ipſo
nõ iniquè induci potuit [h], alias ſi ius accreſcendi nõ habere locum
diceremus, prædicta contrahentium uerba, uſq́ in tertiam genera-
tionem, aut in perpetuum &c. Vacua, inaniaque tali caſu iacerent,
8 quod quidem concedere nimis infame foret, † ex illis itaque uer-
bis dicuntur uoluiſſe contrahentes, quòd non ſolùm unius portio
deficientis nondum quęſita ſed etiam ſi adepta fuiſſet, alteri ſuperui-
uenti accreſcat, cenſeaturq́ renouatus ille, in ea deficientis portione,
ut perpetuo, uel uſq́ in tertiam generationem emphyteuſis in illis
huiuſmodi perduret, quemadmodum contrahentes hoc inter ſe ip-
ſos expreſſius cauere potuiſſent, ita & iiſdem pariter illud ipſum oc-
cultius agere licuit [i], quam Bartoli, Alexandriq́, & cæterorum re-
ceptam opinionem [k] nõ conſulendo tantum, quin & decidendo
quoq́ tenendam iudico.

a Bar. i. l. mela. §. i. ff. de alim. & ciba. leg. & in. l. i. C. quomodo & quando iudi.
b Conſil. cxxiiij. col. ij. uerſi. quod pater, lib. v.
c In. d. §. liberos.
d .d. §. emphyteuſim in auth. de non alien.
e l. illam. C. de collat. §. conſideremus. in auth. de trie. & ſemi.
f .l. ſi mihi & Titio. ff. de uerb. oblig.
g .l. i. ff. de uſufr. accreſcen.
h Salyc. in. l unica. in xij. q C. quando nõ petent. par. Iaſ. in. d. l ſi mihi & Titio. col. v. uerſi. ſimiliter &c.
i .l. cũ quid. ff. ſi certum pet.
k In. d. l ſi mihi & Titio.

1 Feudum alienatum per patrem poterit filius qui facto inuentario extitit patri hæres, etiam contra dominum reuocare.
2 Feudum hæreditarium non poteſt dici illud quod pro ſe, liberis, & hæredibus maſculis datum fuit, ſed paternum rectius appellabitur.
3 Verba, pro hæredibus maſculis &c. in contractu appoſita, ad ſolos deſcendentes referuntur.
4 Feudum illud propriè eſt, pro quo ſeruitium perſonale præſtatur.
5 Feudum non peruenire ad fœminas regulariter qua ratione inductum fuerit, & quibus caſibus illud fœminæ obtineant.
6 Emphyteuſim alienatam per patrẽ poſſunt nonnunquam filij defuncto patre à poſſeſſoribus repetere.
7 Stipulatio patris, ſtipulantis pro ſe & filijs utilem filijs acquirit actionem.

8 Filij

8 Filij ſi non poſſunt reuocare diſtractam per patrem emphyteuſim, qua declarauerit dominus rem ad ſe reuerſam, poterunt ſaltem uelut proximiores renouationem poſtulare.

9 Locare alteri emphyteuſim ad ſe reuerſam dominus, niſi emphyteutæ alienatoris filijs citatis, quando nequeat.

10 In legitimam quando feudum, uel emphyteuſim imputent ſibi filij, & quando non.

11 Actio utilis per ſtipulationẽ patris quæſita filijs, dicitur perſonalis, & non in rem.

12 Feuda diuidi ex hominum uſu in Italia, regalibus duntaxat exceptis, eſt ſoliti.

13 Vaſallus ob ſui culpam ſi feudo priuetur, filijs, deſcendentibuſq; ſuis, non etiã conuaſallo fratri nocebit.

14 Vaſallus delinquens non ipſo iure ſed per ſentẽtiam, paucis quibuſdam exceptis caſibus, feudo priuatur.

15 Vaſallus poteſt irrequiſito domino cõcedere feudum æquali ſuo, aut meliori uiro quod eſt in emphyteuta ſecus.

16 Locatio modici temporis nullum dominium in conductorem transfert.

17 Modicitas temporis, ac per conſequens longinquitas in locatione quanto tempore includantur.

18 Argumentari de feudo ad emphyteuſim quibus liceat caſibus.

Caput IIII.

1 NOn parua pridem contentio cœpit, † an feudum alienatum per patrem poſſit filius, qui patri facto inuentário extitit hæres, a poſſeſſoribus reuocare, & quidẽ poſſe ſecundum Baldi ſententiam conſtat [l], cuius dictum Alexander [m] modificat, uerumq; illud eſſe intelligit, in feudo accepto pro ſe & liberis, quod paternum ex prouidentia & pacto concedentis appellatur, ſecus quando feudum eſt hæreditarium .i. conceſſum uaſallo pro ſe & hæredibus, tunc filium nõ inuentarij confectio iuuaret, quia unum cum patrimonio defuncti parentis indiſtinctum corpus feudum iam fuerit factum [n], ideo filius hæres non poſſet contra alienationem patris inniti [o], Verum ſæpenumero ſibi in hoc contradicit Alexander, & dictum Baldi utroq; caſu generaliter procedere Decius rectè putat [p], tantoq; magis
2 in propoſita conſultatione id ipſum atteſtari mihi libet, † cum feudum illud hæreditarium non poſſit dici, quod uaſallo fuerit datum pro ſe, & eius liberis & hæredibus maſculis &c. prout in inſtrumen-
3 to inueſtituræ huius comprehenſum eſt, † illa namq; uerba, hæredibus maſculis, de ſolis deſcendentibus intelligi poſſunt [q], Igitur feudum huiuſmodi non uelut hæreditarium, ſed uti paternum ex pacto & prouidentia concedentis iuſtius capietur [r], Sicq; filius ad reuocandam feudi alienationem contra dominum non inique admit-
4 ti poterit [ſ], † & feudum illud proprie nuncupatur, pro quo perſo-
5 nale ſeruitium penditur [r], † neq; ob eam cauſam fœminæ illud regulariter obtinent [u], de regula tamen aliquos excipies caſus, in quibus feudum ad fœminas nihilominus peruenire poteſt, quos Põtanus, mox & poſt illum Corneus reſponſis quibuſdam optimè tradide-
6 runt [x], † Quid uero iuris ſit, cum pater, qui prò ſe filijſq; ſuis ſtipulatus, eam rem conductam alienat, an filijs noceat, non inſubtiliter ex quiri poteſt, & quanquam uiuente patre, alienationem reſcindere
7 nequeant filij [a], non prohibentur tamen illo mortuo, † quoniam

l In l. qui ſe patris col. x. uerſ. item quæritur &c. C. unde legit.

m Conſi. xix. & in cõſil. xxxiij. lib. v.

n .l. ſed ſi plures. §. filio. ff. de uulg. & pupil. Dec. cõſi. cccicv col. ij.

o .l. cum à matre. C. de reſuendic l. ſi ab eo. C. de lib. cauſa.

p In conſil. clxxxv. col. iiij. uerſi. ad abundantem lib. i.

q Bal. in l. Caius. col. ij. ff. ſolut. mat.

r Dec. d. cõſi. clxxxv col. iij. in ſi.

ſ Dec. in d. cõſ cccicv col. i.

t Corn. cõſi. xvi. col. iiij. in prin. l. i.

u Cap. i. §. hoc autem notandum. qui feudum dar. poſſ. & in tit. an. mut. uel alias imperfect. in ſi.

x Corn. d. conſil. xvi. col. iij. uerſi. & præſuppono &c. lib. i.

utilem ſtipulatio parentis eis tribuit actionem [b], diſtractam em-
phyteuſim, priuſquam tamen declaret dominus ad ſe eandem per-
tinere uelle à poſſeſſoribus reuocare [c], nec obſtat quod aliqui à
Decio relati [d], non poſſe filios contra patris alienationem inſurge-
re, uoluerint, cum nō ſecus illorum amplectenda ſit opinio, quam
ſi ijdem filij hæredes etiam patri ſucceſſerint [e], alias in paterna non
ſuccedentibus filijs hæreditate priori ſententiæ locus rectiſſimè fo-
8 ret, † ſin autem dominus declaraſſet ob emphyteutæ patris aliena-
tionem ad ſe reuerſam emphyteuſim eſſe, poterunt filij uelut pro-
ximiores renouationem in eorum perſona probabiliter poſtulare [f],
9 † & poſt factam huiuſmodi declarationem, non crediderim poſſe
dominum uno duntaxat caſu, quo filij non extiterunt patri hære-
des, ignorantibus & non admonitis prius filijs alteri emphyteu-
ſim locare [g], ut ex ſuperius quoque ſcriptis non difficulter agnoſ-
10 citur, † neque ſibi in legitimam imputabunt filij, ſeu nepotes em-
phyteuſim uel feudum, quod ad ipſos non uti hæredes, ſed tanquā
filios duntaxat, aut nepotes peruenit [h], non ſic, quando hæredes
ipſi in feudo uel emphyteuſi exiſtunt, in eorum legitimam tunc il-
la ipſa adſcriberentur [i], enimuero quoniam ſuperius utilem filijs,
ac nepotibus actionem ex parentis ſtipulatione quæſitam retuli,
qualis, cuiuſúe modi ſit actio iſta, non fruſtra quiſpiam percuncta-
11 bitur, † & illam in primis non eſſe utilem in rem, ſciendum eſt,
cum enim ex propria ſtipulatione non potuiſſet eam ſibi acquire-
re filius, niſi realis traditio interceſſerit [k], multominus ex contractu
parentis, Corneus ait [l], abſq; traditione ipſam nanciſci potuit, ſu-
pereſt igitur quòd eam utilem perſonalem uocemus, quia in cele-
brato contractu, ſi dominij nulla fiat translatio, non realis, uerum
perſonalis duntaxat ex illo naſcitur actio [m], At nunquid feudi alie-
12 natio per diuiſionem facta recipi poterit? † quamquam comitum
feuda non poſſe diuidi feudali decreto exiſtimatum ſit [n], frequen-
ti tamen hominum uſu in Italia, apudque Longobardos præ-
ſertim inueterata iam inoleuit conſuetudo, dignitatum, comi-
tum, idque genus ſimilium feuda, regalibus duntaxat exceptis,
inter feudatarios rectè diuidi, quod Io. Andreas refert [o], Andreas de
Iſernia probat [p], & Baldus minime aſpernatur [q], ac idem Iſernia
inquit [r], ubi feudum fuit cōceſſum Titio & liberis uel hæredibus &
13 deſcendentibus ſuis, ad omnes id æqualiter filios pertinere †, & duo-
rum uaſallus alter cum in eam inciderit culpam, qua feudo priuetur,
filijs, deſcendentibuſque tantū ſuis, quamuis etiam feudū antiquum
foret, non autē alteri conuaſallo nocebit [ſ], Inſons nāque uaſallus nul-
14 lam ex delicto conuaſalli ſui pœnam ſubit [t], † neque delinquens iſte
feudum ipſo iure, ſed per ſententiam, paucis tātum exceptis caſibus,
15 amittit [u], † Et licet feudatarius nō prohibeatur irrequiſito domino
concedere ęquali ſuo, aut meliori uiro feudum [x], emphyteuta tamen
id minime

a Alex. conſil. cvi. col. i. in. fi. li. iiij. per tex. in l. peto. §. prę dium. ff. de leg. ij.
b l. quodcunque. §. ſi. quis. ff. de uerb. obli.
c Alex. d. conſil. cvi. col. ij. uerſi. nec prædictis. & colum. fi. in prin. Dec. conſi. ccxxxix. nu. vi.
d In. d. cōſi. ccxxxix. nu. v. uer. uenio etc.
e .l. cum a matre. C. de rei uend.
f Bar. in l. i. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti.
g .l. nam ita. ff. de adop.
h Ange. et Pau. Caſtr. in l. ſi patroni. in prin. poſt glo. ibi. ff ad Treb.
i Iacobin de S. Geor. in auth. qui rem. nu. clxvi. C. de ſac. ſan. eccle.
k .l. traditionibus. ubi doct. C. de pact. l. interdum. §. fi. Bar. & Aret. ff. de acquirē. poſſeſſ.
l In conſi. clxxiij. col v. lib. ij.
m .§. i. inſti. de actio. facit. l. i. C. de actio. empt.
n .c. imperialē. §. prætera ducatus. de prohibita. feudi alienan. per Federi.
o In addit. ad ſpec. in rub. tit de feud. col. penul.
p In. c. omnes filij. ſi de feu. fue. contro. int. dom. & agnat.
q In d. §. prætera ducatus.
r In. d. §. prætera ducatus.
ſ .c. i. cum glo. ſi uaſſal. feud. priuet.
t Alex. cōſi. lx. col. ij. in fi. & col. iij. uerſi. et nō dico &c. lib. iij
u Bal. poſt glo. in c. i. §. callidis de prohib. feud. alien. per Fede. Alex. d. cōſil. lx. col. ij. uer. circa tertiū &c.

id minime quibit, niſi conſentiat dominus, uel ad modicum tem-
16 pus rem ipſam locet [a], † Locatio enim modico tempore duratu-
ra, nullum conductori dominium, ſed detentionem nudam ſolum-
modo confert [b], Quanto autem tempore qualitas hæc, modicum,
includatur, non immerito quæritur †, eamque temporis modici-
17 tatem ad triginta annos excluſiue Baldus producit [c], cuius mentem
à pleriſque ancipitem ualdè exiſtimatam, ſic ego interpretor, quo-
niam permittitur eccleſiæ, cui alienatio immobilium eſt uetita [d], lo-
care ad triginta uſque annos fundum, quæ ſanè locatio citra aliena-
tionis nomen eſt conſtituta [e], Ita quoque huic emphyteutæ uſque
ad tempus huiuſmodi, infrà quod alienatio minime continetur, lo-
candi ius licere putauit Baldus, cæterum Lapi probabilior mihi ſen-
tentia uiſa fuit [f], ut de ſeptennio, aut nouennio, uel nonnunquam
decennio longum tempus in caſu propoſito intelligatur, per con-
ſequens locatio ad ſupraſcriptum aliquod tempus per emphyteu-
tam, ignorante domino, facta alienationi rectius adnumeretur, at-
que uti inefficax reijciatur, cui opinioni aſtipulatur Alexander [g], &
Ipſe etiam non iniquè aſſentior, neque Baldi deciſio propter diſpa-
ritatis rationem ullo pacto probanda uidetur, quid planè refert, ſi
concedatur directo domino, uſque ad annos triginta locare, & in-
fra hoc ipſum tempus talis facta locatio in alienationis tunc nomen
non tranſeat, cum iſtud tempus ob magnæ inæqualitatis cauſam
ad eum, qui utile ſolum habet dominium, extendi nequaquam de-
ceat, in altero enim liberam rei propriæ contrectationem lex eſſe uo-
luit, ſecus in altero, cui & ea ipſa lex, præter utile dominium, nil eſſe
concedit [h], & de re aliena, uti propria diſponere, fas eſſe uetuit [i],
quocirca in longè minori tempore, quàm Baldus crediderit, per
emphyteutam conceſſa locatio ſub alienationis ſpecie uerius con-
tinebitur [k], quoniam uero inter feudatarium & emphyteutam di-
uerſum ius nuper antea conſtitutum dixi, id planè perpetuum ne
18 quidem eſſe ſcias, † quibus enim caſibus differentiam lex inter ua-
ſallum & emphyteutam eſſe refert, aut feudi lex ius ſingulare &
contrarium iuri communi continet, ijſdem diuerſitas inter eoſdem
rectè procedit, ſecus quandò conſtitutio aliqua ius commune con-
tinens, de feudo aliquid ſtatuit, tunc de feudo ad emphyteuſim ar-
gumentari licere, idemque ius in feudo expreſſum in emphyteuſi
habere locum affirmant omnes [l], idemque nihilominus foret,
quando feudale ius naturali & lege, & ratione niteretur, ad em-
phyteuſis tum materiam extendi Pontanus uoluit [m], & genera-
liter pro regula à Baldo ſic traditum memini, quod in prohibi-
tis, à feudo ad emphyteuſim argumentatio recta probaque ſit,
at uero in conuentis, ſeu promiſſis hanc exolere regulam, neque de
feudo, quod ex gratia conceditur, generalem tranſitum ad emphy-
teuſim, niſi in proximè enumeratis caſibus, poſſe concedi [n].

x Bal. in auth. niſi. col iij. uerſi. & nota. C. ad trebel.
a Spec. in. §. nunc aliqua. in tit. de locat.
b .l. non ſolet. ff. locati.
c In. d. auth. niſi. col. iij. & in. d. uerſi. facit glo. in. l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. ij.
d .c. nulli. de reb. eccle. non alien.
e Toto. tit. in auth. de alienat. & emphyt. & in. §. alienationis in auth. de non alie. aut permut.
f Lap. allegatiõe. viij nu. primo.
g In conſi. cv. lib. iij.
h .l. i. in fi. ff. ſi ager uectigal.
i .l. id quod. ff. de regu. iur.
k Glo. in cle. i. in uerbo ad tempus. de reb. eccle. non alien.
l Bar. in. l. ut iuſiurandi. §. ſi liberi. ff. de ope. liber. Alex. cõ. v. in prin. lib. v. Idẽ cõſi. cvi. li. 4. Corn. conſi. lxvij. co. ij. in fi. lib. ij. glo. in. c. i. in prin. an filij. uel agnat.
m in conſi. ccxij. in ij. dubio.
n Bal. in. c. i. col. iij. qui feud. dar. poſſ. Cor. in. d. cõſ. lxvij. col. iij. in prin.

1 Pater emphyteuſim ſibi & filijs ſimpliciter ſtipulando, non uelut hæredibus, ſed tanquam filijs cenſetur tantum modo ſtipulatus.

2 Pater in emphyteuſi accepta pro ſe & filijs, quando non poſſit uni filiorũ præiudicare, ſed omnes æque ſuccedant.

3 Fratres ſuperuiuētes quo iure ſuccedant in portiõe emphyteuſis defuncti fratris.

4 Pater emphyteuſim ſtipulando pro ſe & filijs, cenſetur iure taciti pacti proſpexiſſe, quod altero filiorum præmortuo ſuccedant in deficientis portione ſuperſtites æqualiter.

5 Pater iubens in teſtamento filijs, ut bona uiritim diuidant, non creditur de bonis filiorum, ſed de hæreditarijs tantum ſenſiſſe.

6 Generalis quantũcunq; hominis diſpoſitio non cõprehendit res quarum diſponendi facultas eidem non competit.

7 Repeti in ſubſtitutione, quod in inſtitutione continetur, non decet, ubi abſurdum aliquod inſequeretur.

Caput V.

CONDUXIT emphyteuſim pro ſe & filijs pater, non adiecto uerbo illo, hæredibus &c. Demum in teſtamento, filijs hæredibus inſtitutis, in hunc eos ſubſtituit modum, Titium & Seium ſine liberis decedentes inuicem ſubſtituo, Gaium & Semipronium æque ambos ſubſtituo inuicem &c. Præmoriente ſine liberis Titio, anxiè nimis hæſitatum audiui, an in portione emphyteuſis defuncti ſolus ſuccedat Seius, uel omnes potius fratres, qui ſuperſtites ſunt, portionem emphyteuſis illam uiritim diuidant, qua in re ne uos diutius re-
1 morer, id eſſe in primis animaduertendum conſpicor, † ut quando pater emphyteuſim ſibi & filijs ſimpliciter ſtipulatur, cenſetur ijſdem tanquam filijs, non uelut hæredibus ſtipulatus [o], unde inferimus ad omnes æque filios emphyteuſim ſpectare, nullis hæredita-
2 rijs portionibus conſideratis [p], † Hincquè aliud deſcendit, pater quæſitum ius filijs in emphyteuſi non poterit minuere, niſi totidem
3 ex proprijs bonis filio daret [q], † & ubi filiorum aliquis abſq; eius liberis mortem obiret, ſuperuiuentes fratres æquali diuiſione defectam emphyteuticæ rei partem ſibi acciperent, ſic enim uarijs in locis communi calculo doctores omnes memoriæ mandarunt [r], Licet in ratione concluſionis iſtius plerique diſſentiant, quorum aiunt nonnulli, portionem defuncti fratris per ius accreſcendi ad ſuperſtites pertinere, cum id in contractibus plerunquè & rebus iam acquiſitis habeat locum [ſ], Quidam uero negant, accreſcendi ius in contractibus poſſe conſiſtere, ſed iuri cuiuſdam ſucceſſionis ſimilis feu-
4 dali locum fore concedunt, † Alij poſtremo aſſeuerant, ex ſtipulatione parentis ita proſpectum uideri, ut donec aliquis filiorum ſupererit, in emphyteuſi ſuccedat, ideo iure taciti pacti & inueſtituræ ſic conceſſæ admittentur ad partem deficientis fratres [t], quam opinionem cum Imola, Alexander, & Raphael communi fœdere docuerint [u], probabiliorem non inſcitè credemus, quocirca tenuerim ego, fratres, qui ſuperuixerunt, æquali parte emphyteuſim defuncti fratris ſuſcepturos, nec mouet me parentis ad hunc ſenſum inter liberos ſubſtitutio facta, Titium & Seium ſine liberis decedente uiciſ-
ſim

o Bar. in. l. ut ius iurandi. §. ſi liberi. & ibi doct. ff. de. ope. lib. Iaſ. late. in. l. ij. co. lxxxij. C. de iur. emphyt.

p Bar. in. d. §. ſi liberi uerſi. quidam receperat. &c.

q Bar. in. d §. ſi liberi. uerſi. ſecundum dubium eſt &c. Bal. & Ang. in. l. item uidendum §. nunc uideamus ff. de peti. hæredit. Ang. conſil. cici.

r In. l. ſi mihi & Titio ff. de uerb. oblig. refert. Bar. in conſil. lviij. in princ.

ſ . l. i. §. interdum. ff. de uſufruct. c. i. qui feud. dar. poſſunt. l. utrum. la. i. in prin. ff. de aſſig. liber.

t Arg. l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. ff. de uerbo. oblig l. ſi, cũ in annos in prin. ff. quib. mod. uſuſruct. ammit.

u In. d. l. ſi mihi & Titio.

ſim ſubſtituo, Gaium & Sempronium æque ambos ſubſtituo in=
uicem &c, quandoquidem non credatur pater uoluiſſe emphyteuti=
ca bona, quæ hæreditaria non ſint, in tali ſubſtitutione compræhen=
5 dere, † Pater enim iubens ſimpliciter in teſtamento filijs, quòd bo=
na æque diuidant, non cenſetur de bonis ipſorum filiorum, ſed de
6 hæreditarijs tantum iuſſiſſe x, † & uulgatiſſima iuris regula extat, in
hominis diſpoſitione quantumuis generali, non contineri res illas,
quarum ſic diſponendi facultas homini non competat a, minus
atque contradicit, quoniam meminit emphyteuſim hanc in inſti=
tutione pater uideatur etiam in ſubſtitutione, quæ ab inſtitutione de
7 pendet, ac regitur b, eandem repetijſſe, † Reſponderim ipſe huiuſ=
modi repetitionem eo caſu non ſumendam, quæ abſurdi quid pa=
riat c, nequiſſimum profectò arbitrarer, quòd repetitionis iure cen=
ſeatur pater, de emphyteuſi eo modo inæqualiter diſpoſuiſſe, quo
minimè licuit, cum de proprijs bonis tot Gaio & Sempronio filijs,
excepta eorum legitima, non reliquerit, quæ partem emphyteuticæ
rei æquare ualeant.

x Bar. in. l. cum patere §. dulciſſimis. ff. de leg. iij.
a Bal. in. l. fi. §. in cõputatiõe. C. de iur. deli. Bar. in. l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditio. inſtit. Curci. cõſ. lx. Soci. conſi. ecli. col. xiiij.
b J. in teſtamento. l. ſi plures. ff. de uul. & pupil. l. i. C. de impub. & alijs ſubſti.
c Abb. in. c. eccleſia. il. ultimo. per illum tex. de elect. c. pen. de iur. patr. Iaſ. in. l. i. C. de lib. præ.

1 Conſuetudo eccleſiæ dubium eius emphyteuſis contractum declarat.
2 Emphyteuſis ex decennali ſolutione uſque quo præſumatur conceſſa.
3 Emphyteuſis ex decennali canonis præſtatione non præſumitur, ubi certum eſt emphyteuſis non præceſſiſſe titulum, ſed longiori tempore eſt opus.
4 Emphyteuſis eccleſiæ non, niſi interueniente ſcriptura, concedi poteſt.
5 Lex ubi emphyteuticum titulum præſumit, eum ſolemniter, ac legitimè factum credit.
6 Præſumptio emphyteutici tituli non ſolum contra dominum uerum & aduerſus tertium habentem cauſam à domino allegari poteſt.
7 Præſumptionẽ emphyteutici tituli quẽadmodum eccleſia contra emphyteutã pro ſe allegat, ſic & emphyteuta præſumptus in eccleſiam adducere poterit.
8 Patientia ſimplex in his, quæ ſunt grauis præiudicij, non obeſt.
9 Scriptura, & alia quæuis ſolemnitas extrinſeca, ſi de graui agatur præiudicio, non minori, quàm annorum triginta, tẽpore præſumitur interpoſita.
10 Renouatio emphyteuſis ex decennali canonis præſtatione, ſicut principalis inueſtitura, præſumitur.

Caput VI.

1 EMphyteuſis contractus quotiens dubius eſt, † eccle=
ſiæ in primis conſuetudo ſpectari ſolet, eademque ip=
2 ſa omnem incertitudinis ſpeciem adimit d, † Præte=
rea & ſi nullus appareat inueſtituræ contractus, dum
modo per longum tempus, ideſt, decem annos, pen=
ſio pro tali fundo præſtita fuerit, titulusque inueſtituræ allegetur,
ſatis emphyteuticarius ille fundus eſſe probabitur e, ea enim præ=
ſumptio, quæ ob decennalis temporis curſum in omni generaliter
titulo procedit f, in emphyteuſi præſertim fortificat, ſibique locum
parat, ut ex Baldi, Iaſoniſque lectione g, Alexandri h, atque Decij
i conſulatione liquidius conijcitur, & Baldus quidam in ſuo præ=
ſcriptionum tractatu k ait, ob ſupraſcriptam decennij præſcri=
ptionem emphyteuſim priuatorum perpetuam eſtimari, Eccleſiæ
uero ad tertiam uſque generationem extendi, quod & poſt Ange=
3 lum Alexander l, nec non Felinus m probarunt, † Concluſionẽ
hanc

d Alex. conſi. cxxliij. col. ij. uerſ. quod pa t. r &c. lib. v.
e Abb. conſil. lxxiiij. in princ. Dec. cõſi. clxiij in. prin.
f . l. eũ de in rem uerſo. ff. de uſur.
g In. l. ſi certis annis. C. de pact.
h In conſi. lxxix. li. i. & in cõſi. cxiij. col. ſi. lib. iiij.
i In conſi. cxlvi. col. ij. uerſi. cum. pro tali. &c.
k In tertia parte principali. in. x. q. uerſ. ij. prædicta faciunt

hanc limitabis,& ueram ſolum eam intelliges,quando incertum eſt,
an iure emphyteutico ager ille poſſideatur, cæterum ſi clare conſta-
ret,emphyteuſis non præceſſiſſe titulum,longius porrò tempus,tri-
ginta annorum ſcilicet deſiderabitur, huiuſmodi namquè longiſſi-
mum tempus præſcriptionem inducit, quæ uicem obtinet inueſti-
turæ [n],obijcies forſan,præſumptioni huic in eccleſiaſtica emphyteu
4 ſi,† quæ non niſi interueniente ſcriptura confici potuit [o], haud lo-
cum fore,quaſi ſcriptura, quæ in facto conſiſtit, ex temporis curſu
præſumi minime queat,quem obicem tolles,ſi Alberici autoritatem
5 [p] ſequutus fueris, † conſitentis, quod ubi lex emphyteuticum titu-
lum præſumit,eum ſolemniter ac legitimè factum eſſe intelligit, nō
enim credendum eſt, fruſtratoriam præſumptionem à lege inductā
fuiſſe [q],& Alexander in eccleſiaſtica emphyteuſi eam ualere præſum
ptionem maximè allegat [r], Balbuſquè in ſupraſcripto tractatu no-
6 minatim probat, † Sed antelatam præſumptionem aduerſum ne
omnes indiſtinctè producemus [ſ] & Pontani anceps opinio [t] con-
tra dominum duntaxat, non etiam contra quempiam tertium præ-
ſumptionem iſtam deducere uidetur,cuius ego opinioni uno ſaltem
in caſu nequaquam aſtipularer, ſi tertius ille à domimo cauſam ha-
beret,quia tunc præſumptio huiuſmodi non minus contra tertium,
7 quàm in dominum rectè adduceretur [t],† Quemadmodum, enim
pro ſe hanc præſumptionem aduerſus emphyteutam eccleſia oppo-
nit, ſic emphyteuta quocꝫ contra eccleſiam inducere poterit, ſicuti
8 poſt Baldum [u] Saly. æque addixit [x], Contradicet aliquis,† quoni-
am patientia ſimplex in ijs,quæ grauis ſunt præiudicij, ut eſt domi-
9 nij utilis in alium translatio, minus obeſſe ſolet [a], † & ſolemnitates
extrinſecæ,uelut ſcriptura,ſi de graui quæratur præiudicio,ex decen-
nij diuturnitate interpoſitæ actui non præſumuntur, tunc enim mi-
nor triginta annorum numerus haud planè ſufficeret [b],uerum om-
nis explebit contradictio,ſi emphyteuſis iure concedi res illa conſue-
uerit,quandoquidem graue nullum in eo qui facere tenetur, præiu-
dicium agnoſci queat, quin potius è contra præiudicat ipſe alteri,
cui renouari emphyteuſim recuſet, quam lex ab eo rurſus locari iu-
bet [c],Denique non poteſt in antelato themate patientia ſimplex ap-
pellari,cui decennalis affictuum receptio iuncta ſit [d],idcirco annorū
ſpacio decem ſoluta penſio emphyteuſim contractum hiſce, ut dixi,
10 caſibus non inique parturit,† & quam decennij præſumptionem in
principali emphyteuſis locatione locum habere nuper antea retuli,
eandem in reuocatione præſumenda obſeruatam iri debere,poſt ali-
quos Decius [e] merito defendit,atcꝫ illorū,quos idem meminit De-
cius [f],non aduerſatur ſententia,dicentiū,ex receptione unius,uel ali-
quorū affictuū non præſumi emphyteuſim renouatam,quàmuis lo-
catio ſimplex per ſolam affictus præſtationem repetita omnino cen-
ſeatur, hi namque de affictuum decennali præſtatione uerba mini-
me faciunt.

Emphy-

l In. l. qui in aliena. in prin. ff. de acqui. hæred.
m In. c ſicut. co. xviij. uerſi. faciant demū. de re iudi.
n .c. ſi quis per triginta, ſi de feud. fuer. cō tro int. domi. & agnat. Alex. d. conſi. cxiiij. colū. pen. in fi.
o Glo in. c. i. de cēſib.
p In. l. ij. & ibi etiam Iaſ. nu. clv. C. de iu. emphy.
q .l. hæc ſtipulatio. §. i. ff. ut leg. nomi. caue.
r In cōſi. cxxiiij. lib. v. & in. d. l. qui in aliena. in prin.
ſ In conſi cxxvij.
t Alex. in. d. conſil. cxxiiij.
u In. l. i. col. iij. uerſi. pone quidam &c. C. de fideicōmiſ.
x In. d. l. cū de in rem uerſo. col. v. uerſi. quæro ſexto &c. ff. de uſuris.

a Bar in ſua diſput. incipiente. Mulier habens &c.
b Doct. in. l. ſciēdum. ff. de uerb. oblig. Felin. in. c. Albericus. col. fi. de teſti. & in. c. illud. de præſumpt.
c Bar. in. l. i. ff. de priuil. credit. & in. l. i. §. permittitur. ff. de aqua. quot. & æſti.
d .l. hoc legatum. ff. de leg. iij.
e In conſil. cccxxix. uerſi. ulterius etiā.
f In conſi. cccxxviij. in prin.

1 Emphyteuta eccleſiæ ceſſans per biennium quibus à iure ſuo caſibus nõ cadat.
2 Emphyteuta priuati ceſſans per trienniũ ſtatim à iure ſuo cadit, neque purgandi moram uenia dabitur.
3 Libri eccleſię priuati plenam de receptis penſionibus quando faciant fidem.
4 Scripturæ etiam priuatæ creditur ob tẽporis uetuſtatem.
5 Emphyteuta ceſſans in duobus præſtitutis terminis canonem ſoluere, nõ prius à iure ſuo cadet, quàm totũ biennium, uel triennium exceſſerit.
6 Emphyteuta ceſſans ſemel præſtare canonem cadit illico à iure ſuo, ſi iuramentum de præſtando interceſſiſſet.
7 Emphyteuta citatus, ut canonem ſoluat, ſi infra ſex menſes à die citationis non ſoluit, decidit ſtatim à iure ſuo.
8 Agnatis præfertur eccleſia uolens pro ſe retinere emphyteuſim in perſonam defuncti finitam.
9 Agnatis petentibus renouationem emphyteuſis deſtctæ ob lineam finitam. quando eccleſia negare nequeat, & ſi deneget, agnati appellant.
10 Emphyteuſim reuerſam ad dominum propter non ſolutas penſionis, ſicuti poteſt dominus inuito & ignorante emphyteuta, uel eius hærede cuipiam alij quandocunq; locare, ita et propter alienationem ignorante domino factam idem licebit.
11 Legitimati ad emphyteuſim eccleſiæ nõ admittuntur, quod fallit ut infr. no. xiij.
12 Extranei hæredes non obtinent eccleſiaſticam emphyteuſim.
13 Legitimati i feudo qñ ſuccedere poſſint.
14 Clauſula in legitimatione poſita, non obſtante q̃ genitor filium legitimum habeat etc. quid quantumue autoritatis ſit.
15 Princeps ea, quæ ſunt iure cõmuni inducta, poteſt & ſine cauſa tollere, ſi clauſula illa, non obſtante &c. in reſcripto utatur.

Caput VII.

CAdit ab omni iure ſuo emphyteuta ceſſans per bien-
1 nium ſoluere penſionem eccleſiæ, † niſi fuerit per id
biennale tempus in poſſeſſione alter, aut ratione probabilis ignorantiæ, uelut quia locum alterius iure ſuc-
ceſſionis obtinuit, in integrũ reſtituatur [g], aut poſt bi-
ennij ceſſationẽ ſatisfactione celeri, iudicis arbitrio temperanda, idẽ
2 ſibi conſuluerit [h], † Secus in emphyteuta priuati ceſſante per trien-
nium ſoluere penſionem, cui nulla purgandi moram, Imola inquit [i],
3 uenia dabitur, † Solutas autẽ pro emphyteuſi penſiones fuiſſe libri,
eccleſiæ priuati ſatis edocent, quia ex conſuetudine illis plena aſſolet
4 tribui fides, huiuſmodi namq; uſus reijci nequaquam debet [k], † nam
id operatur uetuſtas temporis, quòd ſcripturæ etiam priuatæ creda-
tur [l], Sed finge cuidam ab eccleſia rẽm emphyteuſis iure locatam, pa-
cto huiuſmodi intercedente, quòd ſingulis annis certa die canonem
daret, nunquid binis ijſdem diebus ſtatim exactis, ſi ceſſauerit à ſolu-
tione emphyteuta, poterit eccleſia, nec expectato biennij fine, rem ip-
5 ſam uendicare? † & Alexandri opinio fuit [m], id minime priuſquã to-
tum exceſſerit biennium, eccleſiæ licere, quod & Io. Andreas probat
[n], atque idem Iacobinus de ſancto Georgio cõſulendo eſt æmulatus
[o], Cumq; dixerim in ſoluendis penſionibus per ceſſationem biennij
emphyteutam eccleſiæ [p], & per lapſum triennij emphyteutam priua-
6 ti [q], ab omni iure cadere, † id equidem uerum eſſe arbitror, ni iuramẽ-
tum promiſſioni penſionis addatur, tunc enim non expectato bien-
nio, uel triennio, ſi ſemel emphyteuta penſionem offerre diſtulit, ip-
ſo iure propter periurij temeritatẽ ab illa ſtatim decidit conductione
ſicuti primò Baldus [r], demum Alexander [ſ], poſtremo Iaſon nullo

g Alex. conſi. cxxiiij. in fi. lib. v.
h c. potuit. ubi. glo. in uer. celeri ſatiſfactione &c. de locat.
i In. d. c. potuit.
k c. cum dilectus de fid. inſtr. Alex. cõſ. cxxiiij. col. ij. uerſi. & præſupponitur. lib. v. & in conſil. cxiij. col. iij. uer. & pro prædicta &c. lib. 4. Pet. de Ancha. cõſi. xxxviiij.
l Roma. cõſ. cxxvii. Bal. in l. cum ſuper. C. de rei. uẽd. Soc. cõſi. lxxxix. col. ij. uerſi. præterea &c.
m In. l. diuortio. §. ob donationes in ti. ff. ſol. matr.
n In addit. ad ſpecul. in titu. de locat. §. nunc aliqua. uerſi. lxxxvii.
o In auth. qui rẽ. nu. cxvii. C. de ſa. ſan. eccle.
p c. potuit. de locat.
q l. ij. C. de iur. emphy.
r In c. querelam. ſuper glo. l. de iur. iu.

contradicente aſſeuerarunt [t], quibus & ego Archadij, Honorijque
7 principum reſcripto [u], confiſus facile aſſentior, † Idemque rurſus erit
ſi ante biennij finem citari emphyteutam ad ſoluendum canonem ec
cleſia iuſſerit, à die uocationis, ubi ſex effluxerint menſes, quibus nec
canonem ſoluerit, à iure ſuo non expectato biennij lapſu, emphyteu-
ta cadet [x], Sed mihi tum dicet aliquis, diem ſine liberis functo, in cu-
ius perſona eccleſiaſticæ emphyteuſis conductio finem accepit, num
ipſius tranſuerſales agnati renouationem infra poſtulationis annum
8 ab eccleſia rectè petent? † Si quidem malit pro ſe retinere eccleſia, ina-
nis agnatorum, ſic Abbas monet [a], petitio rejcitur, quàmuis in Ab-
batem Decius leuiſſimis quandoque rationibus motus reſponderit
9 [b], † at ubi non uult rem eccleſia ſibi habere, nõ poteſt alij, quàm pro-
ximioribus agnatis eam petentibus locare, alias id ipſum eccleſia re-
nuente, ad ſuperiorem appellarent agnati [c], dummodo hæredes ſint
illius defuncti, & infra annum petant [d], petantque donec res integra
adſit, hoc eſt, priuſquàm alteri conceſſerit eccleſia feudum, uel em-
phyteuſim [e], Neque aliud reſpõdendum erit, Alexander putat [f], ubi
propter emphyteuſis alienationem inſcio domino, ut puta, in teſta-
10 mento factam, cecidiſſet à iure ſuo conductor, † Sed ueriorem ego
contrariam ſententiam proculdubio crediderim, uti enim poteſt
dominus, ad quem res ob non ſolutas penſiones redijt, inuito &
ignorante emphyteuta, uel eius reluctantibus, aut inſcijs ſucceſſori-
bus, cui uelit alij quandocunque in emphyteuſim locare [g], ita etiam
propter alienationem ignorante domino factam [h], licebit eidem do
mino inuitis quibuſcunque emphyteutæ agnatis in quempiam aliũ
iure emphyteutico rem illam transferre, quod Baldus non im-
probat, Alexander alioqui conſulendo, affirmat [i], & Iaſon præ-
11 dictos imitando, uerum eſſe teſtatur [k], Rurſus quæſitum eſt, † po
ſito quòd emphyteuſis eccleſiæ ad extraneos tranſiret hæredes, legi-
timati nunquid in ea ſuccedent? & certum eſt, ad legitimatos, qui hæ
12 redes etiam ſint, minime pertinere [l], † cæterum probabilius uide-
tur, non poſſe extraneos hæredes in eccleſiarum emphyteutica re
13 ullo pacto ſuccedere [m], † In feudo pariter non admitti legitimatos
communi iure exploratum eſt, ni & in legitimatione eam Prin-
14 ceps adiecerit clauſulam, † Non obſtante quòd genitor filium legi-
timum, ſeu filiam legitimam habeat, legitimati ſuccedant &c. tunc
perinde legitimati ſuccedant, ac ſi de legitimo concepti fuiſſent ma-
trimonio [n], quòd ius in emphyteuſi etiam nequaquàm diuerſum
15 putarim, † poteſt namque Princeps, & ſine cauſa tollere, quæ à
iure communi ſunt inducta, quando prædicta in reſcripto utitur
clauſula [o], nimirum legitimatus nec feudi, nec emphyteuſis inca-
pax erit [p], hocque uerum in eccleſiaſtica emphyteuſi dices, ubi à Pon-
tifice, qui iuri eccleſiarum ſolus derogat, legitimatio ipſa mana-
ret [q].

t In cõſi. lxxxv. li. I.
t In. l. ſi quis maior. nu. 12. C. de trans.
u In d. l. ſi quis maior. ibi. & rerũ proprietate & emolumento careat &c.
x Bar. in. l. locorũ. C. de omni. agri. de ſer. lib. xi.

a In. c. bonæ. il ij. colum. pe. de poſtul. prælat. facit. l. ſi præſes. C. de ſeruit. & aqua.
b In conſi. cxxxi. col. pe. uerſi. ij. nõ obſt.
c Bar. in. l. 1. in ſi. ff. de priui. cred. & in. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. et Dec. d. cõſi. cxxxi col. ij.
d Alex. conſi. x. col. ſi. lib. iij.
e Rom. in. l. prætor. ait. §. ſi. ff. de oper. nou. nunc. per. c. ſi. Titius. ſi de feud. fuer. contro. inter dom. & agnat.
f Alex. in. d. conſi. x. in ſi. lib. iij.
g Alex. conſi. ix. col. v. uer. & poſito &c. li. ij. Põta. conſi. ccxij. in. l. dub. Alex. cõſil. vi. col. ſi. li. iij.
h c. potuit. §. emphyteuta. de locat.
i In conſi. 44. circa princ. lib. iij.
k In. l. ij. nu. xxi. & xxij. C. de iur. emphy.
l Dec. late in conſil. clxxi. col. ij. uerſi. & ulterius &c.
m Glo. in. l. etiã. & ibi Bal. & alij. ff. ſolut. mat. Alex. cõſi. ix. col. iij. uerſi. & etiã lib. ij.

Emphyteuta

1 Emphyteuta ceſſante pro aliqua parte ſoluere canonem, tota res emphyteutica ad dominum redit.

2 Ceſſante uno ex hæredibus emphyteutę canonem dare, emphyteuſi tota priuantur omnes, & an de iure ciuili tantum.

3 Emphyteuta ſeu uaſallus diſtrahens partem emphyteuſis, uel feudi ignorante domino, diſtracta ſola pars ad dominum reuertitur.

4 Emphyteuſis partem alienare unus ex pluribus emphyteutis in alterum ſuum conphyteutam, quando poſſit.

5 Vno ex pluribus emphyteutis portionem ſuam in quenquam diſtrahente, nō priuantur emphyteuſi omnes.

6 Emphyteuſim eccleſiæ, uel priuati emphyteuta rectè donat, ſi modo eccleſiæ ius in donatione conſeruetur, aliaque demum nonnulla fiant.

7 Emphyteuta, uel conductor ſimplex per peram agens in re conducta, priuari eadem tota penitus debet.

8 Deterioratione facta in aliqua parte rei emphyteuticæ per alterum ex cohęredibus omnes emphyteuſi tota priuantur hæredes.

9 Deteriorans emphyteuſim magis peccat, quàm qui alienat, et inibi de ratione.

10 Emphyteuta uolens pro pluribus annis ſemel ſoluere penſionem, audiendus nō eſt, ſi dominus nolit, & ibi quando emphyteutæ id concedatur.

11 Solutiones canonis annuatim factæ faciliorem dominij præſtant probationem.

12 Soluere canonem pro emphyteuta tertius quidam inuito domino non poteſt.

13 Solutionem canonis an debeat emphyteuta in domini hoſpicio facere, & limitationes quædam.

14 Fructus de re emphyteutica poſt caducitatem iectos reſtituere emphyteuta, ſicuti fructuarius poſt finitum uſumfructum domino debet.

n .c. naturales. cū glo. ſi. de feud. fuer. controuer. int. domi. & agnat.

o Imol. in. c. quæ in eccleſiarū. de conſti. Bar. in. l. ſi. poſt glo. .C. ſi. contr. ius. uel utili. pub. Alexan. late. in l. iij. §. ſi is pro quo. ff. ꝙ quiſque. iur.

p Anto. Roſel. in tractat. legitimat. in uer. nunc uideamus de cauſa formali.

q .c. tua. il. i. de deci.

Cap. VIII.

PEnſio pro re emphyteuſi debita, ſi pro parte uel biennio, aut triennio præſtari omittatur, an ad dominum emphyteutica res tota ſit reuerſura, uel ea pars potius ad dominum recedat, pro qua in exoluendis penſionibus biennali, ſeu triennali temporis curſu ceſſatum fuerit: huius planè articuli tractatus in duo rectius capita diuidetur, aut enim emphyteuta ipſe partem debitæ penſionis legitimo tempore ſoluere omiſit, aut ex pluribus emphyteutæ hæredibus
1 unus prędictam huiuſmodi tempore non dedit domino penſionē,† Anteriore caſu ambigere nulli quòd res tota in commiſſum incidit, ubi pro parte in ſolutione penſionis emphiteuta defecit, illa namque pœna obligationi dandi apposita inſolidum committitur, ſi obligationi in totum non ſatisfaciat debitor [r], & id maxime Speculator [s], Petrus Ancharaneus, Ioannes Imola [t], ac denique Iacobinus de ſan-
2 cto Georgio copioſius [u], affirmarunt,† Sequenti uero capite, altero hæredum non ſoluente, decidentà iuribus ſuis omnes [x], quod Accurſij etiam autoritate comprobatum quandoque uidi [a], tametſi Albericus inibi cōtrarium æquius, communequè magis eſſe exiſtimet, cuius opinionem in cauſarum deciſionibus refellendam penitus ipſe reor, quum plerique exuberantioris doctrinæ, & numero maiores in Accurſij ſententiam facile decurrerint, uti poſt Bartolum Alexander [b], Soccinus [c], dominus meus Andreas Alciatus [d], & plenius cæteris Iacobinus de ſaucto Georgio [e], æquali conſulto ſanxerunt, Enimuero ſupraſcriptam concluſionem de iure ciuili probabiliorem omnes addicunt, de iure autem canonico propter æquitatis rationē pro ea duntaxat parte emphyteuſim amitti, pro qua ſoluta penſio ab uno ex hæredibus nō fuit, Imola [f], Iacobinus [g], & Crotus [h], putaue-

r .l. in executione. §. pen. ff. de uerb. ob.

s In tit. locat. §. nunc aliqua. uerſi. xxix.

t In. c potuit de locat.

u In auth. qui rē. num. iij. C. de ſa. ſan. ec.

x .l. ij. §. ex his l. v. §. ſi ſortē. ff. de uerb. oblig.

a In. l. communi diuidundo. in prin. ff. communi. diuid.

b In l. iiij. §. cato. colum. iiij. uer. & prædicta faciunt. ff. de uerb. oblig.

c Ibidem col. xiij. uer. & ex præmiſſa &c.

d Ibidem nu. cvij.

e In d. auth. qui rem nu. lv.

f In. c. potuit. de locat.

g In. d. auth. qui rem nu. lvi. uerſi. Ioā. de Imola.

h In d. §. cato. nu. liij. uerſi. quartus caſus eſt &c.

i Per. c. ſuam. de pœnis.

re [i], at ijs contradicit Hoſtienſis [k] ſententia, uolentis de iure cano-
3 nico in caſu propoſito rem totam ad dominum redire. † Sed quid
iuris in emphyteuta diſtrahente portionem aliquam emphyteuticæ
rei ignorante & non requiſito domino ſancitum eſſe dicemus? non
porrò ad dominum, niſi emphyteuſis diſtractam partem, exemplo
uaſalli [l], reuerſuram opinarer, idque Cornei [m], autoritate confir-
mans, ſi quidem emphyteutæ plures fuerint, tunc aut ipſorum
alter uendidit portionem ſuam alteri emphyteutæ, aut in aliũ quem-
4 piam extraneum diſtraxit, † priore caſu ſi plures fuerint, qui rem ali-
quam emphyteutico iure ſibi conduxerint, non poterit quiſquàm
eorum alteri ſuo conphyteutæ ignorante domino, ſuam portionem
tradere [n], Sin autem plures ſint hæredes, qui in emphyteuſim hæ-
reditario iure ſucceſſerint, non prohibebitur alter præter domini uo-
luntatem cohæredi ſuo, quoniam iuri accreſcendi inter cohæredes
5 ipſos eſt locus [o], emphyteuſis diſtrahere portionem [p], † cæterum
in quemquam alium uolens uel hæredum uel aliorum emphyteu-
tarum alter emphyteuticæ rei partem transferre, debebit id prius do
mino renuntiare, alioqui ignorante domino ubi partem aliquam di
ſtraxerit, diſtractam ſolum dominus partem uendicabit, ſic enim
receptius eſſe creditum eſt, ob unius factam alienationem iuribus
6 non omnes priuari ſuis [q], † Aliud ſanè erit, ubi uel priuatam uel ec-
cleſiaſticam quoquè emphyteuſim alicui emphyteuta donaret, in-
ſcio domino non iniuſtè donationem perficeret, dummodo eccle-
ſiæ ius in donatione conſeruetur, ac eidem poſtea inſinuetur fa-
cta donatio, laudemiumquè offeratur, & donatarius nulla inter-
cedente mora petat inueſtituram ſibi concedi [r], Cum uero emphy-
teuta aliquis in una ex pluribus emphyteuticis rebus perperam uer-
ſatus fuerit, aut cohèredum alter portionem emphyteuſis ſuam de-
teriorauerit, emphyteuſim totam, an partem ſolum diminutam
7 reſtitui domino oporteat, plus ſatis hæſitatur, † & ſanè imprimis
ignorat nemo, quòd ſi in re locata, uel in re emphyteutica condu-
ctor malè ſit uerſatus, & conductionis titulo, & emphyteuſis iure
8 ſuo priuari eum debere [ſ], † id ipſumquè ius plurimorũ opinionibus
conſtitutum fuiſſe cernimus, quando in parte una ob emphyteu-
tæ cohæredis culpam deterioratio contingit, res emphyteutica om-
nis, & ſi plures in uno contractu res pro unica tamen penſione con-
ductæ forent, ad dominũ retrocedet, uti Oldrado, Richardo Ma-
lumbræ, & Baldo [t] complacuit, quod Albericus æque admonet [u],
9 Barbatia conſulendo latè defendit [x], & ego illa ratione ſequor, †
quia is, qui emphyteuſim in parte aliqua deteriorauit, contra natu-
ram ipſius contractus innititur, illud nanque emphyteuſis propri-
um eſt, ut melioretur, non quidem deterior fiat [a], igitur peccat
iſte magis, quàm ille, qui partem aliquam ſimpliciter alienat, quan-
doquidem alienatio ſimplex non ſic contra emphyteuſis naturam
inſtituta ſit [b], nimirum Alciati argumentatio [c], ex ijs haud difficul-
ter ſub-

k In ſumma titu. de locat. in. §. fi. uerſi. quid ſi ex pluribus &c.
l . c. unico. de uaſal. qui contr. conſtitut. locar.
m Conſi. lxvij. col. fi. & in ſubſcriptione. lib. ij.
n Bal. in. l. dudũ. C. de contrahen. empti. Guiel. de cun. in l. cum ij. ff. de tranſa.
o Bar. in. l. ſi mihi & Titio. ff. de uerbo. obliga.
p Alex. in. l. ſi domus §. fi. ff. de leg. i. Iacobinus de ſancto Georgio in auth. qui rem. nu. cxxij. . C. de ſa. ſan. eccle.
q Soc. in d. l. iiij. §. caſto. col. xiiij. uerſi. & præmiſſa, Alciat. nu. icv. ff. de uerb. oblig. Curti. conſi. lxx. col. fi.
r Saly. &. late Iaſ. in . l. iij. nu. lxx. C. de iur. emphy.
ſ . l. ædem. in fi. C. locati. auth. qui rem. . C. de ſa. ſan. eccle.
t In. l. cum eiuſdẽ. ff. de edil edict.
u In. d. l. Aedem.
x In cõſi. xxxvi. col. vi. uerſi. ſed circa &c. lib. ij.
a . l. ij. & . l. fin. C. de iur. emphy
b Corn. d. cõſi. lxvij. in ſubſcriptione eiuſdem. lib. ij.
c In. d. §. cato. nu. ic. vij. uerſi. quid uero. &c.

ter ſubduci poterit, exiſtimantis non ſecus de abutente pro parte,
quàm de alienãte cenſeri oportere, quotidiana interim obijcitur quę-
10 ſtio,† Finge emphyteutã pro pluribus annis uelle ſemel ſoluere pen
ſionem, nunquid cogetur dominus ſic illas recipere, & minime ad-
11 ſtringi poſſe receptum eſt,† pręſtat enim domino, ac in re ipſius eſt,
ex ſingulis annorum ſolutionibus probationem dominij longè fa-
ciliorem depręhendi [d], quod & Baldus poſt Guilielmum de cuneo
imitatur [e], Ioannes de Imola, Cardinalis Florentinus, & Petrus An
charaneus uolunt [f], & ratio quoquè huiuſmodi ſuadet, quemadmo
dum non compellitur emphyteuta ante præſtitutum tempus ſolue-
re penſionem [g], ita quoquè eadem rationis paritate non debebit ur-
geri dominus contra ipſius cõmodum plures ſemel recipere ſolutio-
nes [h], Hanc tamen concluſionẽ ex Bartoli ſententia [i] rectè limitabis,
quando tunc offert ſe paratum emphyteuta, illũ per publica documẽ
ta in dominũ directum agnoſcere, dominij namq; directi recognitio
12 ne oblata, emphyteutæ uotum deſpiciendum minime foret,† Simi-
li modo neque alius pro emphyteuta uolens de penſiõe domino ſa-
tisfacere admitti poterit, intereſt quippè domini, ius propriũ ab em-
phyteuta ipſo obſeruatum, recognitumquè iri, merito nolenti domi
no tertius pro emphyteuta ſatisfacere nequit [k], ſecus quando hæc re
cognitionis dominij nõ ſubeſſet exceptio, oblata tunc à quouis ho-
13 mine debiti ſatisfactio non iuſtè refelleretur [l], † Et canonis ſolutio-
nem, ſi modo emphyteuta & dominus eiuſdem ſint loci, in domini
hoſpitio ab emphyteuta faciendam dices, at cum diuerſi uterquè
fori eſſet, ſufficeret emphyteutæ nouiſſima die ſolutionis faciendæ
in proprij domicilij loco, adductis teſtibus, proteſtari, ſe para-
tum ſoluere penſionem, ſi adeſſet dominus, uel pro eo quiquè
alius receptioni eiuſdem præpoſitus [m], quod maximè uerũ eſt, u-
bi non modica pro emphyteuſi penditur penſio, alioqui minimum
canonem deberet emphyteuta quantumcunquè longius ad do-
mini habitationis locum mittere [n], ne pro uno, ut ita dixerim, de-
nario, magnam pecuniæ dominus impenderet quantitatem [o], Re-
liquum eſt, de illo emphyteuta qui ob non præſtitam penſionem à
iure ſuo cecidit, & purgandi moram non ſit locus, pauca ſcribere,
14 † is planè exemplo uſufructuarij, qui poſt utendi, fruendiue tem-
pus exactum in fundo nihilominus permanens fructus decerpſit, &
perceptos reddere domino debet [p], ſi poſt caducitatem aliquos fru-
ctus de re emphyteutica legit, habitos eoſdem omnes domino fun-
di reſtituet [q].

d .l. eum qui. ubi Bar. poſt Dyn. ff. de an nu. leg.
e In. l. plures. apochis in fi. C. de fid. inſtru. in. l. ij. ad fi. C. de iu. emphy.
f In. c. potuit. de locat.
g .l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. ff. de uerb. oblig.
h .l. fi. §. quoniã. C. de fruct. & lit. expẽ.
i In. d. l. eum qui.
k Bal. in. l. acceptam col. fi. C. de uſur.
l .l. ſi. pro me. l. ſolue re pro ignorãte. ff. de ſolutio.
m Bar. in. l. itẽ illa. ff. de conſti. pecu. Bal. in. l. fi. C. de cond. inſert.
n Bal. in. d. l. acceptã. in. xij. q.
o .l. mediterraneę. C. de anno. & tribut. lib. x.
p .l. ſi pater. C. de uſufr.
q Specular. in tit. de locat. §. nũc aliqua. uerſi. decimo &c. Soc. conſil. clxvij. col. iiij. uerſi. poſtremo. &c.

1 Vſura precij, quæ in locum intereſſe ſuccedit, propter fructus rei uenditæ ab emptore perceptos, & ciuili, & canonico iure eſt permiſſa.
2 Allegatio uenditoris aſſeuerantis ſibi per emptorem intereſſe deberi.
3 Mora uenditoris, in cauendo de euictione, non excuſat emptorem á præſtatione intereſſe.
4 Allegatio emptoris, quare non teneatur uenditori

uenditori

uenditori intereſſe aliquod dare.

5 Dilatio ſolutionis precij in diem certam collatæ excuſat emptorem à præſtando intereſſe uſquè ad illam diem.

6 Intereſſe precij non ſoluti ex ſola iuris æquitate debetur, & officio iudicis tantũ per uenditorem poſtulatur.

7 Iudicem bonum quid agere deceat circa intereſſe precij non ſoluti uenditori præſtandum.

8 Emptor intereſſe præſtat, ſi rem uenditam accepit, ex illaque fructus collegit, aut colligendi poteſtatem habuit.

9 Emptor nihilominus intereſſe debet, licet fructus non perceperit, quia rem emit ſterilem.

10 Lucrari ſatis dicitur, qui ſuam explet uoluntatem.

11 Intereſſe non præſtat emptor, ſi euictio immineat.

12 Emptor ſi depoſuerit legitime precium, intereſſe nullum dabit.

13 Emptor, quando fuit expreſſè conuentum, ut fideiuſſore dato, ſoluatur preciũ, an, & quibus caſibus ab intereſſe præſtã do ſit liberatus, & quid tunc prudens iudex perquirere, ſtatuereque debeat.

14 Intereſſe uenditor ſub uſurarum nomine poſtulare nequit, ſed duntaxat ſub nomine intereſſe.

15 Alimenta debita nequeunt ſub uſurarũ nomine peti.

16 Intereſſe pro re uendita non uniforme præſtatur, ſed ubertatis fructuum ratio imprimis habenda eſt.

17 Venditor quomodo intereſſe ſuum ab emptore petere debeat.

Caput IX.

PErpulchra & quotidiana iamdiu emptoris & uendi-
toris repetita eſt altercatio, proprium ſi uenditor e-
menti tradiderit fundum, an propter lectos fructus
uenditori uſuram de reſiduo non ſoluti precij debeat
1 emptor? † eſt quidem ciuili & canonico iure permiſ-
ſa uſura hæc, quæ in locum intereſſe ad fructuum uſquè concurren-
tem quantitatem ſuccedit [r], uti Alexander [ſ], Paulus Caſtrenſis [t],
Philippus Decius [u], & Hoſtienſis [x] communi calculo poſt Azo-
2 nem conſuluerunt, † Et clamitat uenditor, quòd in re tradita, & per-
ceptis ab emptore fructibus, in mora ſine alia interpellatione conſti-
tutum emptorem ipſo iure uideri, eundemquè uſuram huiuſmodi
ſecundum feracis agri ubertatem præſtaturum Bartolus [a], Aretinus
[b], & Alexander [c] exiſtimarunt, quinimo cenſuit Baldus [d], quòd & ſi
fideiuſſorem pro euictione, uti ſpoponderat, nõ obtulerit uenditor,
uſuram nihilominus ab emptore eſſe præſtandã, quæ ex quadam æ-
quitate magis, & ob perfidiam emptoris quàm ratione more alteru-
trius eorum uenditori conceditur, idquè Baldi ſapiens dictũ ſequun-
tur Io. de Anania [e], Alexander Imolẽſis [f], Socinus [g] ſenenſis, & De-
cius [h], nulla porrò eſt cauſa potens, ut hæc pendatur uſura, niſi æqui-
3 tas, & fructuum ipſa perceptio, † Mora enim uel ſi in uenditore fue-
rit, quoniam fideiuſſorem non dedit, emptorem à ſoluendo intereſ-
ſe nihilomagis liberat [i], & Baueria alioqui de finibus moræ diſſerẽs
[k], ſic inquit, ſatis eſſe, rem ita fuiſſe traditam, ut illa uti & frui emptor
poſſit, licet conuentionem non impleuerit ad amuſſim pro parte ſua
4 uenditor, qui euictionis fideiuſſorem promiſſum non dedit, † Cæ-
terum allegabat ex altera emptor, nullo pacto, ad ſolutionẽ iſtius in-
tereſſe, anteaquàm fideiuſſorẽ euictiõis accepiſſet, cogi debere, atquè
ſibi hanc in primis Baldi [l] cõſilio fretus ſuadebat opinionem, res uẽ-
dita ſi tradatur, et priuſquàm numeretur preciũ immineat euictio, ro-
gatuſquè emptor precium, donec ſibi caueatur, dare recuſet, nõ tene-
bitur

r Glo. in. l. ij. C. de uſur. & in. l. curabit. C. de act. empt.
ſ Conſi. lxvij. lib. i. cõſ. cxxi. col. ij. lib. v. & ccxviij. lib. ij.
t In. l. Iulianus. §. ex uendito. ff. de act. empti.
u Conſi. clxxxiij.
x ſumma de uſur. §. an aliquo. uerſi. vij.
a In. l. curabit. C. de act. empt. in. l. de diuiſione. ff. ſol. mat. in. l. unũ. ff. ſi cert. pet.
b In conſi. cl. col. antepenul.
c In. d. conſi. lxvij.
d In. l. ij. C. de uſur.
e In. c. conqueſtus co. ij. de uſur.
f In conſi. cxlvij. col. ij. lib. v.
g In conſi. cix. col. penul.
h In conſi. cix. col. iij.
i Alex. cõſi. xxxi. in fi. lib. vi. Corn cõſi. lix. col. ij. lib. iij.
k In tracta. de mora in. ij. parte col. iij. uerſi. iij. principaliter &c.
l In l. i. col. ij. uerbo modo quæro &c. C. de bon. mater.

bitur idem emptor, qui fructus decerpſit, aliquod ob eam fructuum
cauſam uenditori intereſſe præbere, culpa namque uenditoris eſt a-
ſcribenda moræ ipſius, cur euictionis periculo per fideiuſſorem mi-
5 nimè occurrit, † Adeſt præterea illud Gloſatoris [m], & Caſtrenſis [n]
dictum, certa quadam inter emptorem & uenditorem numerationi
faciendæ præſtituta die, intereſſe reſpectu fructuum perceptorum
intra conſtitutam diem nullum poſtulare uenditor quibit, quamuis
elapſo termino non prohibeatur, quorum ſententias non Alexan-
der [o] modò, uerum Socinus [p] quoquè, & Decius [q] ſunt imitati, u-
bi itaq; non fuit expreſſim dilatio ſolutioni adiecta, tacitè uerunta-
men, ac latenter, ſi de fideiuſſore dando cõuentum fuit, ineſſe ipſa in-
telligetur, ut ſcilicet emptor non prius exoluere precium adſtringi ua-
leat, quàm fideiuſſorem idoneum obtulerit uenditor, quũ ſit expreſ-
ſi & taciti eadem iuris cenſura [r], merito quoad fideiuſſor dabitur,
non pendet intereſſe emptor. At in re præſenti quid nobis in animo
6 ſedeat ſubticendum non eſt, † Intereſſe iſtud, de quo quæritur, neq;
ſtricto iure, neq; ulla actione uenditorem ſibi petere, ſciendum eſt, id
enim ſola iuris æquitate deberi, iudiciſq; tantum officio poſtulari de-
cet [ſ], Actionis quippè ius cum deſit, æquum tamen ſit, quid præſta-
ri, officio iudicis illud rectè exigitur, quod alias ego oportunè docui
7 [t], † Quare id totum intereſſe ius dicentis arbitrio cõmiſſum debebit
prudens iudex ſecundum uarios caſus, hominum qualitates, & tem-
porum conditiones, legis potiſſimùm antecedente æquitate, diligẽ-
ter penſare, quæ uero bonũ æquumue iudicem hac in re ſtatuere o-
8 porteat, ex ueterũ conſultis nõ difficulter agnoſcemus, † Primum ſi
duo illa coniunctim interceſſerint, uenditæ rei traditio abſquè precij
ſolutione, & fructuũ perceptio, tenebitur utiq; emptor intereſſe hu-
iuſmodi dare [u], idem erit, quando emptor non collegit fructus, colli-
gendi tamen facultatẽ habuit, hoc enim ſolum inſpicimus, iurecon-
ſultus ait [x], an facultatem fructus percipiendi habuerit, aut ſi fortui-
to aliquo caſu poſt traditionem rei impeditus, ueluti fluminis inun-
datiõe, cœli tempeſtate, uel chaſmatis perditione nõ legiſſet fructus,
emptor intereſſe nihilominus ſupraſcriptum uenditori pendet, nam
quia ſunt poſt perfectam uenditionem fructus emptoris [a], omneq;
cõmodum & uenditæ rei incommodum emptorem duntaxat reſpi-
9 cit [b], ad eundem merito, ſoluere intereſſe, pertinebit, † idemquè iuris
proculdubio fore dices, cum ab initio rem emptor ſciens ſterilem e-
mit, quieſcit tunc colligendorum fructuũ ratio, & alterius cõmodi-
tatis, præter fructus, alia inſurgit, quæ ſatis poteſt emptori ſufficere,
10 ut re illa tradita frui dicatur, † quoniam eum lucrifacere lex ideo cre-
didit, quòd ſuæ uoluntati ſatisfecit [c], nimirum Baldus [d], quem Cor-
neus [e], & plerique ſectantur, emptorem daturum in propoſito eti-
am caſu intereſſe cenſuit, ac tum probè congruit Vlpiani reſpon-
ſum [f], ut re tradita emptor, tametſi ſterili, fruatur tamen, & hiſce,
ut dixi, caſibus non excuſabit ſe à præſtando intereſſe emptor,
quia

m In c. conqueſtus. de uſur.
n In d. §. ex uendito.
o In conſ. cxxi. li. v.
p In conſil. clxxix. col. i.
q In conſi. clx. col. iij. & iiij.
r .l. cũ quid. ff. ſi cer. peta.
ſ .l. Iulianus. §. ex uẽdito. ff. de act. emp. l. ij. C. de uſur. l. fructus. C. de act. emp.
t In Rub. C. de edẽ. nu. xxi.
u .l. curabit. C. de act. empt. Bald. in. l. in minorũ. C. in quib. cau. reſtit. in integ. Aret. d. cõſi. cl. col. vij.
x .d. §. ex uendito. & Bal. in. d. l. ij. uerſi. quæro quid ſi res eſt ſterilis &c. C. de uſur. Anchar. in. c. peccati. col. vi. de reg. iur. lib. vi. Soci. cõſ. clxxiiij. col. iiij.
a .l. fructus. C. de actio. emptio.
b .l. i. C. de peric. & com. rei uend.
c .l. pen. ff. de cond. ob cau.
d In. d. l. ij. uerſi. quæro quid ſi res eſt ſterilis &c.
e In conſi. lix. col. penul. li. iij.
f In. d. §. ex uendito.

quia fideiuſſorem euictionis, aut inueſtituram, ſic eam uulgo docto-
res appellant, non obtulerit uenditor, nam adducta iuriſconſulti [g], &
Cæſaris [h] ratio tunc quoquè uiget, & paulò ante uenditoris allega-
11 tæ cauſæ demonſtrant, † Nonnunquàm tamen ſe ipſum haud im-
probè contra uenditorem defendet emptor, uelut ſi euictio immine-
at priuſquàm & precium ipſe numerauerit, & fideiuſſorem uenditor
dederit, plurimum emptoris intereſſe poteſt, rem non euinci, itaquè
putauit eo caſu Baldus [i], emptorem fructuum nomine præſtare uē-
ditori nihil debere, Simili modo uenditorem nihil accepturum pro
intereſſe dices, ubi dilatio temporis certa nominatim ſolutioni adie-
cta fuit, in lucro uenditor id ſibi referat, quòd ſic ſponte ſua cum em-
ptore conueniens ſolutionem precij diſtulerit, uotumquè impleue-
rit ſuum [k], & nuper antea emptoris adductæ rationes doctorum
12 autoritatibus comprobatæ manifeſtius indicant, † aut ſi emptor,
cui nullus ſit enumerandi precij terminus conſtitutus, preciū legiti-
mè depoſuiſſet, intereſſe itidem nullum daret [l], obliteratur tunc ra-
tione depoſiti lex prohibens [m], re empta & precio ſimul emptorem
13 frui, † deficereq; pariter eam æquitatis legem reor, cum fuerit expreſ-
ſè conuentum, ut fideiuſſore dato, ſeu inueſtitura oblata, ſoluat uen-
ditori precium, eo ſanè caſu emptor, ne in promiſſas incidat pœnas,
uerisſimile eſt, quòd pecuniam ſolutioni futuræ deſtinatam in arca
paratam detineat, perindequè cenſendum putarim, ac ſi in diem cer-
tam fuiſſet precij dilata ſolutio, ob idq; onere dandi intereſſe libera-
ri emptorem dicam, Cæterum in propoſito, mea namquè ſententia
eſt, ſapiens iudex curioſè perquiret, nunquid loci incelebritas, uel
praua temporum qualitas, aut uenditoris miſeranda paupertas non
ſinant, inueſtituram ſiue fideiuſſorem inueniri, & uafer emptor id
cognoſcens, uel in proprios uſus pecuniam uertat, uel mercari ſoleat,
& nullum, quo ad fideiuſſor inueniatur, ſeſe daturum intereſſe con-
tendat, ſicuti præteritis ſuperioribus annis puellulus ego ſæpe ali-
quos ex noſtratibus impijſſimos magnates uiros calamitoſo penu-
riæ tempore contra inopes & ſuarum fortunarum uenditores ru-
ſticos inclementer obijcere audiui, excandeſcere in crudeles huiuſmo-
di & ſeueros homines iudicem oportet, hominumque fallacijs oc-
currere, ſummæ æquitatis eſſe iudicabitur, & emptorē in caſibus his,
atq; ſimilibus officio ſuo compellere, ut uenditori miſero ad ratiōem
percepti redditus intereſſe exhibeat, quod æque Socinus [n] Abba-
14 tem dum retulit apertè ſenſiſſe uiſus eſt, † Quæret aliquis, an ſub no-
mine affictus, aut uſurarum poſſit uenditor, quando ſibi debetur,
intereſſe iſtud poſtulare, & Albetici [o], Sociniquè [p] demum recepiſ-
ſima fuit opinio, non eſſe liberum uenditori, niſi ſub nomine ſui in-
15 tereſſe, illud petere, ſicut in ſimili cernere eſt, † quotiens pro alimen-
tis quicquam promittitur, non licebit illud per uſuræ nomen credi-
tori poſtulare [q], uſurarum planè nomen, quas orthodoxa religio
noſtra acriter deteſtatur, intereſſe debitum continere nequiſſimum,
foret,

g In.d.§. ex uendito.
h In.d.l.curabit.C.de act.empt.
i In.d.l.i.col.ij.uerſ. modo quæro.C.de bonis.mat.
k .d.l.pen.
l .l.acceptam.& glo. ij.in.l.ij.C.de uſu.
m .d.§.ex uendito. & .d.l.curabit.
n In.conſ.clxxvi.col. ſſ.
o In.l.i.col.pen.C.de ſum.trini.
p In conſ.clxxix.col. ij.uerſi. confirma-tur &c.
q Do.t. omnes. in c. ſalubriter. de uſur. Imol. & Moder. in .l.inſulam.§.uſuras .ff.ſol.matr.

16 foret,† Neque ſingulis annis uniforme erit hoc intereſſe,quod lex ad frugum ubertatem duntaxat referri iuſſit,ſed pro fructuum co-
17 pia erit præſtandum [r], † Vnde uenditor non poſtulabit initio intereſſe ſuum ad certam uſque ſummã ſibi deberi [f], uerum in proceſſu cauſæ id liquidari, & probationibus ad certitudinem reduci oportebit [t].

r Caſtr.in.d.§. ex.ue dito.Imol.in.d.§. uſuras. Alex. conſi. lxvij.in fi. li.i.& Socin.d.conſi.clxxix. col.ij.

f Bal.in.l. rogaſti.§. ſi tibi.ff.ſi cer.pet. Alexã.conſil.xxvij col.fi.lib.iiij.

t Deci.cõſi.cxix.col. iiij.& conſi. xxxix. col.ij.Laur. de Rodulp.in tract. uſur. q.iiij. Alexã. conſi. cccxx. col.iij.lib.ij.

1 Preces ſtrictiores indulto non pro cauſa finali,ſed pro impulſiua tantum accipiuntur.
2 Impulſiua ratio neque ampliat, neq; diſpoſitionem reſtringit.
3 Finalis ratio eſt illa, quæ in præfatione poſita eſt,præſertim ſi diſpoſitioni factæ congruat.
4 Ratio expreſſa in principio diſpoſitionis declarat eam,diciturq; anima & mẽs eiuſdem,& nu.xxi.
5 Verba quantumuis generalia ad perſonas tantũ de iure habiles produci queũt.
6 Exceptionis uirtus.
7 Comitatiuus hic ſolus eſt,qui origine ſit de comitatu.
8 Verbum, quod poſſit dupliciter exponi,declaratur prout frequentius inibi ſolet intelligi.
9 Verba ſtatuentium interpretantur ex uſu alterius ſtatuti de materia loquẽtis.
10 Principis mens talis creditur, qualis eſt ſcriptura eiuſdem,& naturalis ratio.
11 Naturæ ratio in omnibus æqualitatem ſeruat.
12 Res de facili redit ad primæuum ſui ſtatum.
13 Extenſio in correctorijs ex maioritate rationis quando fiat.
14 Faber fabro de iure communi obedientiam non debet.
15 Statutum ſic debet interpretari, ut legi præcedenti quid uel addat, uel detrahat.
16 Vero, dicto aduerſatur præcedentibus in iure et in facto.
17 Princeps fruſtratorios actus ſuos non facit.
18 Clauſula,omni meliori modo &c.quantæ ſit potentiæ.
19 Verbum in plena ſingificatione, non uero ſemiplena ſumitur,quando adeſt clauſula,omni meliori modo etc.
20 Reipublicæ intereſt,incolas habere diuites,et exactionibus non oppreſſos.
21 Extenſio diſpoſitionis ſit incorrectorijs, et exorbitantibus propter deſcriptam in præfatione eiuſdem diſpoſitionis rationem.
22 Incolæ ciuitatis ſunt fauorabiliores his, qui degũt in comitatu.

Caput X.

ARduæ altercationis diebus his mihi propoſita quęſtio ad benè rectequè ſtatuta, & principum indulta interpretandi normam me me in præſentiarum appulit,†
1 quotiens itaq; oblatæ preces ſunt ſtrictiores indulto, ſeu diſpoſitione ſtatuti, totiens illas pro cauſa finali eiuſdem non accipi, ſed impulſiuæ tantum rationi deſeruire credendũ
2 eſt [u], † quæ impulſiua ratio nequè amplificat, nequè diſpoſitionẽ
3 quouis pacto reſtringit [x], † finalem uero cauſam Bartolus, Baldus, Imola,& omnes illam eſſe intelligũt [a], quæ in præfatione diſpoſitionis exarata legitur,maxime ſi diſpoſitioni factæ congruat, ad il-
4 lamque ſit generalis [b], † diſpoſitio namque ſtatuti per rationem primordio expreſſam commodius declaratur, quum ſit ratio ſcripta mens & anima legis [c], quod eò pertinet, ut preces ſocietatis fabrorum Principi oblatæ non fuerint cauſa finalis illius indulti, ſed pro impulſiua duntaxat cauſa haberi illas oporteat, quibus longe amplior latiorque Principis diſpoſitio fuit, id enim obſeruari iuſſit

u .l.i.§. ſexum. ff.de poſtul.Bal.in. l.generaliter.C. de epiſco.et cler.Iaſ. in.§. ſed hactenus. inſt. de milit.teſt.Cor. conſi.ccliij.col.iij. lib.iiij.

x Cor.cõſi. lxxxviij. col iij.lib.i.

a In.l.ſi.ff. de hæred. inſt.l. Titia.§. idem reſpondit.ff. de uerb. oblig.Corn.cõſi.ic. vi.in prin.lib.iij.

b Corn.d.conſ. ccliij. col.iij. lib.iiij.

c .l.ſcire oportet.§.et ſi maxime.ff.de excuſat.tut.Corn.conſil ic.col.ij.lib.iij. & in conſi. lxxvij. lib.i.

cuius oblata fabrorum petitio nequaquàm meminit, nam & fabro-
rum comitatiuorum, externorum, ſeu forenſium obedientiam (ut
eiuſdem reſcripti uerbis loquar) pro dimidiata parte minui uoluit
Princeps, tametſi fabri ciues huiuſce diminutionis externorum
cum nihil petierint, tum eam fuiſſe conceſſam grauiter tulerint,
quamobrem reſcripti uerba, ibi declaramus quòd exercentes fabra-
riæ artem ſi non fuerint deſcripti in ſocietate ueſtra, ſoluere debe-
ant obedientiam eo modo, quo diſponunt ſocietatis ueſtræ ſtatu-
ta &c. de his tantum fabris, qui ſocietatis eorundem ſunt capaces,
dicta merito putarim, ad forenſes autem fabros, qui ſunt prorſus
5 ſocietatis inhabiles, referenda minimè duxerim, † Statuti quippè
uerba, quamuis generalia ſint, ad perſonas tamen de iure habiles ſo-
lum produci queunt [d], ſicquè dici ſolet, ſtatutum iubens de omni-
bus cauſis compromiſſum fieri, in his tantummodo cauſis, quæ
coràm arbitro examinari poſſunt, locum habere, ut ex Bartoli [e],
noſtri, atque Lanfranci [f], opinione depręhendimus, quem & ego
ipſe nonnunquàm ſum imitatus [g], hocquè idem uerum eſſe exceptio
illa indulti, ſi non fuerint deſcripti in ſocietate ueſtra &c. plus ſa-
6 tis argumento erit, † exceptio enim cum à regula deſcendit, cum
regulam, qualis cuiuſuè modi ſit, merito declarat, & uerba præ-
cedentia, quæ generalia ſunt, limitat, reducituè ad id, quod in re-
gula tantum continetur, ut eiuſdem ſpeciei antecedentia generalia
uerba eſſe intelligantur, cuius eſt ipſa exceptio [h], cæterum exceptio
in illis indulti uerbis, hos duntaxat fabros compręhendit, qui ſocie-
tatis non ſunt incapaces, iccirco de illis ſolum in ea clauſula ſenſiſſe
Principem autumo, illaquè indulti pars libello ſupplici conformis
reddita fuit, In indulto ſubijciuntur demũ huiuſmodi alia, declaran-
tes ac ſtatuentes, quòd comitatiui, & externi, ſeu forenſes ſoluere
debeant dimidium obedientiæ ſolitæ, in ceteris uero ſtatuta ueſtra
in ſuo robore illeſá permaneant &c. ecce primum de comitatiuis,
hoceſt, de his, qui ſunt originarij ex Bononienſi comitatu Princeps
7 ſanxit, † Nomen id namquè comitatiuus in eo, qui origine ſit de co-
mitatu, non niſi locum uendicat [i], poſtea de externis Princeps idem
ſtatuit, at quia nomen iſtud, externis, non conſueuerat in fabrorum
ſtatutis exſcribi, ſtatim per dictionem alternatiuam, ſeu, fecit tran-
ſitum ad uerbum uſitatius, in talibuſquè ſtatutis multò frequentius
dicens, ſeu forenſes ſoluere debeant &c. hoc enim uerbum, foren-
ſes, in ſtatutis fabrorum exarari aſſolet, & eius appellatione tam fo-
renſes incolas urbis, quàm comitatus contineri, uetuſtiora fabro-
rum ſtatuta ſignificant, proinde in reſcripto non de forenſibus tan-
tum, qui comitatum habitant, ſed de forenſibus etiam, qui ciuita-
8 tem incolunt, conſtitutum ſimul fuiſſe opinor, † Verbum, quod ali-
cubi poteſt dupliciter in ſuo ſignificatu ſumi, id declarari, prout
frequentius in ibi capitur, neceſſe eſt, ſic annotat Aretinus in primis,
9 & in contractuum materia ſequenti loco Socinus [k], † Romanuſquè
addit

d Per. not. in l. i. C. de ſac. ſan. eccle. in. l. i. §. nunciatio. ff. de no. ope. nunc.
e In. l. prætor. ff. de. tut. & curat. dat. ab his.
f In tract. de arbitr. i. vij. parte. q. xlviij.
g In Reſpõ. xxij. lib. reſponſorum. i.
h . l. nam quod liquid. de. §. item ſi quis. in princ. ff. de pen. leg. Alex i. l. ſemũ col. . ij. uerſi. nam exceptio &c. C. qui teſta. facere poſſ. Deci. in. l. i. nu. xxvi. ff de reg. iur.
i Bar. in l. i. col. ij. ff. ad municip.
k In. l. certi cõditio. §. depoſui. ff. ſi certi peta.

addit [l], ſtatuentium uerba ex uſu alterius ſtatuti de materia loquen-
10 tis interpretari oportere, † præterea mens Principis talis eſſe credi-
tur, qualis eſt ſcriptura, & naturæ ratio [m], quare uel ſi in propoſito ca
ſu inſpexerimus indulti uerba, uel ſi naturalem intuebimur rationē,
omni nempè caſu intentio Principis in fauorem forenſium cōcedet,
uerbum namquè, forenſes, in indulto aſcriptum, quoniam ex inuete
rato & communi ſtatutorum ſocietatis uſu forenſes habitantes ne
dum in comitatu, ſed etiam in ciuitate complectitur, manifeſtam
Principis mentem oſtendit, utentis uerbo, quod per ſui ſignificatum
forenſes omnes indifferenter arguere eſt ſolitum, de omnibus indi-
11 ſtinctè forenſibus eundem ſtatuere Principem uoluiſſe, † iſtud iden-
tidem naturalis ratio ſuadet, quæ in omnibus æqualitatem pręcipue
ſeruat [n], & ciuilis quoquè lex naturæ æquanimitatem reſpiciens id
12 ipſum nos monet [o], prædictis iunxerim, quod uulgo dicitur, † res
13 haud difficulter ad primæuum ipſius ſtatum redit [p], † unde in cor-
rectorijs licet ex maioritate rationis non fiat generaliter extenſio, eā
tamen prudentes admittunt, quando per illam extenſionem res ad
ius commune regreditur, quoniam ea ipſa res tum fauorabilis effici
tur [q], iccirco ſi expoſuerimus ſic reſcriptum, ut forenſes etiam habi-
tantes in ciuitate in eodem contineantur, res, ſeu onus obedientiæ fa
14 brorum ad ius commune, † quo nullam faber fabro pendebat obe-
15 dientiam [r], pro parte aliqua deducetur, † & ſuperueniens ſtatutum
ita fermè intelligi oportet, ut legi antiquæ pręcedenti aliquid uel ad-
dat, uel detrahat [ſ], quod utiquè Princeps in reſcripto feciſſe uiſus eſt,
16 cum dixerit, in cæteris uero ſtatuta ueſtra illæſa permaneant &c. † ob
illam ſanè dictionem aduerſatiuam, uerò, quæ præcedentibus in iure
& in facto aduerſatur [t], ſtatutum uetus in aliquo fuiſſe læſum, ac
immutatū à Principe cēſuerim, ſimili modo ea reſcripti uerba, quibus
mandauit poteſtati & officialibus communis Bon. ut tam in ciuitate
quā in comitatu illud reſcriptū, & omnia in eo cōtenta inuiolabiliter
obſeruent &c. argumento ſunt, quòd obedientiā forenſium degen-
tium in ciuitate diminuerit Princeps, alioqui fruſtra mandaſſet Prę
17 tori, † qui ius in ciuitate reddit, exequutionem illius reſcripti in ciui-
tate faciendam, ni & incolentium urbem onus in parte aliqua remiſiſ
ſet, quod eſt minime uerum [u], nec minus interpretationem iſtā clau-
18 ſula reſcripti iuuat, † Omni meliori modo &c. cuius uim illam eſſe
quandoquè legi, ut ſententia lata ab eo, qui ſe tanquam arbitrum &
arbitratorem iudicare aſſeuerat, credatur lata magis ab eo, uelut ar-
bitratore, à cuius appellatur ſententia, quàm ab arbitro, cuius diffini
tioni omnino ſtandum ſit, niſi prædictam clauſulam in diffinitione
adiecerit idem cognitor cauſę, tunc non uti arbitratorem, ſed tanquā
19 arbitrum pronunciaſſe, Imola cenſuit [x], † Hinc cernere eſt, ubi in di-
ſpoſitione quapiam uerbum anceps inſcriptum fuerit, quod & ple-
nam & ſemiplenam habeat ſignificationem, ſi clauſula hæc, omni
meliori modo etc. iuncta foret, plenam, non uero ſemiplenam inter-

 pretatio-

l In conſi. 4. in prin.
m Deci. conſil. xxxiij. nu. v. & in conſil. lxiij. nu. vij.
n .l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. §. quod uero naturalis ratio inſt. de iure natur.
o .l. quæro. glo. & Alberi. ff. de iu. patro.
p c. ab exordio. xxxv diſtinct. l. ſi. unus. §. pactus. ff. de pact.
q .c. ſtatutum. uerſi. numerādum &c. de pręb. lib. vi. Alexā. in. l. ſi. conſtante. in prin. ff. ſolu. matri. Iaſ. poſt alios late in d §. pactus. nu. vi.
r Glo. in. d. l. quæro.
ſ Not. in l. ij. C. de noxal. Abb. in. c. cauſamquè de reſcrip. doct. in l. i. ff. ad treb.
t Bar. in. l. hoc amplius. §. de hijs. ff. de dam. infec. Doct. in .l. i. ff. de offi. eius.
u .l. hæc ſtipulatio. §. diuus. ff. ut le. nom. caue. l. quibis idem .ff. de uerb. obliga. Corn. cōſi. lxxxix. lib. iij.
x In l. nemo. poteſt. col. iij. uerſi. item ad de &c. ff. de leg. i.

pretationem uerbum haberet [a],itaquè uerbum,forenſes,in reſcripto
poſitum propter huiuſce clauſulæ autoritatem , non de his tantum
forenſibus fabris,qui in comitatu ruri degunt, ſed & de habitanti-
bus intra urbis noſtræ mœnia accipiendum ſimul reſponderim,at-
què illud interim non omittam,rationem finalem præſentis indulti
publicam eſſe utilitatem,quã in præfatione Princeps expreſſit, quæ
ratio eadem parilitate forenſibus in comitatu ſicut in ciuitate habi-
tantibus probè conuenit,quinimò fauet,militatquèmagis in degen
tibus in ciuitate,quàm in comitatu,intereſt enim reipublicæ, ciuita-
20 tem his,quibus maximè indiget,repleri hominibus [b],† incolaſq; di-
21 uites magis,quàm exactionibus oppreſſos habere expedit [c], † uerũ
ob rationem in præfatione deſcriptam diſpoſitionis ampliatio fit,
quę alias in exorbitantibus & correctorijs reſtringi ad caſum debu-
iſſet,qui ſub uerbis ex lata ſignificatione compręhẽdi poſſit [d], quan-
to igitur facilius hic eadem ratione extẽſio fiet:ut habitantes ciuita-
tem in reſcripto æquè compręhendantur, quum ſimus in fauorabi-
li caſu , qui extendi , exque ſui natura ampliari debet , quo magis
ad ius commune primæuum obedientia fabrorum redigi queat [e],
uel etiam ſi de materia minus fauorabili hic ageretur,uerbum nihilo
minus , forenſes , in reſcripto expreſſum de proprio ſui ſignificatu,
& commorantes in ciuitate , & habitantes in comitatu forenſes
22 continebit,† Indulti namquè ratio cum in omnibus , tum maximè
in incolis ciuitatis uiget [f], & in prædictis contraria tolli , & fo-
renſes fabros in urbe morantes dimidio obedientiæ exoneratos in-
telligi cenſeo.

[a] Corn.conſ.cvi.col.ij.lib.ij. Alex. cõſi. lxxx.col.ij.lib.v.

[b] l.i.ff.ſolut.mat.

[c] .§.conſideramus. in auth.ut iud. ſine quoquo ſuffr. Cor. conſi.lxxviij.col.ij. lib.i.

[d] Clem.i.ubi.glo. in uer. eligãtur &c. de elect. Corn. conſil. lxxxvi.col.ij.in ſubſcriptione eiuſdẽ lib.i.

[e] Corn.in conſi.icix. lib.i.

[f] Corn.in ſimili,in conſi.icvi. in prin. lib.iij.

Subſcripto Domini Mariani Socini Iunioris ciuilé ius in Bononienſi Gymnaſio profitentis.
ad ſupraſcriptũ Zoannetti Reſpõſum,

DIRIGAT DOMINVS VERBA
MEA IN VIAM VERITATIS ET IVSTITIAE.

CIrca præſentem conſulationem plurimũ anceps fui, tũ propter urgẽtes rationes,quę hinc inde allegantur, tũ etiã et pręſertim quòd à pręſtantiſſimis et doctiſſimis iureconſultis uarie ſuper ea extitit iudicatũ,ita quidẽ, ut pro qualibet parte duplex ſententia emanauerit, Solet enim dici eius ueritatem ignorari , quod uarie & multipliciter intelligitur,ut inquit Pau.de Caſtr.in cõſi.cicv.uiſis & conſideratis. ij.col.i.volu.in nouis,& fuit dictum Boetij,prout refert & ſequitur Bal.in.l.precibus.vij.col.C. de impuber.& ali. ſubſtit. & ita anceps exiſtens,modo in unã,modo in aliam ſententiã trahebar , & cum ab utraq; parte requirerer,decreuerã ipſis partibus ſuadere concordiam, prout nõ ſemel tẽtaui,uerũ cũ id facere nequiuerim, ſed inſtãter hinc inde peteretur reſpõſum meũ,ultra ſolitum altiſſimũ Deum humili

corde

corde precatus ſum, ut ueritatem in ore meo poneret, quam puto ut infra concludam ſub correctione tamen cuiuſque melius ſentientis, & licet opinionem, quam infra ponam in tanta dubietate uti equiorem elegerim, tamen multum laudarem ut qui iudicaturi ſunt omni conatu partes concordarent, quod ſi fieri non poterit ut infra iudicandum cenſeo, & quoniam cauſa iſta pendet coram doctiſſimis uiris, breuius quàm potero, rem ipſam abſoluam.

Pro parte enim forenſium exercentiũ artem fabrariæ etiam in ciuitate Bonon. ut ſcilicet ipſi non teneantur ſoluere niſi dimidiũ eius, quod olim pro obedientia ſoluebant, & ſic cuilibet rectori ſocietatis fabrorum ſolidos decem monetæ Bononienſis pro quolibet ipſorũ, extant clariſſima uerba ſtatuti noui dictæ artis propè finem in uerſi. declarantes ac ſtatuentes &c. ubi apertè dicitur quòd comitatini & externi ſeu forenſes ſoluere debeant dimidium obedientiæ contentę in ſtatutis antiquis dictæ ſocietatis, & non ultra &c. unde cum uerba ſint clara, non uidetur facienda quæſtio uoluntatis. l. ille aut ille. §. cũ

† in uerbis. ff. de leg. iij. Prout perbelle, ſapienter, & quam doctiſſimè concludit excellẽtiſſimus & doctiſſimus Dominus Franciſcus Zoannettus mihi uti frater honorãdus, qui ex pluribus ſubtiliter & copioſè in elegantiſſimo conſilio ſuo deductis hanc concluſionem mirificè defendit.

Verum in contrariũ nonnulla occurrebãt & uidebatur quòd prædictum nouum ſtatutum ſolum deberet intelligi de forenſibus exercentibus artem fabrariæ extra ciuitatem Bonon.

Et primo, quia ſtatutum nouum prædictum ſeu decretum emanauit ad petitionem & inſtantiam ſocietatis fabrorum, petentis ut talem artem exercentes extra ciuitatem Bononiæ compellerentur ſoluere obedientiam ſicut faciebant exercentes in ciuitate rationibus, de quibus in precibus per dictam ſocietatem porrectis, et maximè quia uerba ſtatuti antiqui etiam foris habitantes compręhendunt in eorũ generalitate, & etiam quia non erat æquum illos eſſe melioris conditionis exercentibus artem illam in ciuitate, qui maiora onera ad publicam utilitatem ſuſtinent, prout in dictis precibus exprimitur, quo ſic poſito, uidetur quod decretum prædictum iuxta petita debeat interpretari argumẽ. l. i. C. de diuerſ. reſcrip. & ſic quod ſub nomine forenſium in dicto nouo decreto ueniant tantũ forenſes exercentes artẽ extra ciuitatẽ, prout circa eos erat facta petitio, & tanto magis hoc dicendũ uidetur, quia preces ſeu petitio dictæ ſocietatis ponitur pro pręfatiõe prædicti ſtatuti ſiue decreti, & alias, quæ in pręfatiõibus dicuntur cenſentur repetita. l. titia. §. idem reſpondit. ff. de uerb. oblig.

Secundo quia tale nouum ſtatutum uidetur factum in fauorem ſocietatis prædictæ ut conſtat ex ipſius præfatione ibi, exiſtimamus laudabile & conueniens, etiam quod uobis & ſocietati ueſtræ fauere debeamus &c. & paulò infra ibi, quo ipſa ars fabrariæ & ſocietas ueſtra antedicta conſeruetur, & etiam ſi fieri poteſt, augeatur &c.

Ex his enim uerbis in præfatiõe ſiue in procœmio poſitis, declaratur mens ſtatuti, iuxta.l.fi.& ibi tradita per doct.ff.de hæred.inſt.& per Bal.& alios in.c.ij.requiris.de appella.cum cõcordantibus, ut per Alex.conſ.vij.uiſis.nu.v.lib.ij, per patruum & dominum Soci. in cõſ. clxv. uiſis inueſtituris.iij.col.uer.ij. probatur.ij.uolu.& per Deci.in conſi.cccxxxiij, agitur de hæreditate.ij. col. uerſi. ex tali enim procemio, unde non debet eiuſmodi ſtatutum interpretari ſic, ut tali societati noceat, quia inducta in fauorem & augmentũ nõ debent operari odium, aut diminutionem ſiue damnũ.l. quod fauore.C.de legi. &.c.quod ob gratiam.de reg iur li.vi.facit.l.in ratione.la.ij.§.tamet ſi.ff.ad.l.falci.&.l.i.§.in præſenti.C.de rei uxo.actio.cũ ſimil.ſed & ſi forenſes in ciuitate artem illam exercentes cõpræhenderentur, dãnum ſocietati diceretur illatum, & ius eius etiam diminutũ, ergo &c. Id autem probatur, quia ante nouũ ſtatutum forenſes habitantes in ciuitate ſoluebant integram obedientiam à ueteri ſtatuto illis iniunctam, uidelicet ſolidos.xx.cuilibet rectori, nunc autem ſi compræhẽderentur in nouo ſoluerent tantum dimidium et ſic ſolidos decẽ ergo ſocietas damnum & ſui iuris diminutionem pateretur quod certe dicendum nõ uidetur per prędicta. uidetur ergo quod nouum ſtatutũ ſolum loquatur de forenſibus habitantibus & exercentibus iſtã artẽ in comitatu Bonon.qui per prius ex abuſu ſtatuti nihil ſoluebant, nam quod ipſi ſoluant, licet dimidium, redundat in fauorem & utilitatem ſocietatis, quæ prius ab eis nihil percipiebat, nec obſtat quod tunc nimis reſtringerentur uerba ſtatuti, quę de forenſibus ſimpliciter loquũtur, quoniam reſpondetur hoc in iure tolerari, ut ſcilicet dictum generale ex ratione reſtringatur.l.cum pater.§.dulciſſimis ubi Bar & alij.ff.de leg.ij.cum ſimil.

Tertio pro iſta parte uidetur urgere prędictum nouum ſtatutum in.§.conſideratis igitur ac bene &c.ibi pro ea maiori obſeruantia ſtatutorum ueſtrorum quàm fieri poſſit, &c.nam ex his uerbis oſtenditur ſtatuentem uoluiſſe ſtatuere ad maiorem obſeruationem ſtatutorum quàm fieri poſſit, ſed ſi forenſes exercentes in ciuitate cõpræhenduntur, & eis dicitur diminuta obedientia, diſpoſitio diceretur potius ad deſtructionem quàm ad obſeruantiam ſtatutorũ, ſiquidẽ ipſi antea ſine conditione ſoluebant uiginti prout ſtatutum uetus dictabat, & ſi nunc ſolum decem ſoluerent, ſtatutum uetus alteraretur, non autem obſeruaretur ergo &c. Semper enim debet fieri interpretatio ut diſpoſitio non operetur contra intentionem diſponentis. l.legata inutiliter.ff.de leg. i. &.c.ad noſtram de appellat. facit lex in ratione la.ij.§.tametſi in fi.ff.ad.l.fal.cum ſimil.

Poſſent & alia plura pro iſta parte conſiderari, ſed hæc uidentur magis urgere, & ſunt ea, quæ me diu ancipitem detinuerunt.

Ipſis tamen non obſtantibus, contrariã partem uti æquiorem, & de iure probabiliorem ſum amplexus & ſic concludendum puto, forenſes omnes exercentes artem fabrariæ etiam in ciuitate Bonon.

compræhendi in nouo ſtatuto, quatenus forenſibus diminuitur ſolurio obedietiæ pro dimidia parte, Prout perbelle ſapienter & quàm doctiſſime concludit excellentiſſimus Dominus Franciſcus Zoanettus mihi uti frater honorandus, qui ex pluribus ſubtiliter & copioſe deductis, hanc concluſionem iuridice defendit.

Et breuiter rem ipſam perſtringendo dico, quòd concluſio iſta apertiſſime demonſtratur per clara uerba iſtius noui ſtatuti in uerbis diſpoſitionis, prout etiam ſupra dicebam, etenim talia uerba leguntur, declarantes ac ſtatuentes quod comitariui & externi ſeu forenſes, intellige ſcilicet exercentes artem fabrariæ, ut ex præcedentibus neceſſario colligitur, ſoluere debeant dimidium obedientiæ prædictæ in ſtatutis dictæ ſocietatis contentæ, & non ultra &c. Hæc enim uerba proculdubio etiam forenſes habitantes in ciuitate compræhendunt in eorum generalitate. l. i. §. & generaliter. ff. de leg. præſ. & cum ſtatutum non diſtinguat inter habitantes in ciuitate uel extra, ita etiam nec nos debemus diſtinguere, l. de precio. ff. de publi. cum ſimil. ex his ergo uerbis ſic generaliter prolatis, quibus omnino ſtare debemus. l. i. §. ſi is qui nauem. ff. de exerci. oſtenditur mens ſtatuentis ut ſcilicet generaliter de omnibus forenſibus loqui uoluerit, quia uerba prolata ſunt ante omnia conſideranda, & magnum pondus habent ad intelligendum quid diſponatur ſecundum Bal. in conſi. cxxij. uerba teſtamenti in fi. i. uol. imo nullum maius eſt mentis noſtræ teſtimonium, quàm qualitas inſpecta uerborum ſecundum Caſſiodorum in libro uariarum lectionum, prout refert & ſequitur Bal. in l. generaliter poſt princ. C. de non numer. pecu. & in Rub. eod de teſti. & alibi etiam ut per Iaſ. in. l. iij. circa medium. C. de lib. præteriri. ubi etiam alia plura ponit de ui uerborum.

Corroboratur iſtud fundamentum ex eo quòd ſtatuens in proœmialibus uerbis, & præfatione dicti ſtatuti, dum preces ſocietatis fabrorũ referuntur, fecit mentionem de exercentibus artem extra ciuitatem diſtinctè ab exercẽtibus in ciuitate. Dico enim quòd ex hoc oſtenditur quòd quando de forenſibus loquitur cũ talem diſtinctionem nõ faciat, illam noluit, Nam ſicut eam poſuit in præcedentibus, ſi eam uoluiſſet, in diſpoſitione utiquè eã poſuiſſet, ſicut ſupra poſuerat, cum hoc ei facillimum eſſet, unde cũ talem differentiam non poſuerit, creditur quòd eam noluerit aliquo modo facere. l. i. §. ſi autẽ ad deficientis. C. de cad. tollen. c. ad audientiam in fi. extra de deci. & in. c. inter corporalia. poſt medium de tranſla. epiſc. in uer. unde ſi circa tranſlationem &c. ita in ſimili arguit Ioã. de Ana. in conſi. xxij. ad approbandam. dicens quòd teſtator faciens mentionem de filijs, ſimpliciter intelligitur loqui de filijs utriuſquè ſexus, cum ſine diſtinctione loquatur, attento quòd in præcedentibus diſtincte loquutus erat de maſculis & fœminis, ut per eũ, quem refert ſequitur & multum notat Iaſ. in. l. qui filiabus in. i. not. ff. de leg. i. in. ij. additione & in conſi. clxij. uenerabilis. v. col. uer. v. facit. ij. uol.

Secundo

Zoannetti fuit Argumentatio:

Secundo principaliter probatur concluſio noſtra hoc modo, in ſtatuto ueteri in uer. Et ſel ſara foraſtiero &c, non eſt dubium quòd ſub nomine forenſis continentur generaliter omnes forenſes artem illam exercentes, tam in ciuitate quàm in comitatu, & hoc ſocietas ipſa non diffitetur, quo poſito uidetur quòd pari modo nouum ſtatutum ſic generaliter de quolibet forenſe intelligatur, tum quia uerba unius ſtatuti debent intelligi & declarari ſecundum quòd in alio ſtatuto intelligũtur iuxta doctrinam Roma. in conſi. iiij. ſententiam præfati conſultoris in princ. tum etiam quod in eo aliqua relatio ad illud antiquum ſtatutum habetur, ut patet in uer. declaramus, ac ſtatuimus &c. ibi eo modo quo diſponunt eiuſdē ſocietatis ueſtræ ſtatuta &c. & ibi immediate ſequitur uerſiculus declarantes ac ſtatuentes &c. ſolet enim pro regula dici quòd relatum cenſetur etiam in referēte cum ſuis qualitatibus. l. in ſumma. ff. de re iud. Bal. in. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. l. aſſe toto, ubi Bar. ff. de hæred. inſti. & tradit Patruus ac dominus meus Soci. in conſil. ccxxvij. præſens cõſultatio col. xiij. in uer. ſed pro certo &c. & col. ſeq. in uer. pro ſolutione iſtius rationis. ij. uol. ubi proprie dicit, quod relatio cenſetur fieri cum omnibus ſuis qualitatibus, allegat. l. à filio. §. pater, ff. de alim. & cib. le. & alia plura ut per eum, & ſi dicatur quòd in. d. uer. declaramus & ſtatuimus &c. diſponeretur, quòd ſoluatur obedientia eo modo quo ſtatuta ſocietatis diſponunt, & ſic dicatur quod ibi uidetur determinari contra iſtos forenſes, ut ſcilicet ſoluant ſolidos uiginti cuilibet Rectori, reſpondetur & animaduertendũ eſt, quia dico quod ibi nõ loquitur reſpectu quãtitatis, ſed reſpectu modi, ut ſonant illa uerba, eo modo quo &c. quod intelligo reſpectu tēporis, & perſonarum, quibus ſoluitur, hoc eſt dicere, ſoluatur obedientia cuilibet Rectori ſocietatis ſingulo ſemeſtri, ſed circa quantitatem aliter diſponitur immediate in uer. declarantes & ſtatuentes &c. ubi in comitatiuis & forenſibus fit diminutio dimidietatis.

Et ſi dicatur quod in uerbo declaramus &c non poſſunt comprehendi forenſes, cum illi non poſſint deſcribi in ſocietate, ut in antiquo ſtatuto dicitur, quod tamen uidetur ille uerſus præſupponere ibi, ſi non fuerint deſcripti in ſocietate, & maxime habitantes in ciuitate, cum iu cis ſtatutum antiquũ ſeruaretur, & ita non uidetur quod poſſint uerificari illa uerba, nõ obſtante quod ſtatuta ipſa in hac parte ſuperioribus temporibus obſeruata non fuerint &c Reſpondetur quod imo etiam forenſes de facto deſcribuntur, prout hodie plerisquè ſunt ſcripti, ut mihi relatum eſt, uel ſecũdo dico quod uerba ſtatuti non omnino requirunt eos poſſe deſcribi, ſed quod re ipſa non ſint deſcripti. & ita ſonant illa uerba ſi non fuerint deſcripti in ſocietate, quod etiam in forēſibus uerificatur, ſicut in ſimili dicimus quod conditio ſi ſine liberis decedat, uerificatur etiam in pupillo, uel alio, qui liberos habere non poteſt, quia uerum eſt eum de facto ſine liberis decedere iuxta tradita per glo. Bar. & alios in. l. precibus. C. de impub.

impub.& ali. ſubſtitut. Et plerique ponũt in.l.centurio.ubi aliquan do dixi.ff.de uulg.& pupil. Præterea negari non poteſt, quin comi tatiui compræhendantur tam in ciuitate quàm extra exercentes ar tem, cum poſſint in ſocietate deſcribi, & plurimi reperiãtur deſcripti tam intus quàm foris habitantes, quibus comitatiuis forenſes pò ſtea æquiparantur in uer. declaramus, cum utriſquè fiat diminutio obedientiæ ſoluendæ.

Necobſtat quod in habitantibus in ciuitate non uerificentur illa uerba, non obſtante quod ſtatuta ipſa &c. ut modo arguebatur, quia pro reſponſione dico ſatis eſſe quod in aliquibus ex compræ henſis talia uerba uerificentur, unde intelligo, uerſiculum declara mus ac ſtatuimus &c. in omibus & quibuſcunq; exercentibus, qui nõ ſint deſcripti, inter quos etiã habitãtes extra ciuitatem cõpræhen duntur, in quibus uerificantur illa uerba, nõ obſtante etc, quod ſatis eſt, & ſicut uerſiculus ille, declaramus &c. loquitur generaliter tã de habitantibus in ciuitate quã extra, ita etiam dici debet de illo ſequen ti uer. Declarantes &c. cum continuatiue ueniat loquendo de quan titate ſoluenda poſtquàm ſupra loquutus fuerat, de modo, ut dixi.

Tertio facit, quia ſtatuens motus fuit ad nouum ſtatutum faciẽ dum fauore publicæ utilitatis ciuita. Bononiæ, ut conſtat in princ. in uer. cognoſcentes quàm utilis & neceſſaria ſit in hac ciuitate ars fa brorum &c. quæ utilitas conſiſtit non in illo nomine uniuerſali ſo cietatis, aut in congregatione eius, ſed in exercitio ipſius artis, ut ſic quanto plures ſint fabri in ciuitate, tanto maior ſit ciuitatis & reipu blicæ utilitas, nam ultra generalem illam utilitatem ut, ſcilicet ciuitas hominibus abundet iuxta.l.cum ratio. §. ſi plures. ff. de bon. damna. cum concord. de quibus ibi per glo. & traditur in.l.i.ff. ſol. matri. A deſt particularis, quia. ſcilicet reipublicæ intereſt tales artifices eſſe in ciuitate, & ob eam cauſam excuſantur à publicis muneribus, ut, l.i. et ibi tradunt docto. C. de excuſatio. artifi. li. x. & hanc utilitatem conſi derat ibi glo. in Rub. in fi. & in d. l. i. uer. iſta. hoc idem paulò poſt in prædicto ſtatuto colligitur, dum dicitur, quòd intendit artem fa brariæ, ſi fieri poteſt, augere cum ad commodum & utilitatem ciuia tatis plurimum cedat, & cum hæc in præfatione & proœmio noui ſtatuti ponantur, apparet in eis cõſiſtere finalem rationem eius iuxta tradita per Bar. & alios in l. fi. per illum tex. ff. de hæred. inſtit. & di xi ſupra in ij. fundamento in contrarium facto, Ex iſta ergo ratione colligitur mens ſtatuentis quod uoluerit in ſua prouiſione allicere forenſes ad exercendum artem fabrariæ libentius quàm prius face rent diminuta eis ſolutione obedientiæ ut ſic qui iam exercent, in ea permaneant, & noui facilius ueniant, quæ conſideratio etiam eos fo renſes reſpicit, qui in ciuitate exercent, imò magis eos reſpicit, cum ci uitas maiorem utilitatem percipiat ex his, quos intus habet, quàm ſi foris exerceant, ut de ſe notum eſt, Sumpto ergo argumento ab identitate uel etiam maioritate rationis cõcurrente uerborum pro

Zoanneti Ratio.

Zoanneti ſpeculationes omnes.

prietate dicendum eſt, etiam forenſibus in ciuitate exercentibus talẽ artem fuiſſe diminutam ſolutionem obedientiæ, & ita uidetur ſtatutum nouum intelligendum eſſe.

Quæ intelligentia ſeu interpretatio quarto loco comprobatur, quoniam ex ea ſequetur, idem eſſe ſeruandum in omnibus forenſibus non habita diſtinctione an extra ciuitatem uel in ciuitate exerceant, & ſic non erunt melioris conditionis exercentes extra quàm in ciuitate, quod ſatis rationi & æquitati conuenit, cum potius exercentes in ciuitate deberent eſſe melioris conditionis, cum magis reipublicæ ſeruiant, & maiora onera ſubeant, prout in porrectis precibus ipſa fabrorum ſocietas faſſa fuit, & ſi interpretaremur hoc ſtatutum ſolum pro forenſibus exercentibus extra, ultra quod uerba offenderentur, ſequeretur illud abſurdum, quòd ſcilicet deterioris conditionis eſſent habitantes & exercentes in ciuitate, quã extra, unde ſumpto argumento ab euitatione abſurdi iuxta. l. cum hæres. §. ſeruire. ff. de ſtat. lib. & . l. nam abſurdum. ff. de bon. libert. & . l. hæredes mei. §. cum ita. ubi poſt alios notaui. ff. ad trebel. cum ſimilibus dicendum eſt etiam forenſes in ciuitate habitantes fuiſſe comprehenſos, ut dictum eſt.

Præterea & quinto ſi non includerentur & ſic ſtatutum eos non ſepararet ab exercentibus extra, certe ſtatutum uideretur probabili ratione carere, Nam cum omnes ſint forenſes, etiam uidentur alliciendi ut ſupra & omnes ſunt inuitandi, ſeu omnibus pariter eſt fauendum, Lex autem, ſtatutum, aut diſpoſitio, quæ caret ratione, non eſt admittenda, c. erit autem lex. quarta diſtinctione, non ergo præſumendum eſt quòd ſtatuens uoluerit prædictam differentiam irrationabilem conſtituere, attento maxime quod uerba in eorum importantia omnes comprehendunt, & ſi qua differentia facienda erat potius per contrarium fieri debuiſſet, ut ex prædictis conſtat, Et pro prædicta concluſione ultimo facit, quia ſi eſſemus in dubio capi debet interpretatio, per quam magis iuri communi inſeruimus, ſeu illi magis adhæremus ſicut dicimus ſemper eſſe faciendam illam interpretationem ut minus ius commune lædatur, ut per docto. in. c. cũ dilect. de conſuetu. & in. l. ij. C. de noxali, & tradunt Curt. ſenior in cõſil. lxxxviij. Domina Franceſchina. vi. col. & Corn. in conſi. ccxlvij. conſultus alias, in littera. c. iiij. uol. qui alios allegant, De iure autem communi non reperitur quod faber aliquis alijs fabris aut ſocietati eorum aliquid ſoluere debeat, ſed quilibet libere artem ſuam exercere poteſt, iuxta. l. quæro & ibi glo. ff. de iure patro. & traditur in præallegata. l. i. C. de excuſatio. artific. lib. x. facit. l. i. C. de monopol. nam ex illo tex. & traditis ibi per Bar. & alios colligitur artifices libere artes ſuas exercere poſſe, unde in propoſito dicam quòd facta diminutione prædictæ ſolutionis obedientiæ ius commune remanet minus læſum, & ei magis adhæremus ergo &c. & iſta interpretatio ut ſcilicet etiam forenſibus in ciuitate habitantibus ſit fa-

Ex Zoannett. Reſponſo.

cta diminutio, dicitur fauorabilis eo quod reducit eos magis ad ius antiquum. i. ad ius commune. i. facit eos magis propinquos iuri cõmuni, quia quanto minus ſoluunt, tanto minus à iure communi receditur, ſeu tanto magis ad illud reuertimur, & quòd eo reſpectu diſpoſitio dicatur fauorabilis, & ita late interprętanda, habetur in. l. ſi unus. §. pactus ne peteret uer. quod & in ſpecie dotis. ff. de pact. ubi plura tradunt doct. maxime Iaſ. & eſt glo. in uer. numerandum. in. c. ſtatutum & ibi per doct. de prebend. lib. vi. Ex his ergo & alijs per dominum conſultorem deductis optime dicitur fundata concluſio prędicta ut ſcilicet in hoc nouo ſtatuto ſub nomine forenſis etiam illi compræhendantur, qui in ciuitate Bonon. hanc fabrariæ artem exercent.

Exquibus etiam recte intuenti dicuntur uirtualiter ſublata argumenta in contrarium facta, uerum ut prædicta concluſio ſecurius procedat, particulariter ad omnia reſpondetur.

Et ad primum reſpõdetur, quòd qui fecit nouum ſtatutum, non in omnibus reſpexit petitionem ſibi porrectam per ſocietatem fabrorum ſed ultra uoluit diſponere, ut ſtatim dicam, & ita inter cæcera in fine præfationis narrauit ſe poſſe facere, ut ſonant illa uerba, & nihilominus ſuper prædictis diſponere poſſemus, prout melius & opportunius uideretur &c. & ita pro ueritate fecit, quia cum petitio fuiſſet, quod habitantes extra ciuitatem cogerentur ſoluere debitam obcdientiam, diſponẽs uoluit quod forenſes ſolum dimidiam ſoluerent, & ſic nedum diſpoſuit ultra petita ſed contra petita ex quo conſtat non obſtare argumentum, quod fiebat de. l. i. C. de diuerſ. reſcrip. quia illa lex procedit niſi de contraria mente reſcribentis conſtaret, non enim eſt dubium ante omnia mentẽ diſpouentis in qualibet diſpoſitione inſpiciendam eſſe. l. in conditionibus in princ. ff. de condit. & demonſtr. l. regula. §. fi. uel pen. ff. de iur. & fact. ignor. cum ſimilibus, hic aũt ſatis conſtat ſtatuentẽ uoluiſſe recedere à petitis ut dixi ergo etc. Et præterea illa. l. i. procedit ampliando & dilatãdo uerba ratione connexionis ſeu cõmunionis cauſæ ſuper qua reſcribitur, in caſu autem noſtro uerba reſtringerentur & quodammodo uiolarentur, quoniam cum uerba loquantur de forenſibus exercentibus artem fabrariæ, inter quos ſunt etiam qui exercent in ciuitate, neceſſario ſequitur quod etiam compręhenduntur, unde ne uerba talem uiolentiam patiantur, dicendum eſt, quòd illis etiam facta eſt diminutio ſolutionis obedientiæ, nec obſtat quod preces ſocietatis ponantur pro præfatione noui ſtatuti, quoniam in ea ponitur etiam quod ei liceat quomodo uelit diſponere, & etiam ratio publicæ utilitatis ciuita. Bonon. ſecundum quod dixi ſupra in tertio fundamento partis noſtræ, ex quo manifeſte tolluntur omnia dicta in illo primo argumento contrario.

Ex Zoannetti Reſponſo ſequentia hæc.

Non obſtat ſecundum fundamentum in utilitate ſocietatis &c. quoniam ex prædictis colligitur reſponſio. Dico enim quod mens

& ratio finalis noui ſtatuti fuit fauore publicæ utilitatis ciuitatis, ut in tertio fundamento diximus, & ad illum finem tendunt illa uerba, quæ in hoc ſecundo argumento in contrarium ponderabantur, ut ſatis explicite ſumitur ex illis uerbis, quod ad commodum huius ciuitatis, ad utilitatem publicam abſque dubio cedit, unde attenta ratione finali inferendum eſt ut dixi in tertio fundamento. Et quatenus conſideratur fauor & commodum dictæ ſocietatis, dico quòd non poteſt dici ratio finalis ſtatuti ſed potius impulſiua, ex qua non infertur ad reſtrictionem ſtatuti iuxta. l. i. §. ſexum. & quæ ibi tradũt doct. ff. de poſtul. & l. ij. §. fi. ff. de donat. & ita per dicta iura dixit Cor. in conſi. lxxxviij. licet in primo. in littera. R. primo uol. & quòd impulſiua fuerit & non finalis oſtenditur, quia eſt ſtrictior deciſione noui ſtatuti, neq; influit in omnem effectum attento quòd per ſtatutum fit diminutio ſolutionis obedientiæ, quod non reſpicit commodum dictæ ſocietatis ſed bene reſpicit commodum & publicam utilitatem ciuitatis, ut in tertio fundamento oſtenſum fuit, illa enim ratio quæ eſt generalis & per ſe influit in omnem effectum dicitur finalis, alias dicitur impulſiua, ut egregie docet Bal. in. l. i. v. col. ff. ſol. matr. dum diſputat, an ceſſante ratione legis, dicatur ceſſare lex. in fi. cum concordantibus, ut per Corn. in. d. conſil. lxxxviij. in conſi. clxxvij. circa quod. in littera H. & in conſi. ccliij. ardua eſt profecto, in littera. V. iiij. uol. & ita etiam uoluit Bal. in. l. generaliter. C. de epiſc. et cler. prout cum refert & ſequitur Iaſ. in §. ſed hactenus in. ij. additione ad Chriſt. Porc. inſtit. de milit. teſt. cũ igitur ratio cõmoditatis prædictæ ſocietatis fuerit impulſiua, ab ea non eſt arguendum ad reſtrictionem uerborum dicti ſtatuti, & per hoc tollitur argumentum, quod fiebat de. l. cum pater. §. dulciſſimus de leg ij ſed bene debet argui à ratione publicæ utilitatis ciuitatis Bonon. quæ fuit ratio finalis, nam illa fuit primo in intentione ſtatuentis, propter quã poſtea fuerant prolata uerba ſtatuti, quæ ab ipſa ratione finali debent regulari, ut uoluit Patruus ac dominus meus Socinus in cõſi. lxxxix. circa præmiſſum nu. xix. & xx. iiij. uolu. merito igitur debet dici facta diminutio forenſibus etiam in ciuitate commorantibus, cũ etiam illos ratio complectatur, imò magis quã habitantes extra ut ex prædictis conſtat, & tanto magis quia uerba ſtatuti in ſua propria ſignificatione ſic ſonant ut dixi ſupra in primo fundamento pro iſtis forenſibus facto, Demum non obſtat tertium argumentum fundatum in illis uerbis, pro ea maiori obſeruantia &c. quoniam reſpondetur quod illud, quod ex illis uerbis in argumento ſumebatur, debet intelligi, dũmodo in aliquo non repugnet expreſſis uerbis diſpoſitionis, ex illis enim declaratur mens diſponentis ut dixi ſupra in primo fundamento noſtræ opinionis, quæ ante omnia attendi debet. l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſat. tut. ſed in propoſito clara ſunt uerba de forenſibus ſimpliciter loquentia, & ſic de habitãtibus in ciuitate, ergo dicendum eſt quòd quatenus per dicta uerba uetus ſtatutũ

Zoannetti pręcogitarat hæc omnia.

emendatus

emendatur, non potuit eius obſeruantia induci ſalua mente ſtatuentis, quae ex uerbis ſupra uoluit, in eo ueteri ſtatuto derogare, & hinc eſt quòd in uerbis in contrarium allegatis, dicitur pro maiori obſeruantia quàm fieri poſſit. Dico enim quod eo reſpectu non dicitur potuiſſe fieri, ut ſtatutum ſeruetur, ſalua intentione ſtatuentis, quae omnino attendi deberet, etiã quòd uerba illi repugnarent. d. §. aliud, in uer. ſed & ſi maxime &c. intelligentia. de uerb. ſig. cum ſimilibus, facit. l. ſcire leges. & quae ibi dicunt doct. ff. de legi.

Praeterea, dum in nouo ſtatuto diminuitur ſolutio obedientiae forenſibus conſtat quod uult recedere à ueteri ſtatuto ita ut ſimus in clara mente ſtatuentis, quod in eo non intendit uerificari illa uerba pro ea maiori obſeruantia &c. quae in alijs uerificantur, ut modo dicam, in eo ergo, in quo manifeſte receditur à ueteri ſtatuto, non poteſt dici ꝙ ſtatuens uoluerit illud ſeruare, nec poteſt fieri interpretatio ab illis uerbis pro ea maiori obſeruantia &c. cum illis aduerſetur, ſicut in ſimili ſtatutum, quod uenit derogatiue ad ius commune, nõ recipit ab ipſo iure communi declarationem ſed interpretationem prout ſignanter docet Bal. in. l. maximum uitium. iiij. col. uer. ulterius quaeritur de tali. q. C. de lib. preteri. et in. c. cum non liceat. col. fi. extra de praeſcrip. ita etiam dicit Pau. de Caſtr. in. l. fi. §. in computatione, C. de iur. de lib. & ſequitur Alex. in conſi. cçxxvij. Ponderatis narratis nu. iij. & iiij. lib. vi. dicam itaqꝫ uerba illa, pro ea maiori obſeruantia &c. uerificari in omnibus in quibus non reperitur expreſſe derogatum, ut patet in. d. nouo ſtatuto in. §. in caeteris uero predicta ſtatuta in ſuo robore illaeſa permaneãt, & conſtat etiam expreſſe per nouum ſtatutum in. §. declaramus ac ſtatuimus &c. dum de modo ſoluendi obedientiam & cui ſolui debeat diſponitur prout etiam ſupra dictum fuit.

Praeterea dico quod maior obſeruantia fit ueteris ſtatuti interpretando quod uerbum forenſes, etiam habitantes in ciuitate comprehendat, ſalua tamen diminutione obedientiae expreſſe forenſibus conceſſa, nam ſic interpretando antiquũ ſtatutum conſeruatur in eo quod inter habitantes extra uel intra ciuitatẽ non fit differentia, propter antiquum illud ſtatutum ſimiliter non differebat, ſed aequaliter de omnibus loquebatur, & ſolum diſtinguebat Bononienſes ab una parte, & forenſes ab alia, quam tamen differentiam nouum ſtatutum non recepit circa ſolutionem obedientiae, quia reducendo forenſes ad dimidium antiquae ſolutionis, uult eos aequales eſſe Bononiẽſibus, quilibet enim ſoluet ſolũ. x. ſolidos cuilibet rectori, ſed in predicta diminutiõe uoluit omnes forenſes aequales, ſiue habitent in ciuitate, ſiue in comitatu prout etiã erãt pares in ueteri ſtatuto ſecundum quod omnes forenſes debebant ſoluere uiginti ſolidos, unde ut eadẽ paritas obſeruetur omnibus forenſibus cenſetur facta diminutio, & ita in hac paritate antiquum ſtatutum obſeruatur, & ſic uerificantur illa uerba, pro ea maiori obſeruantia quàm fieri poſſit &c.

quæ ſecundum iſtam declatationem retorquentur contra ſocietatē, Ex predictis itaq;, & alijs quàm pluribus deductis ſupra per Excellentiſſimum & doctiſſimum Dominum conſulentem ad quæ gratia breuitatis me remitto, remanet firma cōcluſio in fauorem iſtorū obedientium, ut ſcilicet dicantur compræhenſi in nouo illo ſtatuto diminuente ſolutionem debitæ obedientiæ, licet ipſi habitent in ciuitate Bononiæ, quam concluſionem uti benigniorem amplectandam puto. Laus Deo.

Vt ſupra concluſum eſt de iure & ſummæ æquitatis eſſe arbitror Ego Marianus Socinus Senen. I. V. D. Bononiæ iura ciuilia legens, ſaluo tamen ſaniori iudicio, Et in fidem propria manu ſubſcripſi & ſolito ſigillo ſignari iuſſi, Ad laudem omnipotentis Dei & uirginis glorioſæ.

1 Legatum factum ſub illa demonſtratione, meum &c. præſentia non uero futura compræhendit.
2 Legatū unius domus nō comprehendit aliam domū æque principaliter poſt teſtamentum emptā, quamuis interior aditus ex prima in ſecundam habeatur.
3 Aditus de una domo in alterā non facit, quòd una credatur acceſſoria alterius.
4 Coniunctio domorū nō probatur, quia dominus ambas uni ſimul locauerit.
5 Domus una quando alteri cedat, & quæ in acceſſione ſint neceſſaria.
6 Digreſſio magna eſt, ubi res principalis efficitur acceſſoria alterius.
7 Mutatio ſtatus, uel qualitatis rei nō præſumitur in dubio.
8 Legatarij qualitas & conditio declarat teſtatoris ancipitia uerba.
9 Legatum, ſi relinquatur fœminæ, aliud in uidua quàm in nupta, aliud in Abbate uel Epiſcopo quàm in ſimplici clerico, & in Doctore quàm Scholari omnino diuerſum erit.
10 Legati qualitas mentem defuncti pleruſque declarat.
11 Alimenta puellæ ſunt exhibenda pro modò legatæ dotis.

Capute XI.

LEgauit uxori quoad uiueret, & poſt eius obitum Hoſpitali pauperum domum unam teſtator, confinibus, intra quos domus ipſa continebatur, demonſtratis, uerbiſquè huiuſmodi ſuperadditis, quam ad præſens idem teſtator in habitat &c. Quæſitum eſt an altera domus in uicinio poſt teſtamentum empta, & ad quam intrinſecum ex domo legata aditum, teſtator fecit, legato huic cedat, & quidem eam in legato compræhendi ex noſtratibus quidam [g] putauere, Aditus enim interior ipſi aiunt, manifeſtam defuncti uoluntatem oſtendit, uolentis emptam poſtea domum legatæ alteri uelut acceſſoriā, iungi [h], clariuſquè id ex Iaboleni [i] reſponſo probè deprehenditur, & Pōponius in priore legatorum fideicōmiſſorumue tra-
1 ctatu decidit [k], † Quod Ego uerum eſſe nequaquàm autumo, contrarium namquè Paulus [l] cenſuit, uolens argentum, uel quid omne aliud cum hac demonſtratione, meum &c alicui legatum, non per-
2 tinere ad futurum, ſed ad præſens duntaxat, quod erat tempore teſtamenti, poſſe referri, & ipſam Pauli legem haud ſecus interpretati ſunt aliàs Baldus, Imola, Caſtrenſis, Socinus, Friſius & reliqui [m], affirman-

g Auguſtinus Beroius.
h .l. prædijs. §. Balneas. &. §. qui domū. ff. de leg. iij.
i In. l. cum fundus nominatim. ff. de leg. .ij.
k In. l. ſi ex toto. in princ. ff de leg. i.
l .l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg.
m In. l. ſerui electione § cum fundus. ff. de leg. i.

affirmantes, ac præſertim Socinus poſt alios inibi, ſi teſtator fundũ
habens, his eundem uerbis leget, fundum meum do lego &c. por-
tionem alterius agri poſt teſtamentum quæſitam, & fundo legato
per teſtatorem adiectam, nihilomagis in legato cõpræhenſam intel-
ligi, illa quippè uis eſt huius pronominis, meum, ut non niſi præſen
tibus, futuris autem nequaquàm præſeruiat [n], Antelatiquè docto-
res concedunt, Pomponij ſententiam [o] ita demũ habere locum ſi nõ
fuiſſet uerbum illud, meum, in legato additum, alioqui deſcriptũ id
ubi fuerit, neq; Pomponij dicto locum fore, neq; fundo iunctã poſt
teſtamentum portionem deberi legatario cenſuerunt; in hancq; opi-
2 niõem Cynus [p] Bartolus [q], & Imola rurſus [r] ſunt facilè adducti, †
quæ itidem mihi cum & cõmunis ſit, tum quòd niſi leues atquè ri-
diculas cõtra ſe rationes admittit, probabilior in propoſito maximè
caſu uidetur, in quo domus hæc nouiſſima æque principalis compa-
rata fuit, ut prima erat, per aditumquè interiorem ueteri legatæ poſt
teſtamentum iuncta eſt, igitur à legato (Ripa inquit [ſ]) ſecundũ de-
functi uoluntatem ſeiungi ipſa prorſus debebit, hoc ipſum pleriſq;
alijs [t], in ulterioribus etiam terminis, atteſtari neque nouũ neque dif
ficile fuit, minuſuè his cõtradicit Iaboleni lex [u], prout ſupine nimiũ
aliqui exiſtimarunt, quandoquidem ea in lege caſus perquàm abſi-
milis à quæſtione noſtra acciderit, nõ porrò ibi teſtator in legato fun
di addiderat uerbũ illud, meum, aut ſimile, neque poſt teſtamentũ ad
iunxit fundo legato alium fundum æque principalem, ſed portionẽ
tantum agri fundo addidit, ideo tametſi uerba hæc in teſtamento ex
preſſa non ſint, qui meus erit &c. Iurecõſultus ait, pars nihilominus
adiecta, cum nihil contra mentem & teſtatoris uerba fiat, propter ac-
ceſſionis uim meritò debebitur, Non repugnat poſtremo cõcluſio-
ni noſtræ altera lex [x], quæ diuerſam facti cõtingentiam refert, nimi-
rum diuerſum ius quoq; habet, illic enim poſt teſtamentum fuerat
nihil legatæ domui adiectum, ſed balneas, hortum, aut inſulam iun-
xerat domui ante teſtamentũ defunctus, ſimili modo intrinſecũ adi-
tum, priuſquam domum legaſſet, ex domo ipſa in balneas, hortum,
aut inſulam fecerat, quare ijs non immerito rationibus adductus, le-
gato cedere balneas, aut hortũ Papinianus inibi cenſuit. Verũ enim-
3 uero quia coniunctionis domorũ fecimus mentionem, † uideamus
nunquid ex aditu interiore ſolum domus ſecunda priori cedat, & il-
lam utiquè nõ accedere compertũ eſt, niſi utraſquè domos ſub nomi
ne uno appellaſſet teſtator, ea ſic namq; Bartoli [a], & Alexandri [b] o-
4 pinio fuit, † quinimmò ſi ambas ſimul uni locaſſet dominus, diuerſiſ-
què nominibus utramquè nominaſſet, una minimè alteri accederet
5 [c], † atq; idem Alexander reſpondit [d], quando binæ domus conuici-
næ ſunt iunctæ ſimul, uelut per aditum ex prima in ſecundam appo
ſitum, ac unaquæquè retineat ſuum priorem introitum, appareat-
què duas eſſe domos, uel quoniam ſit una altior, & altera depreſ-
ſior, uel ex teſtatoris uſu illas diuerſo nomine nuncupantis, in domo

antiqua

n per. d. l. ſi ita.
o In d. l. ſi ex toto. in princ.
p In. l. ſi grege. ff. de leg. i.
q In. l. ſeruum filij. in princ. eod. tit.
r In. l. quod in rerum §. ſi quis poſt. & in. l. ſi quis bonorum C. eod. tit.
ſ In. d. §. cum fundus. col. ij. nu. xi. ſentit. Bar. in. d. l. cum fundus nominatim.
t Benedict. de bene-dictis in cõſi. xlv.
u In d. l. cum fundus nominatim
x In. d. §. balneas. cũ §. ſequenti.
a In l. ſciæ. §. titianæ. ff. de fund. inſtru.
b In conſi. cl. lib. vij.
c Alexã. conſi. clxix. col. i. in fi. & col. ij. & tertia in fi. lib. v.
d In. d. cõſ. clxix. prope fi. in uerſi. quia;

antiqua legata uxori, & ſucceſſiuo ordine conſortio ſanctæ Mariæ
alteram non contineri domum, & quotiens domus, hortus, ſtabulũ
uel balneæ habent aliunde aditum extrinſecum, non compræhen-
duntur in legato alterius domus, quæ ad balneas, uel domum aditũ
intimum habeat, niſi & ſimul eodem precio utraquè fuiſſet empta
domus, uti ſæpius Baldum ſic differentem Paulus Caſtrenſis in li-
bris ſuis nobis quandoquè retulit [e], Florianus de ſancto Petro ani-
maduertit [f], Cepolla confirmat [g]; Alexander plenius conſulendo id
ipſum atteſtatur [h], & Ioannes Crotus [i] ob Ancharanei conſilium
6 [k] probè concedit, prædictis optimè congruit, † quod longa quippè
digreſſio eſt, ubi res aliqua principalis ſuam perdit qualitatem, &
7 cum principalis antea erat modò alterius acceſſoria fiat [l], † quæ ſa-
8 nè qualitatis immutatio præſumitur in dubio nunq̃ [m], † eòq; per-
tinet, quoniam defunctorum ancipitia uerba exponi imprimis aſſo-
lent, inſpecta legatarij penitus conditione [n], cæterum pro habitatio-
ne & uſu uiduæ illa domus, quæ uxori ſimul & marito olim habita-
tio idonea fuit, ſatis abundè ſufficit [o], iccirco ea ſola domus uxori le-
9 gata dicetur, † Cumq; uir lectum ſuæ legat uxori, legato huic holo-
ſericæ non inerunt culcitræ, quibus honeſtè uiuentes non decet ui-
duas uti [p], & cuiquàm ſi ueſtitus legetur, pro qualitate & legatarij
conditione ueſtimenta debentur, ut Abbas ſcilicet, uel Epiſcopus no-
biliori incedat ueſte, quàm ſimplex clericus, ſimili modo doctor
10 quàm ſcholaris & patricius quàm plebeius [q], † ex legati pariter qua-
litate animum ac mentem teſtatoris manifeſtam plerunquè conijci-
11 mus, † ut alimenta puellæ pro modo legatæ dotis exhibeantur, alia
deniquè horum ſimilia fiant [r], quare domus ueteris qualitate &
magnitudine inſpecta uxori pro habitatione ipſius relicta, ingenuè
fatebimur, eam tantum, non etiam alteram poſt teſtamentum em-
ptam præſtari teſtatorem uoluiſſe.

e In l. olimpico. ff. de ſer. urb. pred.
f In d. l. olimpico.
g In titu. de ſer. urb. pred. in cap. de certa ſpecie ſeruitutis mixtæ. circa med.
h Conſi. ccxiiij. col. I. li. ij. & in cõſi. cciiij. lib. vj. & in conſi. xxxiij. lib. vij.
i In c. Raynutius. in ij not. de teſtamen.
k In conſi. ccxci.
l Alex. conſ. clxxi. in fi. lib. v.
m Bar. in l. ſi cõuenit. §. ſi nuda. ff. de pig. act. & in tract. de inſula. col. iij. & ſeq.
n Alex. conſi. clxix. col. ij. lib. v.
o .l. fœminæ. ff. de ſenator.
p Bal. in l. plenum. §. equitij. ff. de uſu & habit.
q .l. ſed & ſi quid. §. I. ff. de uſufru. Curt. cõſi. lxvi. col. xxij. uerſi. capio. &c.
r .l. cum Auus. §. alimentis. ff. de Alimen. & cib. leg. Alex. conſi. xci. col. ij. lib. vij.

1 Poſſeſſionem in agro acquirit emptor, ubi quotæ certitudo ineſt, tametſi incertus ſit locus.
2 Quota ſecundum Pariſium qualis ſit.
3 Incertitudo loci & quotæ quæ ſit.
4 Quota non per numeralia nomina demonſtratur, uti Cardinalis Pariſius inſcite credidit.
5 Hæredes per ſolam aditiõem animo factam priuſquàm hæreditatis poſſeſſionem habuerint, domini eiuſdem fiunt.
6 Partes in communi ſeruo iuris intellectu non autem corpore ipſo habentur.

Caput XII.

FRequens eſt emptoris cum uenditore ſuborta contentio, an ex emptione quinquaginta quatuor iugerum terræ huiuſmodi concepta uerbis, uendidit partem pro indiuiſo cuiuſdam fundi latitudinis centũ iugerum &c. conſtituitquè ſeipſum uenditor emptoris nomine diſtractã partem poſſidere, poſſeſſio agri ob loci & quotæ incertitudinem quæſita, emptori fuerit? imprimis tranſlatam

poſſeſſio-

poſſeſſionem ea forſan ratione credet aliquis, quòd & ſi incertitudo
loci ſecundum Bartoli, Alexandri, & cæterorum ſententiam [f], conſi-
derari poſſit, quia expreſſum minimè ſit, uerſus quam cœli partem,
1 uendita portio reſideat, † tamen reſpectu quotæ Iaſon [t], Decius [u],
Cardinalis Pariſius [x], inquiunt; certitudo ineſſe uidetur, quæ ſola
2 ſufficit in poſſeſſione acquirenda [a], † quota enim portio (Pariſius
ait) poteſt ne dum per nomina ſignificantia propriè quotam, ut ſe-
miſſem, tertiam, quartam, uel ſimilia, ſed ex nominibus quoquè nu-
meralibus, uelut, uno, duobus, tribus, ac ſimilibus numeris rectè
demonſtrari, quare in antelato caſu diſtracta ea pars fundi certior fa-
tis ratione quotæ reddita dici poterit, cum numerus iugerum hic ex
preſſus certitudinem quotæ faciat, ſi ad menſuram totius agri con-
feratur, exindèq; non difficulter agnoſcetur, quota pars de illo fun-
do, qui eſt centum iugerum, promercata fuerit, nequè certitudo cla-
rior, quo ad poſſeſſionem nanciſcendam attinet, dignoſci poſſe uide-
tur, quàm ſi rei alienatæ, uel per nomen proprium quotæ, uel ſub nu
merali nomine demonſtratio fiat, & huic rei argumento id eſſe Pa-
riſius uoluit, quia leges [b], non eo ſenſu capiunt quotam, prout Bar-
tolus & ſequiores eam intelligunt, quin etiam Bartoli, & cęterorum
adducta ratio ſic militat in quotis, quæ ex numerorum nominibus
conſtituuntur, quemadmodum & in alijs partibus propriè quotita-
tiuis, ſi enim mercatus fuero tertiam partẽ agri pro indiuiſo, in quo-
libet fundi ceſpite poſſeſſionem tertiæ partis acquiram, & ad partẽ
illam, uelut, certam, atquè indubitatam animum applicare meũ non
prohibebor, pari ratione certitudo eadem & poſſeſſionis acquiſitio
erit, ubi quatuor ex nouem terræ iugera comparaſſem, nequè diffe-
rentiæ rationem inter hanc & alteram emptionem reddere quiſquã
poſſet, idquè ipſum fateri abſurditatis uitandæ iuſtior cauſa Pariſiũ
inuaſit, Finge duos à teſtatore inſtitutos hæredes, unum in ſeptem
uncijs, alterũ in quinq;, neuter iſtorũ adire hæreditatẽ quiret, quoniã
ipſorũ animus, qui in aditione eſt neceſſarius, neque ad quinq; neq;
ad ſeptem, uelut partes numerales, nõ aũt quotitatiuas appelli poſ-
ſet, ſicq; per Adriani edictum in poſſeſſionem immitti nõ poterunt,
quod nempè & abſurdum & falſum eſſe omnibus liquet, æquè in
aliud indecens atque aſperum nimis incideremus, Duo ſi emerent
ſeruum ualoris duodecim, & alter ſeptem, alter uero quinque nu-
meraſſet, non poſſet tradi, neq; pro ijſdem portionibus ſeruus utiq;
poſſideri, quod Vlpianus negat [c], & his permotus rationibus Cardi
nalis Pariſius in eam cõſulendo procubuit ſententiam, At mihi pro-
babilior, receptiorq; altera placet opinio, ut in re propoſita non loci
ſolũ, ſed & quotæ ſimul incertitudo promineat, quapropter nec do-
minium, nec emptę rei poſſeſſionem, quamuis de poſſidendo cõſti-
tutũ interceſſerit, emptor adeptus intelligatur, utriuſq; enim incerti-
tudo poſſeſſionis prohibet appræhenſionem, ſicuti poſt Accurſium
3 [d], Bartolus, Paulusq; Caſtrenſis annotarunt, † ac ne procul quidem

N huiuſce

[f] In.l.iij. §. incertam .ff.de acqui. poſſ.
[t] In.d. §. incertam nu. iij.
[u] Conſi. clxxix. ad fi.
[x] In conſi. lxi. nu. v. & per totum. lib. i.
[a] .l. ſi fur. §. incertam .ff. de uſucap. l. locus. & d. l. iij. §. incertam. ff. de acqui. poſſeſſ.
[b] In.d.l. locus. & in d. §. incertam.
[c] In.l.v.ff.de ſtip. ſeruo.
[d] In.d.l. emptor. per illum tex. ff. de uſucap. pro empt.

huiuſce incertitudinis requiramus exempla, Bartolus [e], ea perlucidè ſic ipſa oſtendit, quando emit quiſpiam centum terræ cubitus in agro tuo, ubi elegerit ipſe, tunc anteaquàm eligat, licet conſtituerit ſe pro emptore poſſidere uenditor, nulla neruntamen eſt emptori ob quotæ locique in certitudinem ſimul acquiſita poſſeſſio, atq; exemplum hoc imitati ſunt ibi Caſtrenſis, Imola, Angelus, Franciſcus Aretinus, Alexander, Socinus, Friſius, ac denique communi calculo omnes, quod & alibi etiam idem non negat Bartolus [f], & conſulendo ipſe, uel hac de re ſententiam laturus, haud planè ſecus iudicarem,

4 Nunc uero Pariſij obicibus illam eſſe reſponſionẽ dices, † non poſſe quotam per numeralia nomina ſignificari, cum in iure noſtro quota huius generis inueniatur nullibi, ſæpius namque de quotis ſecundum uarias cauſarum ſpecies legumlatores cõmeminerunt, nec unquam ſub numerorum nominibus comprehendi eas ſanxerunt, ſic Antonius Cæſar [g], de inofficioſo parentum eulogio differens locorum præſulibus Reſcripſit, idem Iuſtinianus cenſuit [h], & Iuriſperiti in adoptionum tractatu [i], in Trebelliano ſenatuſconſulto, nec non Falcidij lege [k], Reſponderunt omnes, Offendit nos minus Iaſonis, atq; Decij autoritas, quandoquidem illorum ſcripta aduerſus plures & ſpectatæ fidei uiros maiores minus ſubſiſtant, illorumque ueſtigijs ſi quis inſiſteret, fateri & illud per abſurdum pariter neceſſe foret, incertitudinẽ quotæ nuſquàm reperiri, & tamen aſſeuerat quiſque & non inficiantur illi [l], ob quotæ incertitudinem poſſeſſionis tranſitum impediri, ueraque minus eſt altera Pariſij allegatio, ut certitudo quotæ non agnoſcatur maior, ſi res uendita demonſtretur ſub nomine proprio quotæ, quã ſi numerali uocabulo nominetur, quinimò longè facilior eſt quotæ certitudo hæc quæ ſub nomine ſemiſſis, trientis, quadrantis, & ſimilium exprimitur, ueluti ſi dicatur, quẽ emiſſe tertiam, aut quartã partem pro indiuiſo unius fundi, qui eſt centum iugerum, poterit emptor ualdè expeditius cõmodiuſuè animum ſuum ad tertiam, uel quartam partem illius fundi indiuiſam appellere, poſſeſſionemquè pro tertia ſeu quarta parte in quouis ceſpite terræ nanciſci, quàm ſi dicatur, quinquaginta quatuor iugera terræ ex eodem fundo indiuiſa comparata fuiſſe, quo ſanè caſu in id laborioſum, ſeu impoſſibile magis emptor adigeretur, quòd in minima quaquè agri portione quinquaginta quatuor partes ex centũ poſſidẽdi animum habere deberet, quod perplexũ, ac deteſtabile nimis eſſet, uti ad ſenſum hominis nõ hebetis, & à ratione recta nõ delirantis ratiocinatio hæc ipſa facillimè properat, & leges, quibus ſimplicitas, et leuior uia carior eſt, ubiq; edocent [m], Mouet me itidẽ minus ſequens Pariſij argumentatio, quã facilè abijcies, ſi hæreditatem habere iuris intellectũ dices [n], remquè incorporalem eſſe contendes, ob idquè non propriè, uèrum per fictionem ſolam poſſideri poſſe [o], nimirũ quoniam in iure conſiſtit, animo etiã pro illis partibus ſic enumeratis poterit adiri, fictèq; poſſideri, ſecus eſt in altercatione

e In d. l. ij. §. incert.
f In ſuo conſi. lxiiij.
g In l. cum quæritur. in l. parentibus. C. de inoffi. teſta.
h In auth nouiſſima C. eod.
i In l. ſi arrogator. ff. de adop.
k l. 1. in prin. ff. ad l. falc.
l Iaſ. Deci. & Pariſ.
m l. ſi fictius hæres. ff. de cõdit. inſt. §. ſed cum antea. Inſt. ad tertul. §. cæterum. Inſt. de leg. agnat. ſucceſſ.
n l. hæreditas. in princ. ff. de pet. hæred.
o d. l. iij. in princ. ff. de acqui. poſſ.

proposita

propoſita, ubi de uera & naturali poſſeſſione adipiſcenda quærimus, & ad illam emptoris animus firmiter iungi debet, Præterea obicẽ
5 quoque tolles, † quòd hæredes uicẽ defuncti gerunt, ac priuſquã ex Diui Adriani edicto in poſſeſſionem mittantur, ſola additione animo facta cenſentur effecti hæreditatis domini p, ideo poſſunt, ex edicto in poſſeſſionẽ poſtea immitti, diuerſum eſt in prælato, de quo diſceptamus, caſu quia dominium adhuc non fuerat acquiſitũ, Eadem probè conuenietreſponſio ad id, quod de ſeruo inæquali por-
6 tione empto adducebatur, † partes enim in tali ſeruo communi habent domini iuris intellectu magis, quàm corpore ipſo q.

1 Generalis diſpoſitio comprehendit omnia, quæ nominatim excepta non ſunt.
2 Generalis loquutio (ſi de publico agatur intereſſe) continet etiam illa, quæ alias ſub ea generalitate minimè uenirent.
3 Prædicata fuiſſe talia creduntur, qualia ſubiecta demonſtrant.
4 Fraus ex tẽporis breuitate præſumitur.
5 Probatio per coniecturas ſufficit ad condemnationem in his, quæ ſunt difficilis probationis.
6 Crimen commiſſum á domeſtico uel familiari, præſumitur uolũtate domini factum ſi modò eius commodũ reſpiciat.
7 Fraus præſumitur in his, quæ ſunt de genere prohibitorum.
8 Inſoliti actus dolum & fallaciã arguunt.
9 Tentans celare fraudem, præſumitur fuiſſe illius autor.
10 Eligens imperitos ad negotia, culpæ obnoxius eſt, ac de quouis poſtea contingente caſu tenetur.

Caput XIII.

PVblicanorum conclamatio his apud me diebus increbuit, quòd fraudaſſet uectigal ſcriba quidam obnixus ſumma fraude, calidoue conſilio, farinæ nomine immutato, non paucos eiuſdem modios in ciuitatem hanc latenter inuehi, ob id & ſtatuti pœnam in illum commiſſam, & fraudi huic cum ſcribæ confeſſionem, tum inſolitas, præproperaſquè eiuſdẽ cautelas argumento eſſe publicani contẽdunt, quibus & ego hac de re eo tempore cõſultus aſſenſi, Interrogatus namquè corã iudice ſcriba reſpondit, ſe colono iuſſiſſe, ut curui ſuperponeret inuentas res in prædio ruſticali, Bononiamquè transduceret eas, nequè de farina magis quã alijs rebus aperuiſſe &c. Vnde cum intelligeret iſte, ſe in uillico prædio farinam unà cum rebus alijs diuerſi generis conditam habere, ſi farinam illinc deferri Bononiam noluiſſet, non generalibus utiquè uerbis imperaſſet colono plauſtrum reconditis illic rebus onerare, cæterum excepiſſet nominatim farinam, atquè ſpecialiter mandaſſet, ne apportaretur ipſa, Verbum enim, res, quoniam generale eſt, farinam, & alias cuiuſquè
1 generis ſpecies demonſtrat r, † & in generali diſpoſitione quæcum-
2 què ueniunt, quæ nominatim excepta, non ſint s, † quin etiã ubi de publico, agitur intereſſe, generalis loquutio complectitur, ea, quæ non continerentur alioqui ſub uerborum genere illo t, proinde in mandato farinam comprehendi facilè iudicabimus, nequè his contradicit, quoniã expreſſis uerbis farinam in ciuitatem adduci tabellio

p Deci. conſi. cccccc xcviij. nu. iiij.

q .d. l. v. ff. de ſtip. ſeruo.

r .l. i. in fi. ff. ſi cert. pet.

s .l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. de fid. iuſſ. l. in modicis. ff. de contrahen. empt. Paul. Caſtrẽ. conſi. ccclij. cõmodum &c. col. ij. li. i.

t Deci. in. c. dilecto. prio not. de excep. in cõſi. lxxv. col. v. in prin. lib. v.

u .l. ſi chorus. in prin. ff. de le. iij. l. ſi duo in fi. ff. de adminiſ. tuto.

x Paul. Caſtren. cõſi. cxxi. uiſa quadam. col. ij. in prin. & in conſi. iij. quoniam additione. col. ij. & in cõſ. cccxviij. col. ij. lib. i.

iſte non iuſſerit, quandoquidem in ampliſſimo ac generali ſermonẽ
ſi contineatur farina, ſat eſſe oppido Alexander putarit[u], à quo non
diſſentior ego tantum enim generale mandatum in ſuo genere præ-
3 ſtat, quantum ſpeciale in ſuo particulari exhibet[x], † atquè talia fuiſ-
4 ſe prædicata exiſtimantur, qualia ſubiecta indicant[a], † Breue etiam
temporis interuallum huic meritò aſtipulatur fraudi, nam colonus
dicto audiens, poſtquàm mandatum à domino accepit, quadri-
gam prædictis rebus onuſtam eueſtigiò Bononiam perduxit, ic-
circo farinam ex domini mandato huc allatam fuiſſe proculdubio
5 conſpicor[b], † in his planè, quæ difficilis ſunt probationis ex con-
iecturis colligi probationem ſat eſſe memini[c], & coniecturalis hæc
ipſa probatio contra uectigalium fraudatores præſertim eſt inſtitu-
ta[d], talemquè præſumptam probationem condemnationi ſufficere
Alexander conſuluit[e], Acris itaquè contra tabellionem hunc inpri-
mis præſumptio pugnat, colonus, qui farinam huc pertulit, fami-
liaris eſt ipſius domini, & dum ciuitatem ingrediebatur ſciſcitato-
ribus, qui portis huius rei cauſa aſſiſtũt, cineres includi ſacculis renũ-
ciauit, farinæ autem nomẽ prorſus ſubticuit, quare cum munus ſol-
uendi uectigal pro farina dominum duntaxat reſpiceret, creden-
6 dum eſt, conſilo & domini iuſſu fraudem hanc fuiſſe molitam, † id
namquè in delictis perpetuum eſt, ut quod à familiari, domeſtico,
aut ſatellite perpetratum ſit, id ex uoto domini, ſi modo in rem ip-
7 ſius eſt, commiſſum præſumatur[f], † & poſt Ancharaneum Ioan-
nes de Anania[g], uoluit, in his, quæ dolum & fallaciam ſapiunt, ſu-
ſpitionem malam & fraudem præſumi, ni uerior huic præſumptio-
ni probatio contradicat[h], ſed profecto nulli unquàm ambigere,
quin fraudolentum ſit, non pendere uectigal pro rebus in ciuita-
tem occultè inuectis[i], igitur ſcriba huiuſce fraudis autor puniendus
erit, quando aliquis uetitum à lege quid committit, id callida ma-
chinatione molitus creditur[k], æque in dubio & dolum & fraudem
ex his, quæ ſunt de genere prohibitorum, conijci oportere Alex-
ander ſæpenumero teſtatur[l], eòquè pertinent inſueta huius ſcribæ
prodigalitas, modici temporis intempeſtiua celeritas, & cautelæ
8 nimis adhibita curioſitas, † actus quippè inſoliti fraudem atquè fal-
laciam ſecundum Cornei[m], Baldi[n], nec non Decij[o], autoritatem mi-
rum immodum detegunt, celeritatem immodicam, & liberalitatem
profuſam uel ob id interueniſſe agnoſcimus, quod fraude in ingreſ-
ſu ciuitatis per inſtitores ibidẽ cognita, ad exploratores illos tabellio,
qui auaritia, ſicuti teſtium dicta perhibẽt, undiquè cõtinetur, ſeſe illico
recepit, tentans eoſdẽ pecunia & donis corrũpere, rogansquè enixè, ut
9 fraudẽ agnitam diſſimularent ipſi, † quamobrem cũ hic celare frau-
dẽ muneribus tentauerit, aliaquè id genus ſimilia per obliquè aſſequi
curauerit, dicendum eſt, obiectæ fraudis ſcribam autorem, conſcium
què fuiſſe[p], ex quibus oblatum hoc crimen non poſſe illo argumen-
10 to accuſatum abijcere cõſtat, quia coloni imperitia contigerit illud, †

Dein

b Argu. l. ſi uenturi. §. ſi. & ibi glo. ff. de pri. uileg. cred. Alexan. conſi. xxv. col. ſi. lib. ij.

c . l. aut facta. ff. de pœni. l. neu omnes. §. a barbaris. ff. de re milit.

d Bal. Saly. & omnes in. l. cum proponas. C. de naue. fœno. in. l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit.

e In conſi. lxix. lib. ij.

f . c. conſituti. eum ſeq. de teſtib. Bar. in. l. de pupillo. §. ſi qs ipſi pretori. nu. xix. ff. de no. op. & in. l. i. §. ſi. ff. qui aut clam. Imol. in l. hæres. §. ſi. ff. de cond. & demõ. Alex. cõſ. lxix. col. ij. lib. ij.

g In. c. cũ dilecti. col. ij. de accuſat.

h . l. ſi nõ conuicij. C. de iniur. l. i. C. de ſiſcar. c. i. de præſum.

i Dec. in. c. à nobis. pri. not. de excep. eo. tit. ff. de publica.

k Corn. conſi. ccv. in lit. B. lib. ij.

l In conſi. lxxix. lib. iij. & in cõſi. iij. col. i. lib. i. & in conſi. xciij. nu. vi. lib. vi.

m Conſi. xxiij. & cõſi. ccxvij. lib. iij.

n In. l. teſtamentum. C. de teſtam.

o In. l. quæ dubitatio nis. ff. de reg. iur.

p Bar. in. l. barbarius col. iij. uerſi. iiij. caſu &c. ff. de off. præ. Soci. conſi. cexliij. col. ſi. l ſi. li. ij. Pau. Caſtrẽ. cõſi. cccxxx vij. col. iiij. lib. i.

Dein tametſi, citra ueri præſcriptionem, iſtius criminis in ſcium notarium eſſe concedamus, ſtatuti nihilomagis pœnam uitabit, aſcribenda eſt ipſi quidem culpa hæc, cur imperitos elegerit q, ac de quouis poſtea contingente caſu tenetur r.

1 Legitimā filij nequit imminuere pater, necq; ullo onere prægrauare poteſt.
2 Filius eſt in legitima creditor.
3 Pater poteſt ſub pœna priuationis bonōrum prohibere filio ad certum uſquè tēpus legitimæ alienationem.
4 Prohibitio alienationis legitimæ ad certum tempus per patrem facta ipſi filio eſt fauorabilis.
5 Ratio noua quare ualeat pater alienationem legitimæ filio prohibere.

Caput XIIII.

VEtuerat filio pater ad certum uſquè tempus alienationem legitimæ ſub pœna priuationis bonorum, an parentis deſpicienda ſit huiuſmodi uoluntas, uel magnifacienda potius, conſpicuis utrinquè rationibus pugnatum aliquando perlegi, ea fuit in primis
1 Aretini opinio ſ, patris impunè præceptum ſperni, † Non enim licuit patri onus in legitima filiorum iungere t, aut ſi quid oneris inditum foret, pro non adſcripto cenſeretur illud, ſed liberam & nullo patris imminutam grauamine ſibi caperet filius, uti Baldus u, mox
2 Alexander x, in comentarijs retulerunt, † eſt quippè creditor in legitima filius a, merito præcipuam & prout lex concedit, ſumere illā
3 filium, legislator uoluit b, † Verumenimuero Caſtrenſis c, in aduerſam prolapſus ſententiam pœnale uotum patris obſeruandum prorſus admonuit, & filium, qui legitimam diſtraxerat, omni hæreditate priuatum, ad ſubſtitutoſquè eandem, præter ipſius legitimā, pertinere edocuit, legitimam enim ubi alienauit filius, non reuocant ſubſtituti &c. Nec alia porrò cauſa interdixit ad certum tempus filio pater legitimæ diſtractionem, niſi ut lapſu minoris ætatis, quæ lubrica eſt, & uarijs ſubiecta periculis, alieno indigens auxilio, non circūueniretur filius, ac parum ſibi proſpiciens patrimoniū conſumeret, quod utiquè in ſui poſtea inopiam & dedecus omnino concederet, nimirum deſiderio ardens pater filiorum conſulere imbecillitati, ſalubre pro ipſis conſilium ſæpiſſimè excogitat d, undè illud poetæ,
4 Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis, temporalem igitur alienationis legitimæ prohibitionem inſcribere ualuit pater e, † quæ temporalis interdictio fauorem filiorum tantum, nō etiam aliqua in parte ipſorum odium, doctores inquiunt f, reſpicere poteſt, cumq; fauorabilem eam maiores noſtri exiſtimēt, ab illa recedere, nefas eſſe filio Bar. Bald. Salycetus, & omnes g, cum Paulo Caſtrenſi nequaquàm indoctè cenſuerunt, quod æquè Iaſon h, et alij plerisq; haud planè in-
5 celebres iuris ciuilis expoſitores concordi fœdere probarunt i, † quibus non diſſentiens ego illā prætcrea roboris firmitatem iunxerim, quemadmodum ſtipulari alteri ſimpliciter nemo poteſt, & ſi pœnā ſtipulationi huic addiderit, non inſpicitur, utrū ſtipulatoris interſit,

q .l. cum mandato. in fi. ff. de mino. §. præterea. inſt. quib. mo. re. cōtra. obl. l. utiq; §. culpa. ff. de rei. uēdic. glo. in l. 1. C. de mancip. & colon. lib. x.
r .l. cū duobus. §. dāna. ff. pro Soci. l. ſi uendita. l. lectos. ff. de peric. & cōmo. rei. uēd. Corn. cōſ. cviij. in fi. A. lib. i.
ſ In conſi. xix. ex facto. col. ij. uerſi. ſed poſſet. &c.
t .l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. teſtamen.
u In. l. cum patronus. ff. de leg. ij.
x In. l. in quartā. col. ix. uer. ſecūdus &c. ff. ad l. falc.
a Bar. poſt glo. in l. ſi quis legatū. §. fi. ff. de falſ. l. papin. §. ſi quis impubes. ff. de inoffi. teſt.
b .l. ſi arrogator. §. ſed an impuberi. ff. de adop.
c In conſi. lxxvij. uiſis & conſideratis lib. i.
d .l. nihil. §. facilior. ff. de bon. liber. l. ratio centum. ff. de cō di. & demō. l. nec in ea ff. de adult. l. cū furioſus. C. de curat. furio.
e .l ij. ubi doct. C. de uſuc. pro empt.
f In. l. multi non noræ. ff. de li. & poſth.
g In. l. filiæ mairē. C. de inof. teſt. & Bar. in. l. cum ex filio. in prin. ff. de uulg. & pupil.
h In. l. filiusfamil. § diui. in. ij. lectura. nu. xvij. ff. de leg. i.
i Croc. in. d. §. diui. nu. iij. & nu. xviij. Ferrari. caut. xxxv. Boerius deciſ. lxxxvij. nu. iiij. Picus in. d. l. in quartā. col. xxxviij. nu. xlvi.

ſed quæ fuerit pœnalis conditio ſolum percunctamur [k], ita uel in legitima filij rectè defendi opinor, ut ipſam quoquè per filium diſtrahi, non iuſtè prohibeat pater [l], at qui pœnam adiecerit, ſi alienetur, eandem duntaxat pœnam non uerò prohibitionem legitimè intueamur, ob id legitimæ alienatio perindè ualebit, ac ſi non interdixiſſet eam pater, quanquàm cæterorum bonorum priuatio tunc filium inſequatur, hunc atquè ſenſum Africani [m], diſſertatio iuuat, putantis de contractu ad ſuprema defunctorum iudicia illationem eſſe receptam, & antelata coniectaq; nuper à nobis ratio hæc cum Pauli Caſtrenſis reſponſum cõfirmat, tum propoſitos etiam Aretini obices facilè ſubducit.

1 Hæres non poteſt à legatario conueniri ubi maior pars hæreditatis adeſt, ſi domicilium ibidem non habeat ipſe hæres, ac ibidem non inueniatur.

2 Hæres poteſt conueniri à legatario ubi eſt maior hæreditatis pars, dũmodo aliquod domicilium, ſaltem ſecundarium, inibi quoquè habeat.

Capute XV.

1 PErcunctabatur Romæ amicus noſter, num pro legato eidem liceret inibi hæredem conuenire? † Romæ enim pars hæreditatis maior aderat, quàmuis Florentiæ domicilium hæres haberet, nonnulli, qui iuris ciuilis maximi profeſſores, & multi nominis doctores habentur, hac de re conſulti dixerunt, non rectè legatarium Romæ, ubi domicilium hæres non haberet, ſuas proponere actiones, ni & hæres ibidem quoquè inueniatur, ſic & Principum [n], conſtitutionibus haud ſecus locum fore intelligunt, cumquè intellectũ ex Salyceti ſententia [o], accipiunt, atquè idem Paulus Caſtrenſis [p], affirmat, dum ait, poſſe quem multorum locorum fora propter rerũ diuerſas cauſas ſortiri, nec ideo ubilibet loci, excepto domicilij quidem, iuſtè conueniri, niſi præſens foret ubi cõueniretur, tunc nempè iudicium eo in loco ſuſcipere illum oporteret [q], cæterũ prædicta quàmquàm in caſibus illis improbabilia non ſint, legatario tamen huic, quominus Romæ pro legato hæredem conueniat, nequaquam officiunt, allegabatur namquè, hæredem duo habere domicilia, unum, quod principalius erat, Florentiæ, ubi frequẽtius & maiore anni parte inhabirabat, Aliud non æque principale ſed ſecundariũ
2 Romæ, † unde cum hic hæres non ſolum ratione maioris partis bonorum, uerum & domicilij ſecundarij iure forum Romanum indeptus fuerit, putarim in urbe legatario agenti reſpondere cogi [r], idipſum teſtatos alicubi [ſ], poſt Abbatem Felinum, Marianumquè Senenſem ipſe memini, quàm ob rem ſupraposita Salyceti elimatio ad hunc præſentem caſum porrigenda minime erit.

1 Filia, cui pater legauit centum pro omni & toto, quod petere poſſet in ſua hæreditate &c. repellitur à bonis maternis, ſi ſimile legatum agnoſcat.

k ·l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de uerb. oblig.

l ·d. l. quoniam in prioribus.

m In. l. ſeruum filij. §. eum qui. ff. de leg. I

n In. l. I. C. ubi fideicom. pet. l. ſi fideicõmiſſum. in prin. ff. de iud.

o In d. l. i. uerſi. iuxta prædicta &c. idem Salyc. in. l. ij. C. de iuriſdic. om. iud.

p In. l. ij. §. legatis. ff. de iudi.

q ·l. hæres abſens. in prin. & in. §. i. ubi Caſtrenſis. ff. de iudic. c. romana. § cõtrahentes. de foro comp. lib. vi.

r ·§. i. de treuga. & pa. ce. auth. itaquè. C. commu. de ſucceſſ.

ſ In. c. ex parte. B. de foro cõpet. idẽ. Marian. in. c. ſi. in v. q. eo. tit.

Pater

2 Pater debitor legans filiæ creditrici, quando compenſandi animo uideatur legaſſe.
3 Compenſatio debiti cum legato, quādo in hæredis optione collata cenſeatur.
4 Compenſationem debiti cum legato debere fieri, uel non fieri, ex teſtatoris uerbis depræhenditur.

Caput XVI.

DVbitauere aliquando prudentes in illis teſtatorum
uerbis, legauit teſtator filiæ centū pro omni eo & to-
to, quod ipſa petere poſſet in bonis & hæreditate eiuſ-
dem patris &c. nunquid filia, quæ accepiſſet legatum,
à bonis maternis diceretur ſecluſa, eademquè bona a-
1 gendo conſecutura an eſſet? † illa planè mihi arridet opinio, filiam à
matris hæreditate repelli, in hunc me ſenſum uerba illa defuncti, pro
omni eo & toto &c. quæ diſponentis eam fuiſſe mentem indicant,
ut compenſandi animo legauerit ſic filiæ pater, ob id matris dotē in-
iuſtè filiam poſtulare [t], neq; filiam exceptione iuuari, quòd minus
per legatum acceperit, quàm ex matris hæreditate obtentura ſit, Ac-
2 curſius [u], atquè Caſtrenſis [x], ſunt arbitrati, † Concluſionem ipſam
ſimili modo amplificabis, quando pater ſic filiæ legans eſſet eiuſdē
filiæ debitor ſolum ex debito uoluntario [a], alioqui obligationis ne-
ceſſariæ uinculo ſi deuinctus foret, minorem quæſtio ipſa præſefer-
ret dubitationem, & compenſandi animo tantò magis teſtator legaſ-
ſe uideretur [b], ſin autem dos matris in quantitate conſiſteret, pater
uerò ſpeciem aliquam cum ſupraſcripta uerborum formula filiæ le-
gaſſet, compenſationem tunc non recipiendam Bartolus tradit [c],
3 cui aſtipulor ego, † niſi dixiſſet teſtator, lego filiæ tantum de bonis
meis, quod æquiualeat certæ nummorum ſummæ &c. eo namquè
caſu putarim, compenſationem in hæredis optione collatam cenſeri
cui liberum ſit, uel ſpeciem æſtimatam, uel quantitatem numeratam
4 pro legato filiæ dare [d], † At quid iuris eſſe dicam? ubi non fuit in le-
gato expreſſum, ex hæreditate &c. ſed tantum pro omni eo & to-
to, quod filia petere poſſet in bonis ipſius patris &c. profectò tum
probabilius erit, pro filia reſpondere, ut nulla eidem poſſit obijci cō-
penſatio, quum in bonis defuncti patris neque æs alienum ullum,
per conſequens nec ipſius etiam matris dotem debitam filiæ conti-
neri pluſquàm manifeſtum ſit, proindè matris dotem per id legatū
iure compenſationis non tolli opinati ſunt omnes [e].

t l. creditorem. ff. de leg. ij. l. ſi compenſandi. C. de hæred. inſtit.
u In. d. l. creditorem.
x In. d. l. creditorē. & d. l. ſi compenſandi & c. l. cum ab uno. ff. de leg. ij.
a Alex. conſ. cxxxiij. lib. ij.
b Auth. præterea. ubi not. C. unde uir. & uxor. & in. l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. mat.
c In. l. huiuſmodi. §. cum pater. ff. de leg. i. per. l. ſi. C. de cōpen.
d Arg. quæ not. Bar. in. l. ſi ſeruus cōmunis. §. idem dicendum in fi. ff. de furt.
e Bar in. l. ut iuſiurādi. §. ſi liberi. uerſi. quæro pater &c. ff. de oper. liber. Oldrad. cōſi. cexcvij.

1 Hæres inſtitutus, qui nequè teſtamenti, neq; mortis teſtatoris tempore in rerum natura ſit, licet poſtea naſcatur, hæreditatem nihilominus obtinet.
2 Teſtator poteſt inſtituere ſibi hæredē extraneum quendam naſciturum, dummodo ſciret, illum non adhuc eſſe natum.
3 Teſtator quando dicatur ſenſiſſe, de extraneo hærede naſcituro.
4 Verba præteriti temporis quando ad futurum producantur.
5 Vxor inſtituta hæres in uſufructu omnium bonorum, dicitur legataria tantū rei particularis.

Caput

Caput XVII.

1 INſtitutus hæres ſi fuerit, † qui nec teſtamenti tem-
pore, nec cum moreretur teſtator, in rerum natura
ſit, licet poſtea naſcatur, nihilomagis hæreditatē, aut
legata habiturum Modeſtinus [f] in fideicommiſſo-
rum tractatu, & Vlpianus [g] de rebus dubijs differens
tradiderunt, unde non immeritò hæſitari potuit, ſi uxorem in uſu-
fructu ſuorum bonorū maritus, & in proprietate ac uſufructu poſt
uxoris mortem Sempronij filium inſtituerit hæredes, an quòd fili-
um non genuit niſi poſt teſtatoris obitum Sempronius, de huiuſ-
modi naſcituro filio cogitauerit teſtator, ad illumq́ proprietatem
unà cum uſufructu ſuorum bonorum, defuncta uxore, pertinere
2 uoluerit? † Reor equidem, ſi defunctorum arbitria ſupremis præ-
dominantur iudicijs [h], ex ipſius teſtatoris uoluntate id omne dubi-
um pendere, ut ſi uoluerit ipſe teſtator hæredem illum, qui poſt mor
tem ſuā naſceretur, ſibi adſcribere, id rectè poſſit [i], itaquè in antelato
caſu crediderim, ubi non ignoraſſet teſtator, Sempronium teſtamē-
ti tempore ſine filijs eſſe, filium poſtea genitum, & ante defunctam
uxorem uel in lucem editum, uel in utero exiſtentem [k], hæredem in
3 ſolidum omnino futurum [l], † idem iuris erit, quando prænomina-
tus Sempronius eſſet defuncto cognatus, & ad multos hæredum
gradus diuertiſſet teſtator, uelut quia ſic teſtando præcauit, non exi-
ſtentibus Sempronij filijs, extraneum quempiam hæredem inſtituo
&c. tunc ob gradus pluralitatem, Socinus ait [m], de naſcituro etiam
poſt eius obitum teſtatorem ſenſiſſe uideri, Simili modo poſtea na-
tus hæreditatem hanc caperet, quando ſub conditione, aut incerto
die inſtitutio concepta fuiſſet, quoniam intelligitur de eo, qui tem-
pore uel exiſtentis conditiōis, uel certitudinis diei factæ natus erit,
quod Socinus [n], itidem poſt Ioannem Andream [o], atquè Alexan-
der [p], reſponderunt, cæterum teſtator iſte in diem mortis uxoris ſuę
inſtitutionem contulit, quæ nempè dies mortalibus eſt incerta [q], ni-
mirum inſtitutionem ipſam ualere diximus, prædictis enimuero a-
liquis forſan obijciet, quia teſtatoris hæc uerba præſens tempus ſig-
nificare uidentur, ſicquè de filio iam nato & in rebus humanis, dum
conficiebatur teſtamentum, agente teſtatorem intellexiſſe uideri, nā
& præſentis temporis uerba ad futurum minimè producuntur [r], ac
multò minus præteriti temporis quæ ſunt, in futurum relationem
4 habebunt [ſ], uerum obicibus hiſce reſpondebis, † quotiens præteriti
temporis uerba, quæ ad futurum quoq; poſſunt habere extenſionē,
in diſpoſitione aliqua apponuntur, totiens diſpoſitionem illam à fu-
turo euentum accipere efficient [t], quocirca teſtator Sempronij filium
ſibi hæredem poſt uxoris mortem pleno iure inſtituens, & non ſu-
ſceptis à Sempronio liberis, extraneum quendam, uidetur eo ſenſu
protuliſſe uerba, ut etiam ad tempus uxoris ſuæ obitus eadem non

iniquè

f In l. cum ita legatur. §. in fideicōmiſſo. ff. de leg. ij.
g In. l. ſi cognatis. ff. reb. dub.
h. l. in legatis. C. de leg. l. ſi in nomine. C. de teſtam.
i. l. eius ſeruum. ff. de hæred. inſti.
k. l. qui in utero. ff. de ſtat. hom.
l Alex. conſi. xxvi. ad fi. lib. ij.
m In repet. d. l. ſi cognatis. col. xvi. uer. quarta & ultima cō cluſio &c. per tex. in. d. §. in fideicōmiſſo. ff. ij.
n In. d. l. ſi cognatis.
o In addit. ad ſpecul. in rub de teſtā. uer. Lambertinus &c.
p In conſi. xxij. & in. d. conſ. xxvi. li. iij. ubi allegat. l. cū pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij.
q. l. i. §. dies. ff. de cō di. & demon.
r. l. ſi ſtipulatus. §. cū ſtipulamur. l. ſi à colono. l. cum ſtipulamur. ff. de uerb ob.
ſ Notatur in. §. talis ſcriptura. in princ. ff. de leg. i.
t. l. ſi ita quis. impr. ff. de leg. ij. Bar. & alij in l. ſi ita. ff. de aur. & arg. leg.
u Paul. caſtren. conſi. ccclxxxvij. in cauſa quæ uertitur Bononiæ. col. iij. uer. nūc eſt uidendū & Moder. in. l. i. in princ. ff. ad trebel.

5 iniquè extendi queant, † ſicquè Sempronij filio uniuerſam hæredi-
tatem uxori autem particulare legatum [u], teſtatorem noſtrum dediſ-
ſe opinor.

1 Statutum laicorum à ſummo Pontifice confirmatum quando efficiatur papale, & clericos liget.
2 Statutum non eſt contra libertatem eccleſiaſticam, ubi non aufert eccleſijs illa, quę à iure comuni uel ex priuilegio ſunt ſpecialiter conceſſa.
3 Vniuerſitas, ſiue capitulum non incidit in periurium, quamuis iuramẽtum præſtitum non obſeruet.
4 Vniuerſitas eſt res inanimata.
5 Vniuerſitas licet in periurium non incidat, ſeruare tamen, quod iuramento promiſit adſtringitur, & à primordio iudicij repellitur propter iuramẽti exceptionẽ.
6 Iuramentum eſt perſonale & quo ad pœnas ſpirituales in ſucceſſorem non tranſit, ipſum tamen ſucceſſorem ad obſeruantiam obligat.
7 Factum defuncti iuratò promiſſum poſſunt ſucceſſores, præſtando intereſſe, implere.
8 In integrum reſtitutio eccleſiæ aduerſus iuramentum præſtitum tollitur per lapſum quadriennij.
9 In integrum reſtitutio contra iuſiurandum, non obſtante præſcriptione, quando concedatur eccleſiæ.

Caput XVIII.

VT iam pauca modò eius, de quo pridie conſultus, quę-
1 ſtionum capita attingam, †. Crediderim, laicorũ mu-
nicipale ius, ſi à Pontifice maximo ex certa ipſius ſcien-
tia, & apoſtolica autoritate, ac alijs id genus interpoſi-
tis uerbis, quæ noui iuris ſignificatiua ſint, confirma-
tum, probatumq́ legatur, pontificium rectè nuncupari, ea propter
ad clericos, eccleſiaſticaſuè perſonas haud improbè deduci. Abbas [x],
Felinus [a], Barbatiaq́ [b], uoluerunt, quamobrem Bononienſium ſta-
tuta, quoniam eiuſcemodi ſunt, repellent à teſtificando clericos pro
nummaria ſumma excedente numerum quinquaginta librarum, ea
namquè ſtatuta prohibent huiuſce quantitatis debitum poſſe teſti-
bus probari, ſed ex ſcripto illius probationem fieri mandant [c], neq́
propoſitis contradicit, quòd excipitur in confirmatione ipſa omne
2 ſtatutum, quod aduerſus eccleſiaſticam libertatem inniteretur, † id
enim ſtatutum iuri eccleſiaſticæ libertatis contrariũ non eſt, ubi cle-
ricis, ſeu eccleſijs non aufert ea, quæ uel à iure communi, uel ex priui-
legio ſpeciali præcipua iiſdem conceſſa forent [d], at ſecus quando cle-
ricis adimerent ſtatuentes quicquàm ſpeciale, & in priuilegium ipſis
conceſſum, aut quæ iure cõmuni omnibus etiam laicis competunt,
ſolis clericis tollerent, contra immunitatẽ eccleſiarum tunc id utiquè
factum aſſeuerabimus, pauidiores his planè caſibus fierent clerici,
audaciores uerò laici conſtituerentur [e], quod & Alexander [f], alio-
qui conſulendo non improbauit, Aliud præterea unum in hoc ſta-
tuto animaduertere eſt neceſſe, non reijcit ſimpliciter debiti ultra
quinquaginta libras probationem, quinimò eam, adiecta formula
quadam, concedit, uti ſcilicet per ſcripturam legitimam, ſiue aliter
quàm per teſtes ſolos debitum oſtendatur, ideo cum ſtatutum in eo,

x In conſi. lvij. ad fi. lib. ij.
a In c. i. col. iij. uerſi. unde &c. de conſti.
b In cõſi. xiiij. col. vi. lib. ij.
c Sub rub. de proba. per teſtes non faciendis
d c. i. de immunit. eccleſia. lib. vi. Card. in c. perpendimus. per illum tex. col. xviij. de ſent. excõ. & idem in conſi. cxliiij.
e Bar. Bal. in auth. caſſa. C. de ſac. ſanc. eccle. Abb. in c. nouerit. de ſent. excom. Bart. in l. i. §. quæ onerandæ. ff. quarum. re. act. nõ dat.
f In conſi. xciij. col. ij. & iij. lib. ij.

de quo agitur, caſu non diſponat circa actum, qui ſit proprius cleri
corum, ſed probationem debiti & laicis & clericis communem per
teſtes fieri duntaxat uetet, nec in prohibitione illa clericorum ſpecia
liter meminit, nec probandi actum prorſus ſuſtulit, ſed formam fa
ctu minus difficilem iniunxit, iudicandum eſt, in eccleſiaſticas im
munitates illud nullo pacto irrepere [g], ex quibus relatum [h], Calderi
ni conſilium & nullius bonæ rationis eſſe, & nugalia tantum præſe
ferre, cuiquàm mediocris etiam doctrinę uiro plus ſatis obuium eſt,
quòd autem iuramentum præſtiterit clericorum uniuerſitas, ſiue ca
pitulum, id ipſum uerò in præſentiarum negligant illius uniuerſita
3 tis omnes, † quanquam periurij notam uniuerſitas illa ob id nō ſu
beat, ut ex Cornei [i], Calderini [k], Antonij Roſelli [l], atque Cardinalis
4 [m], traditionibus aliquando accepi, † nam res quædam inanimata
eſſe dicitur uniuerſitas [n], quæ periurium ſolam ſempiternæ ſalutis
5 perditionem afferens [o], neutiquàm admittit, † ueruntamen præſta
re illud, quod iuratò promittit, lege iubetur, & Baldus inquit [p], uni
uerſitatem deiurio ſuo obligari, promiſſumq; obſeruare cogi, & cer
tum eſt, litis primordia uniuerſitatibus atque monachorum capitu
lis denegari, quibus iuſiurandi exceptio poteſt opponi [q], Sequens
altera quæſtio fuit, nunquid ſucceſſores clerici, qui non iurarunt ip
ſi, pro anteceſſorum iuramentis teneantur? eos porrò non deuinci
6 prædeceſſorum iuramento credet aliquis, † quòd perſonale ſit reſpe
ctu iurantis tale deiurium, ad ſucceſſoreſquè non tranſeat [r], quàmuis
ſub nomine etiam uniuerſitatis, Dominicus ait [ſ], iuratum fuiſſet, at
hæc moderāda, ad huncce ſenſum interpretanda uidentur, ſucceſſo
res, quantum ad pœnas ſpirituales pertinet, prædeceſſorum iuramē
to non adſtringi, promiſſa tamen per iuramentum implere compel
li [t], uidemus etenim defuncti iureiurando hęredem ligari [u], & quòd
7 defunctus olim iuraſſet, per hæredem nō poſſe ſubuerti [x], † atque in
propoſito non putarim, ſucceſſores adeò ſuperiorum ſuorum iura
mento conſtringi, ut factum in ſpecie, uel quod aiunt, præciſè præ
ſtari oporteat [a], ſed intereſſe pro facto promiſſo ſucceſſores iuſtè
mutuare Gozadinus cenſuit [b], licet Paulus Caſtrenſis, & Bauerius
contra, quemadmodum contractus ipſe ad hæredes tranſit, ita iu
8 ramenti uim, effectumquè ipſis hærere ſcripſerint [c], † & reſtitutio
nem in integrum aduerſus iuramentum hi, qui iurarunt, fruſtrà pe
tent, ubi quadriennij præſcriptio exacta iam foret [d], hocquè præſcri
ptionis obtentu à limine iudicij facilè propellerentur [e], tametſi non
9 agerent, ſed excipiendo reorum partibus fungerentur [f], † huic enim
uero præſcriptioni haud locum fore dices, ſi enormem ualdè læſio
nem imminere docuiſſent [g], dummodo læſio ipſa æſtimetur ſecun
dum rei ualorem initi contractus & iuramenti tempore ſubſiſten
tem, alioqui poſtea ualor eiuſdem rei ſuperueniens iuratos nihilo
magis iuuaret [h].

Auxilia

g Card. in d. conſi. c. xiiij. Barbacia in rub. de reb. eccle. non alie. & in d. conſ. xiiij.
h Per Sal. in d. auth. Caſſa.
i Conſ. xlviij. lib. iij. & conſi. xlv. col. ij. lib. ij.
k In c. c. de iur. iur. conſi. viij.
l In tract. de conci. §. dubitatur &c. nu. liij. & lxiij.
m In clem. i. in. iiij. q. in fi. de regul.
n c. romana. §. uniuerſitatem. de ſent. excom. lib. vi.
o c. cum contingat. c. licet mulieres. de iur. iur.
p In. l. generaliter. C. de reb. cred.
q c. i. de lit. conteſt. li. vi. Soci. coſ. xxxviij. col. fi. l. i. deciſio. Neapo. cclxxxv.
r Hoſt. in c. ueritatis de iur. iur. Card in clem. i. §. nos itaque in. iij. q. de iur. iur.
ſ In conſi. lx. col. ij.
t Dominicus & alij i d. ... s locis. Frāch. in ... cū c. laicus. de ſen. comp. lib. vi.
u glo. in c. ij. in fi. de pact. lib. vi Bal. in auth. ſacramenta. in fi. C ſi. aduer. uend. & in. l. generali. in prin. & in. l. i. in fi. C. de iur. iur.
x Auth. quod obtinet. C. de probatio.
a Bal. in præliud. feud. col. vij.
b In. l. ij. C. de pact. inc. empt. & uend.
c Caſtrenſis cōſi. lxv Bauer. in tracta. de part. iura. in. xlv. q.
d c. i. de in integ. reſti. li. vi. clem. i. eo. tit. Deciſ. neapolit. clxxv.
e Bal. in. l. fratres. C. de tranſact. Deci. conſi. xxij. col. pen.

1 Auxiliator (ſi cauſam ſeditioni auxiliũ dedit) eadem, qua principalis, pœna feritur, ſecus ubi non fuit ipſe cauſa efficiens delicti, tum mitius punitur.

2 Opem ferens poſt admiſſum crimen fugienti, non erit auxilium huiuſmodi cauſa efficiens delicti.

3 Offerens pugionem furenti, ut ſe uel alium confodiat, cauſam morti præbuiſſe dicitur.

4 Detinens aliquem, ut interficeretur ab altero, punitur occiſoris pœna.

5 Suggerens alicui, uel mandans, aut conſilium dans de facinore perpetrando eadem pœna, qua malefactor afficiendus eſt.

6 Remorans aliquem falſis uerborum illecebris, ut ab alio offenderetur, unà cum offendente plectitur coertione.

7 Aſſocians delinquentem cum armis, quanquàm ipſe non percutiat, percuſſoris tamen pœna reprimitur.

8 Commodans equum uel arma delinquere uolenti, aut exploratoris officium præſtans, uel domum ad colloquia concedens illam, qua tenetur delinquens, pœnam commeruit.

9 Explorator ſecretorum alterius, ut hoſti renunciet, proditoris quoque nomen habet.

10 Proditor non gaudet beneficio ſtatuti eximentis delinquentem à pœna iuris communis.

f Cyn. in. l. ſuperuacuã. C. de temp. in integ. reſt. Card. & Imol. in clem. i. de in integ. reſti.

g .d.c.i. in ſi. Roma. conſi. cxxiiij. col. ſi.

h Guid. pap. deciſ. cl. iiij. Iaſ. conſi. liiij. & lv. lib. i.

Cap. XIX.

AVxilium qui delinquenti tulit, modo eadem, qua prin
cipalis, coertione, modo leuiori puniendum ex uarijs
1 ſapientum lectionibus comperi, † itaq; auxilium ſi
cauſam ſeditioni dedit, ſeditioſus, & auxiliator una fe
rientur pœna, ſecus ubi quis iuuit delictum, non ta
men cauſa delicti efficiens ipſe fuit, tum mitius ſecundum Salyceti
[i], de raptu uirginum fabulantis opinionem, Cæpollæ cõſulentis re
ſponſionem [k], Abbatis, Felini, Decij, ac cæterorum iuris põtificij cõ
cluſionem [l], plectendus erit, uerum quo notiora hæc lectori fiant, ex
2 empla ſubnectam, † poſt crimen admiſſum, quãdo fugienti auxiliũ
quis præſtitit, auxilium pro cauſa delicti non eſſe accipiendum Bar
3 tolus [m], Angelus Aretinus [n], exiſtimarunt, † at ſi furenti pugionem
obtulerit ut ſe uel alium confodiat, cauſam morti præbuiſſe dicetur
4 [o], † aut ſi unus deprehenſum aliquem continuit, & alter interemit,
detentor ille, quaſi mortis cauſam præſtiterit, de occiſo tenebitur [p], †
5 idque iuris itidem eſt in ſuggerente [q], ac & in illo, qui facinus fieri
6 præcepit, uel ut fieret conſilium dedit [r], † ex quibus poſſe aliud quo
que exemplum colligi Cæpolla putauit [ſ], uelut quando prætereun
tem euocauit aliquis, & falſis uerborum illecebris uſque adeò illum
eſt remoratus, quòd ab altero fuerit interemptus, tunc nõ minore is
pœna dãnandus erit, quã ſi proprijs illum manibus occidiſſet, cui al
7 ter eſt ſimilis, † qui telo armatus, quamuis nõ percuſſerit ipſe unà ta
men cũ percuſſore adfuit, cuius præſentia malefactoris improbitatẽ
8 augere & cõfoſſi animũ conterrere potuit [t], † idem ſi equũ uel arma
in hoc accõmodaſſet, aut exploratoris officiũ inſidiatori exhibuiſſet
[u], uel domum pro colloquijs futuri facinoris cõceſſiſſet [x], unde com
pertũ ſatis de iure cõmuni habemus, auxilium præſtitũ debere eun
[illegible] delicti finem reſpicere, tametſi eodẽ nõ interfuit tempore, alioqui
non illa ferens opem, qua primus delinquens feriretur pœna, ſed fir
[illegible] uto iuberi, nõ eadem pœna ligari auxiliatorem, ni fuerit eius
[illegible] um in ipſo maleficio cooperatiuum etc. an qui exploraſſet, quo

i In. l. i. C. de rap. uir.
k In conſi. xxvij.
l In. c. i. de off. deleg.
m In. l. is qui opem. in ſi. & in. l furti. §. ope. ff. de furt.
n In tract. maleſi. in uer. dicto. maleficio ſemper aſſiſtit etc. col. iij.
o .l. nihil. et ibi glo. ff. ad. l. Cornel de ſica.
p .l. item Mela. circa prin. ff. ad. l. aquil. .c. ſuſcepimus. in ſi. de homicid.
q .c. ſicut dignum. §. qui uero. de homic.
r .c. ſicut uiduam. 50. diſtinc. glo. in. c. de cætero. de homicid.
ſ In. conſi. xxxiiij. col. ij.
t Innoc. in. c. continentia. de cle. percuſſ. Bal. in. c. i. de beneſic. frat.
u Soci. conſi. xxxvi. lib. ij.
x .l. qui domum. cũ ſequenti. ff. de adulter.

profecturus erat percutiendus, & id homicidæ renunciaſſet, pari, pu
nitione afficiendus foret: & occiſoris pœna hunc quoque cædendum
ipſe reor, uerba namque ſtatuti ſimpliciter exſcripta à iure communi
diſtingui, & iuxta illius diſpoſitionem exponi Imperatores ſanxerũt
[a], ſic & ius nouũ à lege uetuſtiori limitationes, ueroſquè ſenſus con-
quirere ſolet [b], nimirum lex municipalis uolens in homicidio ipſo
auxilium cooperari, ut par ambos coertio ſequatur, locum æquè ha-
bebit, quando tutior delinquenti faciliorquè aditus, huius explora-
tionis gratia, fuit, illud enim auxilium in facinore iſto uſquè in finẽ
non defuit, quinimò, uelut cauſa efficiens, idem crimẽ parturit [c], me-
ritò auxiliatorem hunc eadem pœna plectendum non inficiabor,
9 quod eſt præſertim uerum in eo, de quo quærimus, caſu, † quoniam
exploratori huic aliorum ſecreta hoſtibus nuncianti proditoris etiã
10 nomen congruit [d], † quare ſtatutum eximens delinquentem à pœna
iuris communis, non illum tamen, qui proditoris opus expleuit,
uelle tueri Angelus [e], & Cepolla [f], animaduertunt.

a In. l. ſerui ueſtri. C. de noxali.
b Not. in. l. ſciendum in prin. ff. qui ſatiſda. cog.
c Bal. in. l. ex placito. col. ij. C. de rer. permut.
d . l. omne delictũ. §. exploratores. ff. de re. milit. l. fi. C. de delat. li. x.
e In additio. ad Bar. in. d. l. fi. de delato.
f In. d. conſi. xxxiiij. col. ij. uerſi. præterea &c.

1 Confeſſionem propriam quando reuo-cet confitens.
2 Errorem non ideo interueniſſe proba-tur, quia rem ſe aliter habere appareat.
3 Cõfeſſio facta cum certa qualitate, quã-do ab illa qualitate ſeparari poſſit.
4 Pluralitas obligationũ nõ præſumitur.
5 Solutio debiti in duriorem & periculo-ſiorem cauſam facta præſumitur.
6 Qualitas iuncta confeſſioni reijcitur, ſi contra eam præſumptio aliqua pu-gnet.

Caput XX.

QVæri ſolitum eſt, ſi confitentem ſuæ profeſſionis pœ
1 niteat, uſquè quo illam reuocet, † cæterum quoniam
iudicatæ rei confeſſio propria obtinet firmitatem [g], ex
interuallo eã, ni ſe prolapſum errore doceat confitens,
improbare nequibit [h], quæ & ſi per ſe uera ſint, tum
etiã maximè procedunt, quando iuramenti uinculo irroborata con-
feſſio fuit, quæ cum iurata ſit, deliberatè magis emiſſa creditur [i], ne-
què multum referre dixerim, an ſit confeſſio ſuper alterius facto, aut
proprio confitentis, dummodo factum illud inquirere diligentius
debuiſſet, & iuſiurandum in illa præſtiterit, nam recedi ab ea
2 non poteſt priuſquàm confeſſionis error demonſtretur, † quem
nec probatum intelligi, Abbas monuit [k], licet rem aliter ſe habe-
re, quàm ſit confeſſum, oſtenderit ille, minus atquè probaſſe di-
citur rem aliter cecidiſſe, quàm ipſe ſua uoce atteſtatus ſit, quoni-
am ſe non recepiſſe naturaliter & uerè pecuniam ſocio ipſius nu-
meratam docuerit, quandoquidem ea numeratio duobus modis
cõtingere poſſit, aut propriè & ipſo numerationis actu interpoſito,
aut per fictionem iuris interpretatione inductam, uelut, cum quis al
terius uoluntate pecuniã recipit [l], undè cõfeſſio ipſa & ſi in actu pro-
prio & naturali deficiat, ciuili ſaltem, iuriſquè interpretatione ſuſti-
3 neri poteſt, prædictis non inſcitè iunges, † ubi confeſſioni certa

qualitas

g . l. i. ff. de confeſſ.
h c. fi. de cõfeſſ. l. non fatetur. ff. eo. l. cum falſa. ubi. Bar. C de iur. & fact. ignorã.
i per not. in. l. ſciendum. ff. de uer. ob.
k In. c. fi. col. penul. de confeſſ.
l Bar. in. l. eandem. in prin. ff. de duob. reis.

qualitas annexa fuerit, nunquid poſſit cõfeſſionem ſcindere aduer-
ſarius, illamquè ſine addita qualitate pro ſe recipere, ueluti ſi aſſeue-
ret dominus, ob nõ ſolutas penſiones cecidiſſe ab omni ſuo iure em
phyteutam, interrogatus tamen reſpondeat, ſibi nõnullas aliquotiẽs
pecunias nõ iure emphyteuticæ locationis ſed ex alia cauſa dinume-
ratas fuiſſe &c. reor equidem in oblato themate admotam qualitatẽ
haud iniuria abijci poſſe, & puram cõfeſſionem in emphyteutæ cõ-
4 modum ſolam intendere, † Pluralitas enim multiiugæ obligationis
præſumitur in dubio nequaquàm ni euidentiſſimis de ipſa argumẽ-
tis conſtet, uti Innocentij [m], Baldi [n], Bartoli [o], atquè Aretini [p], ſen-
tentia atteſtatum eſt, itaquè ſi emphyteuſis locatio appareat, alteram
obligationis extare cauſam nõ præſumemus, nam & quæuis altera
legitima obligatiõis cauſa factum aliquod præceſſiſſe indicat, à quo
uinculum obligationis ſeu contractus deſcenderit [q], at uerò quæ fa-
cti ſunt, abſquè idonea cõteſtatione minus præſumuntur [r], uel eſto
citra ueritatis præſcriptionem, quòd ſuperfuiſſet itidem, præter em-
5 phyteuſim, altera obligatio, † nonnè pro emphyteutico iure magis,
quod periculoſius eſt ob caducitatis prominẽtem pœnam, quàm a-
6 lio obligationis titulo ſolutas huic pecunias fuiſſe arbitrabimur [ſ]. †
nimirum iuriſperiti cõſentiunt omnes, ut de confeſſione iuncta qua-
litas reijciatur, & ſola ſpectetur ſimplex confeſſio, quando aduerſus
qualitatem illam coniecturalis aliqua probatio pugnat, & confitens
indubitatis probationum generibus illam eſſe ueram ius dicẽtis re-
ligioni inſinuet, huiſquè concluſionis Bartolus [t], Aretinus, Alexan-
der [u], Abbas [x], Baldus [a], & Reliqui [b], autores fuerunt.

m In. c. cum Ioannes. de fid. inſtrum.
n In. l. fi. C. de reb. credit. & in. l. conuẽticulam. C. de epiſc. & cler.
o In. l. ſi in rem. ff. de rei. uend.
p In. l. hæredes palã. in prin. col. v. & vi. ff. de teſtam.
q .l. conſilio. §. quæſi tũ. ff. de cur. furio.
r .l. in bello. §. factæ. ff. de cap.
ſ .l. cæterum. l. & magis. ff. de ſolutio.
t In. l. Aurelius. §. idẽ quæſiuit. ff. de lib. leg.
u In. l. decẽ. ff. de uer. oblig.
x In. c. bonæ. ſ. ij. in fi. de poſt. prælat. et in. c. cum ueniſſent. in. viij. not. de inſt.
a In. l. i. C. de cõfeſſ.
b Deci. in. c. cum uenerabilis. col. xi. de excep. Soci. in. l. nõ utiquè. col. pen. de excep.

1 Appellationes ad papam inferior iudex non committit.
2 Appellatio ad papam omnem penitus cauſam ad ipſum deuoluit.
3 Delegatio cauſæ facta per dominum papam non debet ſecundum leges inferiorum, ſed tantum ſuis cognoſci & terminari.
4 Tempus proſequendæ appellationis cõtinuè currit, licet à iudice incompetenti commiſſa appellatio fuerit.
5 Iudex non poteſt inſtantiam cauſæ prorogare, ſicuti nequè partium conſenſu etiam iurato interueniẽte tempus aliquod non cucurriſſe, pronunciare poteſt.
6 Iudex allegatus ſuſpectus nequit de principali negocio ſententiã ferre, niſi de cauſa ſuſpicionis cognouerit prius.
7 Iudex, contra quem declinatoria exceptio obijcitur, non poteſt, niſi de ipſa exceptione prius cognouerit, in principali negocio procedere.
8 Appellatio ab interlocutoria lata ſuper declinatoria exceptione non iuſtè denegatur.
9 Appellatio ab interlocutorijs totiens debet concedi, quotiens irreparabile damnum interlocutoriæ ipſæ afferrent.

Caput XXI.

1 APpellationes ad ſummum pontificem interpoſitas †
non poſſe ab inferiore iudice, tametſi generalis legati
autoritate inibi fungatur, delegari, ſeu (ut uulgo fer-
2 tur) committi, conſtitutum eſt [c], † ipſa namquè ap-
pellatio ad Papam omnem prorſus cauſam deducit [d],

c c. ſtuduiſti. de offi. leg. lib. vi. l. aduerſus. & ibi Bal. C. ſi aduer. rem iud.

3 meritò illam nemo tanget alius,† & ubi per ipſum pontificē demā
data alicui fuerit, non ſecundum municipalia iura locorum, uel cōſti
tutiones alias, quàm ſummi pontificis, examinanda erit, Pontificū
enim iuſſiones non ex inferiorum legibus methodum aut cenſuram
capere, æquum eſt, quū eas pontificiæ legi duntaxat ſubiacere, Bal-
dus [e], atque Caſtrenſis [f], non indoctè uoluerint, ſin autē minor iu-
4 dex appellationes huiuſmodi cuiquàm ſupinè cōmiſerit,† currere tē
pus interim proſequendæ appellationis nihilominus crediderim, in
hunc me præſertim ſenſum Angeli [g], cōcluſio adegit, dicentis, appel-
lationum tempora cōtinuè labi, quamuis incompetens iudex appel-
latus fuerit, igitur debuit conſimili ratione præterire tempus, quan-
5 do ab iudice indecenti cōmiſſio appellationis facta fuit,† atque hic
iudex, cui talis ſit demandata appellatio, ſicuti neq; alius quiſquàm,
fatalia cauſæ prorogare nequibit [h], uti nec partium conſenſu etiam
6 iurato inſtantiæ tempus aliquod non cucurriſſe, iudicare poteſt [i],†
& huic cōmiſſario iudici, ſi ſuſpectus ab altero litigatorū allegaretur,
non liceret, ſuſpitionis cauſa incognita, ſententiam de ipſa re principa
li dicere, & dictam cum omni proceſſu cauſæ inualidam eſſe, Barto-
lus, Alexander, & plerique iuris ciuilis profeſſores [k], nec non canoni
cæ legis Hoſtienſis, Abbas [l], Petrus Ancharaneus, atque Domini-
7 cus [m], interpretes concordi aſſenſu probarunt,† idem foret, ſi excē-
ptio iuriſdictionis oppoſita iudici eſſet, & ipſe uel negligens cogno-
ſcere illam, uel ea quoq; cognita ſententiam nihilomagis de ipſa tu-
liſſet, ſed in principali negocio ulterius proceſſiſſet, geſta indè omnia
erūt inualida, neq; ideò iudex, quòd ulterius in principali cauſa pro-
ceſſerit, ſuper declinatoria exceptione, cuius etiam notionē adhibuiſ-
ſet, pronunciaſſe uideretur, quinimò talis proceſſus & reliqua dein
omnia, uelut ab eo, qui ſe iuriſdictionē habere ignoret, malè acta cor
ruere, Bartoli [n], Abbatis [o], Antonij Butrij [p], Pauli Caſtrēſis [q], Ale-
8 xandri [r], & Cæterorum [ſ], poſt Innocentium [t], opinio una fuit,† ſi
uerò ſententiam ſuper declinatoria interloquendo dixerit, ab eadem
interloquutione appellationem non iuſtè denegari, prudentes credi
9 derunt [u],† cuius doctrinæ rationem illam etiam Bartolus docuit [x],
quòd irreparabile grauamē afferat interlocutoria huiuſmodi, ut nec
à diffinitiua poſtmodum appellatio ſeſe ad illud extendat, quum id
ipſum grauamen cum principali negocio commune habeat nihil.

d In Rot. nou. deciſ. cccixi. fuit dubitatum &c. c. paſtoralis. §. uerum. de appellat. c. ſi à iudice. de appellat. li. vi.
e In d. l. aduerſus. in fi.
f In conſi. cxcviij. in fi.
g In conſi. cc. col. ij. uer. circa tertiū &c.
h . l. properandum. in prin. ubi not. C. de iudic.
i Alex. cōſ. cxxxvij. col. i. li. ij. & in cōſi. clxxx. col. i. li. vi.
k In. l. quia poterat. ff. ad trebel.
l In. c. cum. ſpeciali. de appella.
m In c. iudex. de offi. deleg.
n In l. ij. ff. ſi quis. in ius uoc. non ier.
o In. c. paſtoralis. de excep.
p In rep. c. ſuper litteris. de reſcrip.
q In. l. i. C. de ord iudici.
r In conſil. lxxxiiij. lib iiij.
ſ In. l. multum. ff. de cond. & demon.
t In. c. præterea. de dilat.
u Bar. & modet. in. d. l. ij. Bar. in. l. à procedente. C. de dila. Caſtrenſis in. d. l. i. col. fi.
x In d. l. ij. in prima. & latius in. ij. lect. uer. iuxta hoc quæro &c.

1 Statuta, quæ propter maſculos dotatas fœminas excludi iubent, quantum in illa dote contineri uelint.
2 Puellæ ſimplices renunciantes parentū bonis quando præſumantur per errorē renunciaſſe.
3 Puellæ, quæ renunciarunt parentum bonis cum iuramento, quando abſolutionē eius impetrare queant.
4 Alimentorum nomine ſorori datum nō imputabitur in legitimam ipſius.
5 Mulieri nolenti nubere, ſed uitam uiuenti cœlibem eadem nihilominus dos præcipua debetur, quæ nubenti datur.
6 Cœlibatus uirginum non debet iniqua affici conditione.

Caput XXII.

PAternis renunciant plerunquè bonis deceptæ puellę,
ac lugentes poſtea aſſiduis lamentantur querelis,
quibus ut pro uirili conſulamus, illud in primis ego
1 præmonuerim † ſtatuta, quæ in Latio ubilibet iam
iam inualuerunt quòd per filios maſculos dotatæ fœ-
minæ in ſuccedendo excludãtur, eo ſenſu accipi oportere, ne ipſa dos
conſtituenda à fratre, ſeu alio, quã à patre, ſit minor legitima per na-
turæ legem eis debita, totam enim legitimam in dote tunc contineri
debere Paulus Caſtrenſis [a], Curcius [b]. Alexander [c], Philippus Cor-
neus [d], Socinus [e], & alij [f], frequentiore conſulto addixerunt, undè
quidquàm modicum minus earum legitima accipientes filiæ cũ fra-
tribus paciſci aſſolent, ſe nihil præterea ex parentum bonis petituras,
quarum pactiones auguſta ſanctione [g], recipi poſſe ſibi ſuadent fra-
2 tres, quod nempè falſum reor, † ſiquidem totorum bonorum legiti-
ma filiabus ſit debita, & illi pro aliqua parte renunciauerint ipſæ, nõ
porrò, niſi per errorem, & iuris factiquè ignorantiam renũciatio hęc
facta æſtimabitur, puellæ ſimplices & ignaræ uiriũ hæreditatis pa-
ternæ, nec non quotæ portionis, quæ per legem ſibi naturaliter debę-
retur, haud difficulter opinatæ ſunt, nihil amplius, quàm fratres ob-
tulerint, eis deberi, errores hi ſanè, uel ſtultitia præſumuntur potius,
quàm iuriũ, aut bonorum ſuorum iactatio [h], hæcquè iuris præſum-
ptio cæteris antecellit præſumptionibus [i], & ſupraſcriptis huiuſmo-
di maximè locus foret, ubi circumuenta à fratre ſoror infra legitimę
ſuæ dimidium erit, eſt probabiliter eo caſu renunciatonis permiſſa
3 reſciſſio [k], † tametſi iuſiurandum in renunciatione exhibuiſſet ſoror,
quæ cum ſit minor, & dolo malo deluſa præſumatur, remiſſionẽ iu-
ramenti poſtulans ex Ancharanei conſultatione [l], Butrij autoritate
[m], Alexandri reſponſo [n], Cornei [o], atquè Romani [p], deciſione impe-
trare poterit, proindè elimabitur ex his dictum Bartoli [q], aſſeueran-
tis Imperatorũ illud de reſcindendis contractibus reſcriptum ſuis ca-
rere uiribus, quando iurata pactio illa fuerit, id planè locum habere
poſſet, niſi à iuramento liberatiõem pars læſa poſtulaſſet, hoc namq;
deiurium licet abſquè interitu ſempiternæ ſalutis, reſpectu læſi ſerua-
ri queat, tamen reſpectu decipientis abſquè damnatiõe ipſius ſeruari
nequaquàm poſſet, aut etiam Bartoli limitationem procedere illic
dices, ubi maior uigintiquinq; annis eſt ille, qui deierauit, alioqui a-
doleſcens minor ſi iuret, eatenus operabitur iuramentum, quatenus
pro maiori illum repreſentet, ſicquè perindè iurans habendus erit, ac
ſi contrahendo maior eſſet, ſi nequè iuramento conuenta omnia pro-
miſiſſet, & eo tum caſu ambigit nemo, contractũ, enormis læſionis
4 gratia, poſſe reſcindi [r], † & ſi quid ſororibus alimentorum nomine
exhibuiſſet frater, non debebit id in legitimæ ſupplementum impu-
tari, quoniam ſolutio una duas non adimit obligationes [ſ], nimirũ
quæ pro alimentis debitis data fuerũt, in alterius cauſam compenſa-
ri non poterũt, & quæ pro dote mulieris nuptæ pridẽ omnia diſſer-
uimus,

a In conſi.cx. in. vij. dubio.
b Conſi.xliij.conſil. lxxij. & in conſil. ccccxli. in fi.
c In conſi. lxxxiij. li. iiij.
d Conſi.ccx.col.fi. li. .i. & in conſi. cxv. lib. iij.
e Conſi. cclxxxviij. col. ix. lib. i. & in l. hæredes. §. cum ita. ff. ad treb.
f Brun. in tract. ſtat. exclud. fœm. propter maſculos in. i. q. noni articuli.
g In. l. ſi quando. §. illud. C. de inoff. teſt.
h Bal. in. l. generaliter .C. de non nu. pec. Iaſ. in. l. cum quid. col. v. ff. ſi cert. pet.
i .l. cum de indebito .ff. de probat.
k .l. ij. C. de reſcin. uẽ. c. cũ cauſa. de empt. & uend.
l In c. canonũ. in. xl. arti. princi. de conſtitu.
m In. c. cum cõtingat. in. iiij. membro. de iur. iuran.
n In cõſ. lxxxix. li. ij.
o In cõſi. xi. & conſi. cclxxxviij. li. iij. & in conſi. cclviij. lib. iiij.
p Conſi. liiij. & conſi. xc.
q In. d. l. ij. C. de reſcin. uend.
r Alexander. d. cõſi. lxxxix. co. iiij. li. ij. & doct. in. d. l. ij. & in. d. c. cum cauſa.
ſ .l. de pupillo. §. ſi in pluribus. ff. de no. oper. nunc.

uimus, eadem pariter uera eſſe in quaſi dote, quæ mulieri nolenti nu-
5 bere, ſed uitam agenti cœlibem danda ſit, proculdubio fatebor, † ob
illa etenim ſtatuta, quæ in ſucceſſione maſculinam prolem filiabus
dotatis prætulerunt, deberi nihilominus ei, quæ maritum ducere no
lit, tantundem loco dotis præſtandæ illi, quæ nupſit, Baldus alicubi
enarrauit [t], quod & Petrus Ancharaneus æquè admittit [u], & Cã-
6 pegius in tractatu dotali idem latius minimè refellit [x], † abſterreret
ualdè à cælibatu uirgines triſtis ea conditio, ſi indotatæ uitam duri-
ter uiuere tum cogerentur, quod abſurdum nimis abijciunt omnes.

t In. l. pactum quod dotali. in. xx. q. C. de collat.
u In. d. c. canonum. in charta. xxxix.
x In quinta parte. q. lxi.

1 Emptor tenetur ſtare colono etiam habenti rem generaliter tantum obligatam, præſertim ſi Iuramentum interuenit, ut infra.

2 Creditor in re hypothecata præfertur debitori.

3 Iuramentum ſpecialis hypothecæ uim obtinet.

Caput XXIII.

IN pleriſquè iudiciorum ciuilium monumentis per
manus hominum uerſam iamdiu quæſtionem legi-
mus de emptore illo, qui ſtare in agro colonum per-
peti anxiè recuſet, parum enim adiumento id condu-
ctori eſſe debuit, emptor inquit, quòd ſpoponderit lo
cator dominus conducenti, non feciſſe, neque poſthac ſe facturum di-
ſtractionem aliquam eiuſdem fundi in præiudicium ipſius locatio-
nis, pro quibus etiam implendis obligationem omnium ſuorũ bo-
norum generaliter iniunxerit, generalem porrò hypothecam bono-
rum haud colono ſufficere, quominus ager cuiuis per locatorem le-
1 gitimè uæneat, ab Imola [a], atque Alexandro [b], exiſtimatum eſt, † cæ-
terum hac de re ſecus ipſe cum Marcello [c], dicendum ſatius putarim
ut præſcripta pactio ſit omni caſu ſeruanda, & quantumcunquè ge-
neralis locatæ rei obligatio fuerit, non idcirco minus, quàm ſi ſpecia-
lis eiuſdem interceſſiſſet hypotheca, pactam conuentionem ſeruari
colono oportere, meritò uenditionem hanc eſſe nullam, prorſuſque
ſic factam collabi, & Pauli caſtrenſis [d], poſt Bartolum [e], & Salycetti
poſt Baldum [f], extant ubiquè traditiones, quam itidem opinionem
Alexander [g], & Imola [h], nonnunquam ſunt imitati, & Corneus [i],
2 Abbaſquè [k], non auerſantur, † nam qualemcunquè hypotheca in
re habeat creditor, quum ipſius uel maximè interſit, debitori eſt præ-
ferendus [l], tantundem utiquè generalis, quantum ſpecialis, proui-
ſio præſtare ſolet [m], & hanc ego partem nequaquàm aſpernari præ-
ſertim licere duxerim, ſi iuramentum promiſſis omnibus in locatio-
3 ne adſcriptum fuerit, † eandem iuſiurandum, quam ſpecialis hypo-
theca habet, poteſtatem gerit, quod ex eo facile intelligimus, ut quo-
tiens diſpoſitio generalis aliqua extendi nequeat ad caſum non ex-
preſſum, quia ſpecifica illius mentione ſit opus, totiens inditum ge-
nerali diſpoſitioni iuramentum ſpecificam penitus præſtare men-
tionem,

a In. l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege. ff. de uerb. oblig.
b In. l. filius familias. §. ſi uir. ff. ſolut. mat.
c In. l. ſi creditor. §. quæritur. ff. de diſtract. pignor.
d In. d. §. ea lege.
e In. l. qui fundũ. ff. locat. & in. l. i. § quod autem. ff. de ſuperfici. & in. d. §. ſi uir.
f In. l. emptorem. C. locat.
g In. l. qui abſenti. §. i. ff. de acqui. poſſ.
h In. d. §. ſi uir.
i Conſi. ccxxi. col. i. & ij. lib. iiij.
k In. c. fi. col. fi. ne prælati uice. ſuas.
l . l. ei qui. ff. de ſerui.
m . l. omnes. C. de præſcrip. xxx. anno. l. ſi duo. in fi. ff. de admini. tuto.

tionem, caſumq́ue tacitum ob id ſub diſpoſitione illa rectè cõprehendi, ſapientiſſimus uir ille Papinianus in fideicommiſſorum legibus teſtatum reliquit [n], cuius autoritate Cinus, demum Baldus [o], Salycetuſquè ſimul confiſi id ipſum fuſius repetunt, Pontanus, & Alexander probarunt [p], Franciſcus Aretinus conſulendo reſcripſit [q], Noſtrateſq́ue in ſuo tractatulo [r], pariter quoquè commeminerunt.

n In. l. cũ pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij.
o In. l. 1. col. pen. uerſ. ſecundo quæritur &c. C. commod.
p In. l. 1. §. ſi quis ita. ff. de uerb. oblig.
q In cõſi. xxxiij. col. iij. uer. ij. quia etiã
r In tracta. de effect. & uir. iuram. col. ij.

1 Impenſa funeris, item legitima de fideicõmiſſo imprimis eſt deducenda.
2 Legitimam ob non confectum inuentarium non perdit filius.
3 Fideicommiſſum quando dicatur iniunctum filijs & non filiorum hæredibus, uel è cõtra, & quis indè reſultet effectus.
4 Dos filiabus per patrem relicta non eſt loco legitimæ, quum nulla eis (ſi ſtatutum fœminas propter maſculos excludat) legitima debeatur.
5 Trebellianica propter non factum inuentarium minimè amittitur.
6 Fructus per filium rogatum decerpti ex fideicommiſſaria hæreditate quando in trebellianicam imputandi non ſint.
7 Declaratio ad l. iubemus. in fi. C. ad Treb.
8 Extenſio legis uel ſtatuti etiam in correctorijs quatenus uerita eſſe intelligatur.
9 Fructus imputandi in trebellianicam ex quibus legantur rebus.
10 Fructus ex quauis re lecti non imputantur in legitimam.
11 Melioramenta ex fideicommiſſo deducenda ſunt, & quæ pro his remedia competant.
12 Vendens rem ſub conditione, et interim ea pendente ſi melioramenta fecerit, recuperabit ipſa.
13 Socius aut frater impendens quidquã utiliter in re communi, recipit à ſocio uel fratre impenſam pro rata.
14 Fructus percepti ex re meliorata quando pro melioramentis mutuentur.
15 In reſtitutione fideicommiſſi bona ex pupillari ſubſtitutione quęſita, an & pro quaqua parte ueniant.
16 Acceptum ex pupillari ſubſtitutione, cenſetur habitum ex impuberis teſtamẽto, magis quàm patris.

Caput XXIIII.

SVbſtitutiones cum uulgaribus pupillares duobus inuicem filijs ſine prole decedentibus pater iniunxit, rogans poſtremò ſine filijs moriturum, externis quibuſdã hæreditatẽ reſtituere, ſi fideicõmiſſi cõditio extitiſſet, quid ex fideicõmiſſaria hæreditate poſſint hæredes ultimi morientis ſibi deducere me me aliquãdo cõſuluerunt, ac
1 ego illis, † quicquid in cauſam funeris impenſum fuerit rectè imprimis deduci [ſ], itẽ legitimã, quã lex naturæ filijs tribuit, æquè præcapiant, & omnium bonorum in ocurrenti caſu tertia pars legitimam
2 faciet [t], † neq́ue contrariũ dicemus, licet filius ultimo loco decedẽs hæ
3 res patri ſucceſſiſſet nullo hæreditatis, cõfecto inuentario [u], † minus atquè dici poterit, quòd nequeat percipi legitima hęc, quaſi grauamẽ reſtituendæ hæreditatis cenſeatur iniunctum non filijs, ſed hæredibus ipſorum, ex quo grauati ſunt filij poſt eorum mortem, uti omnes alicubi addixerunt [x], nam hoc uerum eſt, niſi teſtator expreſſim dixerit; ſe ſubſtituere filio poſt mortem [a], quod ita accidit in caſu noſtro, quoniam teſtator ſubſtituit per fideicommiſſum filio nouiſſimè morienti, ipſaquè legitima non ideò minor capietur, quòd dotẽ
4 filiabus reliquerit pater, † nam his ſororibus à patre dotatis nulla in hæreditate patris legitima debetur, quoniam illas propter maſculos

ſ l. papinia. §. quartã. ff. de inoffi. teſta. l. i. §. fi. ff. ad. l. falcid. §. fi. inſt. eo.
t c. Raynutius. c. Raynaldus de teſt.
u Glo. & doct. in. l. fi. uerſ. ſacramẽta. C. de iur. delib. Alex. cõſ. clxv. col. fi. li. v
x In. l. ex tribus. C. de inoff. teſt. & in. l. cohæredi. §. cum filię ff. de uulg. & pupil.
a d. §. cum filiæ. & ibi not.

ſtatutum excludit, iubetquè eſſe cõtentas relicto ſub nomine dotis, quanquam illud minus ipſa legitima foret, & tunc ſorores non cõnumerantur iu numero liberorũ, ut per eas legitima filijs maſculis imminuatur, quinimò nec huiuſmodi relicta dos ſuccedit in legitimæ locũ, ſed iudicatur de illa, uti de alieno aere, de impenſa funebri, ac alijs id genus debitis, ſecundum Brunum [b], qui recenſitis omniũ opinionibus, receptiorem hanc eſſe oſtendit, deducent præterea ex ſenatuſconſulti lege [c], Trebellianicam,

5 † nec obſtat, ſi eis opponeretur, inuentarium nõ fuiſſe, uti oportuerat, celebratum, hoc enim iuſta cauſa nõ eſt, Trebellianicã amittendi [d],

6 † Non obſtat pariter ſi obijciatur, decerptos de hæreditate fructus in Trebellianicam illa ratione imputari ultimo decedenti filio oportere, quòd ex illius portione duæ partes capiuntur, legitima, & Trebellianica, item quia nequè rogatus eſt alijs filijs reſtituere, ſed extraneis, his ergo de cauſis arbitrati ſunt aliqui, propoſitam altercationem extra Cæſaris conſtitutionẽ [e], in diuerſis terminis euagari, illam ego his reſponſionem attulerim, primam rationẽ à doctoribus nullo pacto conſiderari, immò contrariũ prorſus pro ueritate haberi, ut ſiue unã filius, ſiue duas deducat portiones, auguſtæ nihilominus ſanctioni locum fore, credant omnes [f], ſimili modo altera deficit ratio, & contrariam opinionem uelut æquiorem benignioremquè anteferunt doctores [g], & fructus, qui nõ imputantur in Trebellianicam filio rogato alijs filijs reſtituere, multominus imputari aiunt, quando grauatus eſt extraneis reſtituere, nihilquè referre uiſum eſt, & ſi dicatur, eandem tunc non eſſe rationem, cũ extranei ſunt ſubſtituti, quandoquidem maior illo caſu militet ratio, fauore enim filiorum priuilegium illud inductũ fuit, undè maior erit ipſorum fauor, quãdo extraneis reddere iuſſi ſunt,

7 † offendit nos minus, quia uetuerit Imperator [h], ſuam legem ad alios caſus, aliaſuè perſonas, exceptis ibidem nominatis, poſſe produci, quoniã de extenſione ad alias perſonas grauatas, in quibus ratio eſt diuerſa, Cæſarem fabulari credimus, non autem prohibere uoluiſſe extenſionem fieri ad caſum, in quo ne dum eadem, atqui maior ratio inſit, quã mihi Antonius Butrius [i], Cacialupuſquè [k], Senenſis ſuadẽt opinionẽ, dicentes,

8 † ubi lex uel ſtatutum prohibet extenſionem, intelligitur, eam prohibere in caſu omnino diſſimili, nõ uerò ubi ratio eadem, uel etiam maior ineſt, & in correctorijs aiunt omnes [l], extẽſionem eſſe uetitam, quamuis eadem prohibita non ſit extenſio abſurditatis uitandæ gratia [m], Cæterum interdictam illic à Cæſare extenſionem non habere locum, ſi ſequatur abſurdum, ni fiat extenſio, rectè concedam, ſiquidem ſanctio illa nequiret produci ad caſum, quo rogantur filij extraneis reſtituere hæreditatem, in abſurdum incideremus, melioris eſſe conditionis extraneos, quàm filios, quòd certè fateri, nefas itidem Petro uiſum eſt [n],

9 † Dein ſi fructus in Trebellianicam, ſupradictis etiam non obſtantibus, imputandi forent, non tamen imputarentur fructus legitimæ & Trebellianicæ lecti à die

mortis

b Brun. in tract. ſtat. exclu. fœmi. in. xiij arti. in. iij. q. col. iij. uerſi. alia. fuit. opinio. &c.

c Toto. tit. ff. & C. ad Trebel.

d Bar. Alex & Iaſ. in. l. Marcellus. i prin. ff. ad Tre. Alex. cõſi. xxix. col. iij li. v. Corn cõſi. clxxx. col. vi. & vij. li. iiij.

e In. l. iubemus. in fi. C. ad Treb.

f Corn d cõſi. clxxx col. vij. li. iiij. Moderni in. l. in quartam. co. xl. & xcvij & xcviij. ff. ad l fal ci. Alex. in. l. quod de bonis. §. quod auus. eo tit.

g Petr. Cin. Odofr. Paul. Caſtrẽ. Corn. & Saly. in. d. l. iubemus. glo. Bar Imol & Alex. in. d. §. quod auus.

h In. d. l. iubemus. in fi.

i In. c. fi. de conſuet.

k In repe. l. omnes populi. col. antepe. ff. de iuſt. & iur.

l In. l. ſi conſtante in prin. et l. fi. l ſi uero. §. ſi uiro. ff. ſo. mat. tacit. l. tam his §. fi. ff. de donat. l. præcipimus. C. de appella.

m Fulg. & Alex. in. l. ij. C. de in ius. uoc. Moder. in. d. l. omnes populi. col. xl & xli.

n In. d. l. iubemus.

mortis teſtatoris,neque aliorum bonorum, quæ reſtitutioni ſubie-
cta non ſint,quamuis Trebellianica non niſi tempore reſtitutionis
10 deducatur [o], † In legitimam autem nullius rei fructus imputandos
11 eſſe omnes norunt [p], † Deducent meliorationes pariter per filium ro
gatum in bonis huiuſmodi reſtituendis factas [q], pro quibus recupe
randis non ſolum retentio ipſarum,ſed & bonorum, quæ meliora
facta ſunt, poſſeſſori conceditur [r], nec obloqui poterit quiſpiam,
quod grauatus filius malę fidei fuerit, quia in re,quam fideicommiſ
ſo ſubiacere intelligebat, impenſam utilem fecerit, negatur utique,
ſcientiam fideicommiſſi filium habuiſſe,cũ nec præſumatur ſciuiſſe,
ex quo erat ſuus hæres [ſ],præterea bonę fidei ſatis dici poteſt,qui au-
gurari non potuit,quid futurũ foret,id eſt,an fideicommiſſi cõditio
12 exitura eſſet, † uidemus illum,qui rem ſub conditione uendidit, con
ſequi melioramenta interim dum pendebat conditio facta [t],item
bonæ fidei ſaltem ratione iuris,quod tunc habebat in parte retinen-
da adueniente reſtitutionis neceſſitate dici potuit, quemadmodum
13 id nobis exemplo eſſe poterit, † ſi aliquis fratrum uel ſociorum in re
communi quidquam proprium utiliter impenderit, bona fide illud
impenſum credi,& per alios proportionabiliter oportere huic reſti-
14 tui,Baldus reſpondit [u], † pro quibus melioramentis nec ſufficit, hũc
collegiſſe fructus nam pro talibus impenſis legiſſe fructus tunc qui-
dem ſat eſſet,ubi percepti redditus eo tempore non ſpectaſſent ad
illum,qui eos legit,ſed ad alterum,qui rem modo petit [x],ſed certum
eſt fructus fideicommiſſi conditionalis cedere lucro hæredis rogati
ante conditionis euentum,& ante moram contractam, non autem
ad fideicommiſſarium pertinere [a], meritò præcipuos ſibi idem hæ-
res fructus habebit,excipiuntur etiã bona aliundè filio rogato quæ-
ſita quã ex patris ipſius teſtamento,illa enim fideicommiſſo nõ con-
15 tineri cenſuerunt prudentes [b]. † Rurſum de fideicommiſſo decedere
quidquid hic filius nouiſſimo loco moriens ex pupillari ſubſtitu-
tione fratris infantis prædefuncti accipit, dummodo coactè illam
non adiuerit hæreditatem,aut teſtator per puppillarem ſubſtitutio-
nem acquiſitam, reſtitui debere nominatim, ſeu uerbis propter eo-
rum generalitatẽ æquipollentibus cauiſſet, Raynerius [c], & concors
illi Baldus [d], Angeluſquè [e], opinati ſunt, ratonemquè huius opi-
16 nionis illam eſſe ferunt, † id, quod quis cepit ex pupillari ſubſtitu-
tione,uidetur accepiſſe magis ex teſtamento impuberis, quam pa-
tris [f],& abſurdum: ſi aliter diceremus, inſequeretur, ut quæ pupil-
lus ex matris ſucceſſione uel aliundè bona quæſita haberet, ad fidei-
commiſſi reſtitutionem pertinerent omnia, quod necubi receptum
quiuis ante hac uidit, Verum de his bonis, quæ pupillaris ſubſtitu-
tionis iure ſuperuiuenti fratri obuenerunt, receptior altera Bartoli,
Pauli Caſtrenſis,& Alexandri ſententia fugit [g],aſſeuerantium Iulia-
ni reſpõſum [h],non ſic ſimpliciter: uti conſcribitur: exaudiri oportere,
ſed in pupillaris ſubſtitutionis hæreditate eã, quæ in prælegatis eſſe
ſolet [i],diſtinctionẽ adhibendam.

P ij Reſcripta

o Alexã.in.d.l.quod de bonis.§. fructus ff.ad.l.falc. Moder. repetentes in. d.l.in quartã.col.xxxviij uerſi.caue &c.

p .l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffi.teſtam.not.in.d.l.iubemus.& in.l.cohæredi §.cum filiæ.ff. de uulg.& pupil.

q Corn. conſi. clviij. in fi.lib.iij.

r .l.in fundo.ff.de rei.uend.l.in area. ff.de cond.indeb.§. certe.inſt.de rer. diuiſ.

ſ Bar.in.l.qui romæ. §.duo fratres. in.ij. q ff. de uerb.obli.

t Corn.conſi.xxxvij lib.ij.

u In conſi.cccxlvij.in fi.li.ij. per. l. in hoc iudicio.ff. commu. diuidun.

x Alex conſ.154.lib. 6.per glo.in.l.emptor.in princ.uer.ſuperfluum.in fi ff.de rei.uend.

a .l.in fideicommiſſaria.in princ.ff. ad Treb.

b .d.l.cohęredi.§. cũ filiæ.i.iij.§.uxor. ff.de dot.præleg. l.debitor.§.fi. ff. ad Treb. Alex.cõſi.20. lib.iij. Deci.cõſi.55. col.5.& cõſ.82. in f.

c In.l. ita tamen.§. qui ſuſpectam per il lũ tex.ff.ad Treb.

d In.l.ex tribus.ad fi. C.de inoff. teſtam. & in conſ. 316. li. v.

e In.d.§.qui ſuſpectã.

f .l.papin §.ſed nec impuberis.ibi etiam glo. ff.d. inoff. teſt.

g In.d.§.qui ſuſpectã.

h In.d.§.qui ſuſpectã.

i Iuxta.l. in quartam cum materia.ff. ad. l.falci.

1 Reſcripta principum, in quibus non ſit habita mentio de poſſeſſione tertij, etiam poſſidentis de facto ſunt inania.
2 Princeps non ex leui cauſa priuilegium aut litteras contra poſſidentem alicui cõcedit.
3 Reſcriptum confirmans poſſeſſionem, quæ uitioſa, ſit nullius eſt momenti.
4 Remedia pro recuperanda poſſeſſione ablata cum fructibus eiuſdem, quæ competant.
5 Remedium. c. reintegranda. eſt per quã generale, & aduerſus quos detur.
6 Dominij exceptio quando opponi nequeat agenti remedijs recuperandæ poſſeſſionis.
7 Inueſtitura feudi quando ex poſſeſſione unius anni plenè probetur.
8 Subditi poſſunt ſeipſos nõnunquã à domini iuriſdictione eximere, & alteri ſubijcere:
9 Res in feudum ſemel concesſa poterit perpetuo deinceps infeudari.
10 Emphyteuſis uel feudum eccleſiæ quando tranſmiſſibile ſit ad naturales filios.
11 Alienabilis res ſit, ſi diſtracta ſemel fuerit.

Caput XXV.

IN ſermonibus eruditorum hominum ea nuper certatio fuit, nunquid Reſcripta Principum concesſa illi,
qui de poſſeſſione cuiuſdam tertij nil in precibus ob-
latis meminit, ſurreptionis, obreptioniſq; duplici affe
1 cta labe deficiant, † & certum quippè eſt, inania ob
utriuſq; uitiu reſcripta hæc merito dici, neq; executioni demandata
uim ideò ullã obtinere [k], quod & procedit, licet ille tertius poſſeſſor
nullã, niſi de facto poſſeſſionẽ haberet, dũmodo coloratè poſſediſſet,
id eſt, ex aliquo titulo, qui iuſtus et uerus eſſe poterat, ac notoriè iniu
2 ſtus nõ apparebat, quãq; re ipſa iniuſtus foret [l], † illãq; Abbas [m], ra-
tionẽ huius fuiſſe indicat, quod princeps non ex leui cauſa priuilegiũ
aut litteras contra poſſidentẽ concedere ſoleat, Idcirco propter tacitũ,
cuius cõmemoratiõe potuit difficilius priuilegiũ cõcedere Princeps,
3 irritatur penitus Indultum [n], † Atq; ubi ex primo reſcripto occupa-
ta fuiſſet talis poſſeſſio, ſi aliud iterum pro eadem poſſeſſione, priuſ-
quàm reſtituiſſent eam, ſicq; eiuſdem uicium purgatum adhuc non
eſſet, obtineant indultum, nullius fore momenti id ipſum doctiores
affirmãt [o], undè huic tertio expulſo reſtituẽda eſt cũ fructibus & red
ditibus uniuerſis ablata poſſeſſio, † Pro his aũt reſtituendis cõdictio
4 ex Cæſaris conſtitutione [p], dabitur, remediũ pontificiæ decretalis [q],
5 nõ denegabitur, † eſt enim perquã generale Pontificis auxiliũ iſtud,
pro laicorũ rebus æque competens [r], quinimo & aduerſus bonæ fi-
dei poſſeſſorem, qui rẽ nullo aſperſam uicio poſſideat, concedunt
omnes [ſ], Item alia deniq; ſpoliato ſuccurretur uia, quę in illum inſti-
tuta eſt [t], qui ſcienter à ſpoliatore habuit cauſam, & competent re-
media iſta pro omnibus fructibus ac reliquis utilitatibus, quos de-
6 iectus à tempore expulſionis accipere potuiſſet [u], † Et his agenti re-
medijs recuperãdę poſſeſſionis, non poterit dominij exceptio obijci
[x], quãmobrẽ in antelato caſu reſcripta fieri tantò magis irrita dicere
libet, cũ hic eiectus nõ poſſideret iniuſtè, ſed titulo legitimę inueſtitu
rę eã illius territorij teneret poſſeſſionẽ, annũ porrò et ultra, antequã
expelleretur, fuit in poſſeſſione feudi ſciẽte et nõ cõtradicẽte domino,
† Proin

k c. cum noſtris. de conceſſ. pręben.
l Glo. in d. c. cũ noſtris. in uer. de facto. & in uer. habet & ibi Cald. Butri. & Abb.
m In. d. c. cũ noſtris. in iij. col.
n c. ſuper litteris & c. poſtulaſti. de reſcrip.
o l. autoritatem. Bar. Bal. Ang. l. et Saly. C. unde. vi. Bal. in. l. decernimus. C. de ſac. ſanc. eccl. in l. i. C. de carb. edic & in. l. i. ff. de conſti. Princ.
p In. l. meminerint. C. unde. vi.
q In. c. reintegranda. iij q. i.
r Socin. in. l. rem quæ nobis in. ij. q. prin. ff. de acqui. poſſ.
ſ Socin. in. d. l. rem quæ nobis in iij. q. princ.
t In. c. ſæpe. de reſti. ſpoli.
u l. i § . ex die. ff. de vi & vi. arm. glo. in. l. interdictis. ff. de interdic.
x Bar. in di. l. meminerint. Soci. in. d. l. rẽ quæ nobis. Canoniſtæ in. c. in litteris de. reſt. ſpoli.

7 † Proindèex poſſeſſione unius anni cum ſcientia domini,& iuramē
to ipſius uaſalli inueſtitura feudi plenè probatur [a],atqui defendete ſe
poſſet alia ratione eiectus, ſi ab uniuerſitate huius territorij electum
8 ſeſe in dominū docuiſſet, † Licere etenim ſubditis totiens à domini
imperio ſe ipſos eximere,& alterius ſubijcere poteſtati, quotiēs prior
dominus rogatus, uel nolit, uel nequeat opem indigentibus incolis
afferre,illoſq; tueri,præſertim ſi aliter ipſis conſultum iri non potuit
Baldus [b],Præpoſituſq; [c],enarrarunt, Quòd autē diximus, inueſti-
turam præſumi ex ſolius anni poſſeſſione &c.nō ideò ſubuerti pote-
9 rit,quoniam territorium illud non conſueuerit in feudum concedi,†
Sat eſſe quippè tcor, ubi ſemel tantum antea fuerit infeudatū,ut de-
10 hinc perpetuò dati in feudū poſſit, † quemadmodum emphyteuſis
aut feudum eccleſiæ ad filios naturales tantum non pertinere iura ue
lint, niſi ſemel naturalibus conceſſa imprimis fuiſſent, quia tunc ad
eos in poſterum tranſmiſſibilia fieri, Baldus [d],& Iaſon [e],ſcripſerunt,
11 † & ſicut res ſui natura inalienabilis, ſi diſtrahatur ſemel, perpetuò
alienabilis fiet [f],ita & id,de quo agitur,oppidum ſemel aliquādo in-
feudatum uaſallo huic quóq; concedi non iniuſtè potuit [g].

a .c.i.in fi. & ibi not. ſi de inueſt. int. dō. & uaſal. lis oriatur.
b In.c.i.col. 4. de iudic.
c In prælud. feud.co. 25.
d In c. quæ in eccleſiarum. col. pen. de conſtit.
e In l. generaliter. §. cum autem.in fi. C. de inſt.& ſubſt.ſub. condi.fact.
f .l. pater. §.quindecim ibi not. ff. de leg.iij.
g .c.i. in princ. qui feud.dar.poſſ.

1 Species enumeratæ quando ſuum genus antecedens non reſtringant,ubi latius.
2 Species ſuum genus quando reſtringant.
3 Declaratio ad.l. cum. quidam. ff. de ſupell.legat.
4 Copula,&, quando præcedentium qualitates in ſequentibus repetat.

Caput XXVI.

VXoti maritum in ſupremo iudicio legatum generali-
bus huiuſmodi uerbis relinquentem,chariſſimæ uxo
ri meæ do,lego omnes res,ueſtes laneas & lini,ac alia
domus ſupellectilia &c. uinum quoquè & frumentū
domi,cauſa uſus ipſius mariti,reconditum legato cō-
tineri uoluiſſe Reſpōdi,nam & ſi poſt generalia uerba illa teſtatoris,
omnes res &c.dinumeratæ ſint ſpecies aliquæ, nequè inter ſpecies il
las commemoratio uini aut frumenti habita fuerit, frumentum ta-
men & uinum in generali ſermone contentum nihilomagis excludi
1 crediderim,† enumeratæ enim ſpecies antecedens ſuum genus mini
mè reſtringunt [h],& Bartolus inquit [i],ſi leget fundum teſtator cū in
ſtrumento & mancipijs &c.illa ſpecialis mancipiorum facta mentio
non coanguſtabit præcedens genus expreſſum in illis uerbis, cū in-
ſtrumento &c.idemquè ipſe Bartolus alibi [k],fatetur, quando nomi
natæ ſpecies determināt,reſpiciuntquè uerbum,lego, non autem ge
nus præcedens,tunc genus illud in nulla ſui parte reſtringunt, cęterū
in oblato themate ſpecies ita ſe habent, uti paulò inferius recenſebo,
igitur cum frumento uinum per eam generalem rerum omniū pro-
lationem deberi,cenſot quiquè nō indoctus exiſtimabit, prædictis
nec Bartolus ipſe inibi [l],contradicit decidens,ut ſi ambiguum ſit, an

h .l.cū de lanionis. §. cui fundū.l. ſi mancipia. l. quæſitū. §. ſi quis fundum. ff. de fund.inſtru.l. pediculis. §. labeo. ff. de aur.& arg.leg.
i in.d. l. ſi mancipia.
k In.d l.quęſitum. §. ſi quis fundum. per illum tex.
l In.d. §. ſi quis fundum.

uerbum,lego, an genus antecedens determinent relatæ ſpecies, eo ca
ſu quod proximius eſt ſpeciebus ſemper ab illis reſpici, determinari-
2 què potius, † nam uerba in eo loco Bartoli dicta ſunt de pluribus
uerbis, aut participijs, quæ in una oratione ſint temporis ſignificati-
ua, uelut quũ teſtator his uerbis leget, lego uillam meam ita ut ego
poſſedi, cum ſupellectili, menſis, mancipijſquè &c. dubium inerat
tunc, nunquid ſpecies enumeratæ referrentur magis ad uerbũ, lego,
quàm ad uerbum, poſſedi, poterant ſanè regi à uerbo; lego, ut lego
uillam cum ſupellectili, menſis &c. Item poterant conuenire illi uer-
bo, poſſedi, ut lego uillam, quam poſſedi, cum menſis, mancipijſq;
&c. quare Scæuola reſpondit [m], ad uerbum illud, poſſedi, quod pro
ximius eſt, relationem duntaxat has ſpecies habere, ideò genus præ-
cedens reſtringunt, ſimilis facti contingentia fuit, quando teſtator
dixit, lego ſeiæ fundos ita, ut ſunt inſtructi, cum ruſtico inſtrumẽto,
ſupellectili, & pecore, & uillicis &c. ſunt ibi nominatæ ſpecies in uim
reſtrictionis, quia non præſumuntur in dubio, quòd ſint appoſitæ
gratia determinandi uerbum, lego, ſed creduntur appoſitæ, ut iun-
gantur cum illo uerbo, ut ſunt inſtructi &c. tanquàm proximiore [n],
at ſi in oratiõe uerbum unicum adſit, ueluti, lego, aut aliud ſimile, &
ſequentia alia non ſint uerba, nequè participia, ſed nomina tantum,
eſſemus in caſu nempè certo, quòd ſpecies non determinant niſi uer-
bum, ſeu participium inditum, nequè poſſunt aliqua nomina deter-
minare, cum poſt ſe nomina nullum requirant caſum, ſic & omnia
hæc ſcitiſſimè Bartolum aliquando explicuiſſe comperi [o], eundem-
què Bartolum in iuriſconſulti reſpõſo [p], dixiſſe legi, enumeratas ſpe
cies generi proximiores, quàm uerbo, determinare uerbum, lego, ꝙ
unicum & ſine altero uerbo, aut participio, quæ temporis ſignifica-
tiua eſſent in oratione exaratum fuit, per conſequens attenditur, cui
3 uerbo aut participio ſint hæ propinquiores non etiam cui nomini, †
His atquè non aduerſatur Celſus [q], nolens eſcale & potorium argẽ-
tum in legato hoc cõtineri, uxori meæ domum cum iure ſuo, & om-
ni inſtrumento, & ſupellectili lego &c. Inibi porrò Celſus non amo
litus fuit potorium & eſcale argentũ ab illo genere, omni inſtrumẽ-
to &c. quia ſpecies aliqua expreſſa ibidem eſſet, & ſupellectili &c. cæ
terum ea ratione ab eo id factum eſt, ne per genus illud, omni inſtru
mento &c. demonſtraretur impopriè argentum eſcale atquè poto-
rium, cuius nomen uel ſpecies ſub genere iſto nõ includitur, quę no-
bis plana omnia fient, ſi iuriſcõſulti uerba accuratius pẽſitauerimus,
ibi dixit teſtator, lego domum cum iure ſuo, quæ uerba ſeruitutẽ do
mui debitam ſignificant [r], poſt illico addidit, & omni inſtrumento
&c. cui uerbo generali ſuperaddi oportuit adiectiuum nomen, ſuo, †
4 copula enim, &, in oratione eadem inter diuerſas tamen res poſita
præcedentium qualitatem, dummodo perſonarum ſit identitas, re-
petit in ſequentibus [ſ], quamobrem fuit legatum omne domus in-
ſtrumentum, cuius inſtrumenti appellatione eſcaria, potoriaquè
uaſa

m In d. l. cum de lanio nis. §. quidam.

n .l. ſeiæ. in prin. ff. de fund. inſtru.

o In d. l. ſi mancipia. & in. l. cum quidã. ff. de ſupel. legat.

p In d. l. quæſitum. §. ſi. quis fundum.

q In d. l. cum quidã.

r Secundũ glo. in. d. .l. cum quidam. in prin.

ſ Bar. in. l. in repetũ-dis. ff. de leg. iij. & idem conſi. iij. titius condidit &c. Franci. Areti. cõſ. i. col. i.

uaſa non comprehendi Bartolus annotauit [t], deniquè teſtator quando legat domum & inſtrumentum per copulam, &, uenit omne inſtrumentum tam domus quàm patrisfamilias, ſecus ubi legat domum cum inſtrumento, uti in quæſtione Celſi ex facto accidit, tūc inſtrumentum ſolius domus, non etiam patris familias legatū creditur [u], per conſequens in inſtrumenro ſolius domus legato eſcaria & potoria uaſa, quæ ad inſtrumentum patrisfamilias duntaxat pertinent, haud profectò continebuntur.

t In. d. l. cum quida.

u Bar. Bal. & Caſtrē. in l. i. C. de uer. ſig.

1 Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore de iure canonico præſcribit.

2 Hæredes aut ſucceſſores malæ fidei autoris nullo tempore præſcribunt, quàm uis bonam fidem ipſi habuerint.

3 Præſcriptioni deeſſe non debet breuiſſimum etiam temporis ſpacium.

4 Præſcriptio per in integrum reſtitutionē quando reſcindatur.

5 Limitationes quinquè ad. l. benè à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. & ad §. fi. inſtit. de uſucap.

6 Princeps non præſumitur in dubio, uelle uti clauſula, de plenitudine poteſtatis.

7 Eccleſia non recipiens contra ſe certam conſtitutionem, nec eadem etiam pro ſe utitur.

8 Statutum exorbitans, uel etiam ius commune de re mobili loquens, in materia præſcriptionis locum nō habet in re immobili.

9 Statutum loquens de debito non comprehendit debitum iuratum.

Caput XXVII.

DEbitoris mei bona ſi Cæſar, uti ad fiſcum pertinēria,
Gaio donaſſet, an mihi in hiſce bonis hypothecā ha-
benti, uel hæredi meo longiſſimi temporis præſcri-
ptio [x], realem & perſonalem abolens actionē oppo-
ni iuſtè quæat, hæſitarunt pleriquè, eam planè longæ-
ui temporis præſcriptionem non potuiſſe initium aut finem in de-
1 bitoris perſona capere, pluſquàm ſatis notum eſt, † nam ipſe quum
ſciret, ſe debitorem, erat malæfidei, nulloq; tempore ſecundum cano-
nicæ legis decreta, quæ in foro ciuili, præſertim hoc in caſu obſeruā-
2 da ſunt, præſcribere potuit [a], † nec potuerunt æque hæredes & ſuc-
ceſſores ipſius præſcribere, ſucceſſores enim malæfidei autoris, tam-
etſi bonam ipſi habuerint fidem, maluerintquè ex ſui perſona præ-
ſcriptionem incipere, nihilomagis ullo tempore præſcribent [b], uerū
potuiſſet forſan Gaius, qui donatarius Imperatoris fuit, & legitimo
donationis titulo rem continuè poſſedit, omne ius & quamcunq; in
bonis exiſtentem hypothecam ſibi præſcribere, quod equidem ue-
3 rum eſſe reor, ſi modò triginta annos bona poſſederit ipſe [c], † & nul-
lum breuiſſimum etiam temporis ſpacium huic annorum numero
4 defuerit [d], uel eſto, quòd impleta præſcriptio foret, † utiquè credi-
toris hæredes ex capite iuſtæ ignorantiæ in integrum reſtituendos,
Dinus, Bartolus, & Reliqui tradiderunt [e], atqui hæredibus his con-
tradicet adhuc aliquis, quia his poſſeſſor, qui bonis huiuſmodi hy-
pothecatis à Cæſare donatus eſt, creditur ſtatim eſſe tutus aduerſus
creditorem quemlibet, quamquàm creditor habens ius in bonis
poſſit infra quadriennium contra fiſcum Principis ſuam mouere
actionem

x d. l. cum notiſſimi. & toto tit. C. de præſcript. xxx. uel xl. ann.

a c. fi. ubi docto. bēs de præſc. Alex. cōſ. xxxiij. & xxxiiij. li. iij. & in conſ. xcix lib. iiij. & in cōſ. clxxxv lib. ij. & in conſi. li. lib. v. Fulg. in conſi. cxxiij. & Moder. in trac. præſcr. in. xiij. q. iij. parte.

b Doct. in d. c. fi. & c. fi. diligēti. eo. tit. & in. l. Pōp. §. cū quis. ff. de acquir. poſſ. Alex. conſi. lxiij. & xcix. lib. iiij. et in cōſi lxxxiiij. li. i. Roma. conſ. ccl. Corn. conſi. cclxxv. li. iij.

c d. l. cum notiſſimi. C. de præſcript. xxx. anno.

d l. ſi fundum. ff. de fund. dot.

e In. l. ad diem. ff. de uerb. oblig. & idem Bar. in. l. ij ad fi. C. ſi aduer. uend. pig.

actionem [f], itaquè creditori, aut creditoris hæredibus nõ aduerſum poſſeſſorem, ſed contra principis fiſcum duntaxat pro iuribus expe-
5 riri ſuis licebit, † prædictos obices ademeris omnes, ſi Bartolum [g], & Iacobinũ [h], introſpexeris penitus affirmantes, Imperatoriam cõſtitutionem [i], ità demum habere locum, ſi princeps rem ante donationem poſſediſſet, aliàs cõſtitutioni locum nequaquàm fore, igitur cum nullo tempore Maximilianus ea bona poſſederit, conſtitutio illa hæredibus creditoris non oberit, aut etiam non indoctè dices, antelatam Cæſaris conſtitutionem procedere ſolum, & ſuas diſtendere uires in illum, qui ait, ſe dominiũ rei donatæ per principem, non uerò contra creditores maximè quando creditor fuit huiuſce donationis ignarus, & eius negligentiæ adſcribi nequeat, cur oculos donationis tempore cõniuerit, cuius limitationis Angelus [k], Socinuſquè [l], autores fuerunt, cæterum hi ſunt creditoris hæredes, qui iuſtam ignorantiæ cauſam allegant [m], nimirum conſtitutio haud lædet ipſos, Reſpondebis deniquè conſtitutionem habere uires, ubi Princeps in conceſſione bonorum clauſula, de poteſtatis plenitudine, fuerit uſus, alioquin ſecundum Baldi traditionem [n], Felini relationem [o], & Decij noſtri deciſionem [p], ſecus omnino foret, at in ob-
6 lato themate nuſquàm apparet, uoluiſſe principem, † ſicuti nec præſumitur in dubio unquàm [q], uti plenitudine ſuæ poteſtatis, meritò non oberit prælata conſtitutio, Quam itidem hæredibus nõ obeſſe autumo, quoniam princeps donauit bona hæc, non ut ſua ſimpliciter, ſed tanquàm ſua, ex certa ueruntamen cauſa, ſcilicet confiſcationis, ideò Cinus, Baldus, ac Salycetus putarunt [r], conſtitutiõis prædictæ uires eatenus deficere, quatenus non uti ſua ſimpliciter bona, ſed ex aliqua adiecta cauſa donauit Princeps, quod & Socino pariter complacuit [ſ], Suprascriptis enimuero limitationibus nõ opus eſſe, tum recte forſan arbitrarer, quum huiuſmodi bonorum largitio à ſummo Pontifice non autem à Principe ſeculari, in quempiam col-
7 lata fuiſſet, † Nam ſicut eccleſia nõ recipit dictã conſtitutiõem cõtra ſe [t], ita quoq; pro ſe nõ admittet eam [u], & quoniam municipale ius præſcriptionum plerunque leges uel arctat uel cohibet, & creditor ſi decem annos tacuerit, nequè ſibi debitũ petierit, iubet, debitoris aut ipſius hæredum iuramento ſtari, quòd debitum omne fuerit creditori exolutum, ideò paucula hæc de interpretatiõe huius ſtatuti admonuiſſe ſufficiet, Primum duplici ratione ab orbita communi recedit hoc ſtatutum, cum perſonales actiones, ſecundum iuris ciuilis normam, non breuiori tempore triginta annorum præſcribi ſoleant [x], tum quòd profeſſioni alicuius in cauſa propria credi nõ deceat [a], itaquè ſi debiti ex cauſa mutui, uel depoſiti, aut alicuius quantitatis ſtatuentes meminerint, ad obligationem rerum immobiliũ produ-
8 ci ſtatutum exorbitans non oportere cenſuerim, † non ſolum enim ius municipale deuium, uerum etiam ius commune de rebus mobilibus loquens in præſcriptionis materia ad res immobiles nullam

pati

f .l. omnes. l. bene à Zenõe. C. de quad. præſcript. §. fi. inſt. de uſucap.
g In. l. fi. C. ſi cont. ius uel util. publi.
h Iacob. de ſancto Georgio in tract. feud. in uerſi. princeps pedemontium. col. v. uerſi. ſecunda limitatio &c.
i In. d. l. bene à Zenone. & d. §. fi.
k In. l. I. C. de hæred. uel act. uend.
l In cõſi. xlvi. col. v. uerſ. ij. poſſumus dicere &c. & col. iij. uerſi. iiij. reſponde &c lib. iiij.
m c. ij qui in ius. de re. iur. lib. vi.
n In procem. decret. col. ij. uerſi. v. limita. &c.
o In. c. quæ in eccleſiarũ. col. xv. uer. quinto limita &c. de cõſtitut.
p Cõſi. ccclvij. col. fi. uerſi. reſponderi etiam poteſt &c.
q Abb. in. c. ad hæc. de reſcrip. Alex. in. l. quanquàm. C. de mil. teſt. Bal. Felin. & Deci. in ſuperioribus locis.
r In. l. i. C. de hæred. uel act. uend. & Bal. in. l. ſi hypothecas. C. de remiſſ. pign.
ſ In. d. conſ. xlvi. col. v. uerſi. ſolũ ergo.
t c. quicũq; xij. q. ij.
u glo. in. c. placuit. el. i. xvi. q. iij.
x .l. i. & toto tit. C. de præſcri. xxx. anno.
a .l. omnibus. C. de teſti. l. nullus, eo. tit.

9 pati extenſionem, compendioſè docuit Iuſtinianus [b], † denique & illa id mihi facilè ſuadet ratio, quòd iuriſiurandi religione contractũ hoc debitum municipum ſtatutis nequaquàm ſubiaceat, uti Angelus, Pontanus, & Iaſon de iuramenti uiribus ſermocinantes palàm retulerunt [c].

b Inſt. de uſucap. per totum.

c In. l. nam & poſtea. §. ſi is qui temporali. ff. de iur. iurã.

1 Confeſſionem ſacramentalem non tenetur ſacerdos, etiam ad iuſſum uicarij, aut Papę reuelare, & ibi de ratione.
2 Sacerdos in actu confeſſionis ſacramentalis eſt ſpecialis uicarius Dei.
3 Confeſſio ſacramentalis eſt de iure naturali diuino, et eccleſię, et infra numero. 5.
4 Reuelatio confeſſionis ſacramentalis eſt contra eſſentiã ipſius ſacramenti, & quid ſit de eſſentia huius ſacramenti.
5 Confeſſio ſacramentalis quare ſit de iure naturali diuino.
6 Sacerdos nequit reuelare cõfeſſionem ſacramentalem etiam mortuo peccatore.
7 Sacerdoti non creditur atteſtanti, ſe diſpoſuiſſe de pecunijs alienis prout in cõfeſſione ſacramentali à peccatore acceperat, & ibi de ratione.
8 Rationem ſuæ adminiſtrationis tenetur reddere religioſus ordinario loci, quamuis exemptus ipſe religioſus foret, alias ab ordinario punitur.
9 Monachus, conſtitutus ſub prioris uel Abbatis obedientia nequit ſuſcipere aliquam ad miniſtrationem ſine, uoluntate & conſenſu ipſorum.
10 Confeſſio ſacramentalis qualis eſſe debeat, & de eius diffinitione.
11 Reuelatio eorũ, quæ dicta ſunt in cõfeſſione ſacramẽtali, quatenus permiſſa ſit.
12 Reuelatio eorum, quę non pertinent ad confeſſionem ſacramentalem, ſi tamen ſub ſigillo confeſſionis dicta ſint, non poteſt niſi mandato ſuperioris fieri.
13 Secreta alterius debet quis ad imperium ſuperioris reuelare, ſecus eſt in confeſſione ſacramentali.

Caput XXVIII.

QVod res uidebatur, & ſi non uerborum elegantia & ſuauitate, rerum tamen ipſarum autoritate ac ſententia, memoratu digna, quam ex anteceſſoribus meis, ad quos me ſępius olim uix pubes, rei litterariæ gratia, conferebam, Harmodius amicus noſter homo multi ſtudij, atq; in opere legum frequens inter cætera eius reſpõſa diſſeruit, totum ipſius locum tranſponere huc minimè aſpernati ſumus. Domina Sempronia habens litteras cambij de ducatis centum deceſſit non exactis dictis pecunijs: Quidam religioſus, ad cuius manus peruenerunt dictæ literæ cambij, dictos ducatos centum exegit, cõuenitur in iudicio per hæredem mariti dictæ D. Semproniæ ad reſtitutionem dictarum pecuniarum, excipit religioſus, quod de illis diſpoſuit ſecundum uoluntatem dictę. d. Semproniæ ſibi in confeſſione ſacramentali declaratam, Replicatur per hęredem quòd non tenetur credere dicto religioſo niſi ſaltem explicet in quã cauſam illas expoſuit, triplicat religioſus quòd non poteſt hoc facere propter ſigillum confeſſionis: quæritur quid iuris. Circa præſentem
1 dubitationem uideretur prima facie dicendum, † quod dictus religioſus non teneatur manifeſtare illud, quod habuit in confeſſione per. c. ſi ſacerdos. de off. ord. &. c. placuit. de pœnitentijs. dict. vi. & per. c. omnis utriuſq; ſexus de pen. & rem. & ponunt Theologi in. 4 ſententiarum. diſt. xxi & iſta eſt uera concluſio quod ſacerdos, qui audiuit aliquid in confeſſione ſacramentali, non poteſt illud reuelare

3 etiam de mandato Vicarij,† & ratio eſt ſecundum Abba.in dicto.c. dilectus,quia ſacerdos in actu confeſſionis eſt ſpecialis uicarius Dei quo ad peccata ſibi confeſſa,ergo ſpecialis maior eſt quã ſit Papa in illo caſu,qui eſt generalis uicarius Dei.c. ſtuduiſti.de off. leg. uel ſecundum Ricar. in. 4.ſententiarum.diſt. xxi. ideo Papa non poteſt præcipere ſacerdoti ut reuelet confeſſionem,quia confeſſio eſt de iure naturali diuino & eccleſiæ,ſuper quo papa non poteſt præcipere,
4 †Nam ſecundum Aure.in. 4. ſententiarum diſt.xxi.ſigillum & reuelatio peccati confeſſi eſt de eſſentia ſacramenti confeſſionis,quia de ratione ſacramenti eſt,quod ſit ſignum efficax,eſt enim ſacramentum ſenſibile efficiens,quod figurat, ſed ſacramentum iſtud ſignificat & figurat,quod Deus audit peccatum,& quod conſtituit locum ſecretum,in quo mori debet peccatum & extingui,ergo cum ſignificatio ſacramenti confeſſionis ſit ſignificatio occultæ deletionis peccati & fori,ideo ad rationem eius pertinet,ut nullo modo reueletur, unde qui reuelat facit irritum ſacramentum auferendo confeſſioni
5 naturã ſuæ ſignificationis & figurationis,† & ſubdit Scot.in.4.xxi. q ij.quod ſigillum confeſſionis dicitur de iure naturali diuino ratione charitatis,fidelitatis,ueritatis promiſſæ tacitę,& utilitatis,quo ſi-
6 gillo multi confitentur,qui non facerẽt,† & ſubdit idem Scot. in loco ſupra prox. allegato,quod confeſſio ſacramentalis reuelari non poteſt ne dum uiuentẽ peccatore ſed nec etiam ipſo mortuo.Sed pręmiſſis & alijs,quæ adduci poſſunt in contrarium, non obſtantibus, contrariam partem de iure puto eſſe ueriorem,uidelicet quod dictus religioſus tenetur ad reſtitutionem dictarum pecuniarum , aut ſaltem ad probandam ordinationem & commiſſionem ſibi factam à dicta domina Sempronia ſuper exactione & erogatione dicta-
7 rum pecuniarum & dictam erogationem probare legitimè,† cum ſibi non ſit de neceſſitate credendum ſuper his,quę eſſent,quia ei qui dicit incumbit onus probandi.l.qui accuſare,C.de eden. l. actor. C. de proba.l.ij. ff.eo.etſi eſſet in facultate ſacerdotis allegare & dicere, quod confeſſus ſibi mandauit erogationem pecuniarum ſuarum uel patrimonij ſui,& eis credi deberet,iam mali religioſi & ſacerdotes in ſuos uſus traxiſſent totam ſubſtantiam & patrimonia Chriſtianorum & Luterani,qui nituntur auferre confeſſionem ſacramentalem de eccleſia Dei falſis rationibus & Sophiſticis argumentis,nullã ualidiorem & magis efficacem cauſam & anſam adducere poſſent, quã, iſtam ex qua orbis omnis Chriſtianus correret, Vnde ut dixi tenetur probare duo, uidelicet commiſſionem ſibi factam à dicta.D.
8 Sempronia,& ſe executum fuiſſe eius commiſſionem,† & tenetur reddere rationẽ ſuæ executionis corã ordinario loci.i. coram uicario Epiſcopi , etiam ſi ſit exemptus , clem . unica. de teſta. & ſi illam non reddat, debet per ordinarium puniri,ne alioquin detur materia delinquendi & fraudandi ut dicit textus in dicta clem. unica.

qui

qui tex. duo probat, primo quod talis religioſus tenetur probare de-
putationem ſuam, dum dicit, deputatus &c. ſecundo tenetur redde-
re rationē ſuæ executionis, concordat tex. in cle. quia contingit de re-
9 ligio. dom. † & cum ipſe ſit religioſus conſtitutus ſub obedientia
prioris uel Abbatis tenetur etiam probare, quòd ſuſcepit tale officiū
uoluntate, & conſenſu prioris, uel Abbatis, ut dicit tex. in dicta cle.
unica. in qua etiam probatur id, quòd ſupradixi, quod ſi non tenere-
tur probare deputationem ſuam, nec reddere rationem ſuæ execu-
tionis, quòd daretur materia delinquendi, & aperiretur uia fraudi-
bus, in tantum quod glo. ibi dicit, quod quia religioſi circa hoc fre-
quentius commitebant fraudes, quam laici, ideo tales fraudes fue-
runt cauſa impulſiua ut fieret illa clementina contra religioſos, qui
propriè eſt caſus noſter. Non obſtant modo deducta in contrarium
de relatione confeſſionis, quia dico quòd nos non ſumus in tali caſu,
nam iſtud, quod dicitur, quod ea, quæ quis audiuit in confeſſione,
non poteſt reuelare, eſt uerum de his, quæ pertinent ad confeſſio-
10 nem ſacramentalem, † Ad confeſſionem autem pertinet ſolum con-
fiteri peccata, & eorum circūſtantias, & qualitates, ut patet ex diffi-
nitione confeſſionis, quam ponit Hoſtien. in ſumma. de pœnit. &
remiſ. dicens, quod confeſſio ſacramentalis eſt legitima coram ſacer-
dote peccatorum declaratio ſacramentalis, deputare autem executo-
rem ad executionem & diſtributionem pecuniarum non eſt pecca-
tum, nec dè circumſtantijs peccati, ergo reuelari poteſt, & debent no-
minari perſonæ uel negotia, in quibus diſtributæ ſunt dictæ pecu-
niæ, etiā ſi eſſent diſtributæ cauſa remittendi peccata, iuxta illud non
11 remittitur peccatum niſi reſtituatur malè ablatum, † quia tali caſu ſa-
tis erit, probare deputationem ſuam, et perſonas, uel negotia, in qui-
bus erogatæ ſunt pecuniæ, abſquè expreſſione cauſæ, propter quam
ſunt erogatæ, ſi illæ cauſæ continerent manifeſtationem peccati, uel
circumſtantiarum eius, & ita declarant Theologi in dicto. iiij. ſenten
tiarum, diſtin xxi. & cano. in dicto. c. omnis utriuſquè ſexus. de pœ-
nit. & remiſſ. Nec obſtat ſi iſte bonus pater pro exoneratione conſci
entiæ dictæ dominæ Semproniæ uellet onerare conſcientiam ſuam
dicendo, quod domina Sempronia dedit ſibi commiſſionem de exi-
gendis & erogandis pecunijs in confeſſione, & quod etiam nomi-
nauit perſonas, uel negotia, in quibus erogari deberent in confeſſio-
12 ne, † Et quamuis iſta non cōtinere peccatum nec circumſtantias pec
cati, tamen reuelari non poſſent, ex quò ille habuit in confeſſione, ut
uidetur tenere Ricar. in iiij. ſententiarum. diſti. xxi. ubi uidetur dice-
re, quod ſi quis confiteretur peccata ſua, & in confeſſione diceret
ſub ſigillo confeſſionis, quod Bononiæ naſcitur bonum uinum, ſa-
cerdos etiam hoc non poſſet reuelare, Quia reſpondeo quod Ricar.
non dicit, quod non poſſit reuelari propter ſigillum confeſſionis &
ſacramenti, quia ſub ſigillo confeſſionis ueniunt tantum peccata &
eorum circumſtantiæ, per quas deueniri poſſet in notitiam peccato-

rum, ſed bene tenetur illud reuelare ex uirtute ſecreti, & eſt diffe- rentia inter uirtutem ſecreti & ſigillum confeſſionis, quia illa, quæ habentur ſub ſigillo confeſſionis, etiam præcipiente Papa, reuela- ri non poſſunt, ut ſupra dictum fuit, ſed ea, quæ habentur ſub uir- tute ſecreti tantum, bene poſſunt reuelari de mandato ſuperioris, & ita concludunt Theologi in dicta dinſtin. xxi. in. iiij. ex quibus omnibꝰ optimè remanet defēſata cōcluſio ſuperius per me firmata.

Ad quam etiam facit, quia non eſt credendum illi religioſo, quòd audiuerit dictam dominam Semproniam in confeſſione, cum non eſſet proprius illius ſacerdos, Arg. c. omnis utriuſquè ſexus de pœ- niti. & remiſſ. Item quia non apparet, quod ipſe fuerit præſenta- tus domino Vicario Epiſcopi per ſuum ſuperiorem ad audiendas confeſſiones, prout fieri debet, Item quia dicta domina Sempronia præſumitur habuiſſe dictas pecunias de ſubſtantia uiri ad euitan- dam ſuſpicionem turpis quæſtus iuribus uulga. Et idcò poſſunt re- peti per hæredem mariti.

Ita dico & concludo ego Io. Harmodius de ſanctis. I. V. doctor & in fidem præmiſſorum propter cæcitatem per dominum Camil- lum de Tolomeis legum ſcolarem & ſcribam meum ſubſcribi & ſi- gillo meo ſigillari mandaui.

1 Pecunia, quam habet uxor, præſumitur eſſe uiri.
2 Sciens, rem alicuius eſſe apud quempi- am iniuſte, tenetur iuſſu ſuperioris id ma- nifeſtare.
3 Sacramentum propter hominis uerba non poteſt fieri illud, quod non eſt ſa- cramentum.
4 Teſtibus etiam pluribus non creditur, quando idonei non ſunt, aut ſi aliquid ſi- ne iuramento dicant, uel parte non cita- ta, aut deponant in ſcriptis tantum.
5 Iudicis uerbis aut ſcripturæ non credi- tur in cauſis regulariter, niſi teſtibus iu-
6 uentur.
Epiſcopi litteris non ſigillatis authenti- co ſigillo, aut manu teſtium non ſubſcri- ptis fides nulla datur.
7 Iudici, uel arbitro etiam in forma teſtis producto non creditur, in his, quæ per- tinent ad cauſam, in qua ipſi iudicarunt.
8 Iudex, uel arbiter quando poſſit teſtifi- cari pro cauſa, quæ coram ipſo cognita fuit.
9 Finis, ad quem inductum eſt aliquid, ſic intelligi debet ut eluſorius non reddatur.

AD CONCLVSIONEM PRAE- SCRIPTAM SALVIOLI SVBSCRIPTIO VIRI IN SAPIENTIA CIVILI VNDEQVAQVE DISERTISSIMI EDITVR.

QVod frater, Io. Baptiſta teneatur & cogi poſſit ad re- uelandū quid fecerit de pecunijs per eum habitis uir- tute cuiuſdam litteræ cambij cantantis in perſonam D. Semproniæ patet, quia omnis, cui cōmiſſa eſt ali- qua adminiſtratio uel executio, tenetur reddere eius rationē clē. unica de teſta. & in clem. quia contingit. de reli. do. unde licet ei eſſet cōmiſſa aliqua executio, ſeu diſtributio, & adminiſtratio dictarū pecuniarū, ut ipſe aſſerit, nō tamen eſt immunis à redditione rationis, Immò tenetur eam reddere per prædicta, & per cōſequens debet dicere an dictam pecuniam habeat, an uerò eam impenderit,

1 & ſi impendit, debet dicere cui eam dederit, † præterea iſta pecunia
perſumitur fuiſſe mariti dictæ. D. Semproniæ & per cōſequens eius
filij & hæredis, iux. l. quintus. ff. de dona. int. vi. & ux. Bal. Ang. Pau.
& Cor. in. l. cum oportet. C. de bo. quæ. lib. unde ad quemcunq; per
2 uenerit ſine conſenſu dicti mariti, peruenit iniuſte, † & quicúque
ſciens rem meam eſſe iniuſte penes alium, tenetur iuſſu ſuperioris id
manifeſtare. c. qui cum fure. & ibi notatur. de fur. ubi max. hoc no-
tat Abb. poſt Anto. de Butrio. Nec iuuari poteſt ſi reſpondeat quod
dicta iura procedunt, ubi commiſſio facta eſt in teſtamento pa-
làm, uel aliter habetur notitia, non ſub ſigillo confeſſionis prout aſ-
ſerit dictus frater Io. Baptiſta fuiſſe ſibi commiſſum paratus id fir-
mare iuramento, cui uidetur in hoc credendum iux. nota. per Lapū.
allegatione. 94. inci. quidam presbit. tam in principali deciſione ip-
ſius, quam in rationibus per eum adductis ibi, & ſic non uidetur te-
neri reuelare quibus dederit dictas pecunias cum ſimus in his, quæ
fuerunt ei dicta & commiſſa ſub ſigillo confeſſionis iux. c. omnis u-
triuſq; ſexus. §. caueat. de pœni. & remis. c. ſacerdos. de pœni. di. vi. c.
ſi ſacerdos. de offi. ordi. nam poſito abſq; præiudicio ueritatis, quod
crederetur ei dicenti id ſibi fuiſſe cōmiſſum in ſecreto ſeu in confeſſio
ne, tamen non ſequitur per hoc, quòd non teneatur uel quod nō poſ-
ſit cogi reuelare, quibus dederit huiuſmodi pecunias, Nam ſciendū
eſt, quod non omnia dicta per confitentem ſuo confeſſori, ſunt te-
nenda ſub ſigillo confeſſionis, ita quod non debeant reuelari iuſſu ſu-
perioris, ſed illa tantum, per quæ reuelatur peccatū dictum in cōfeſ-
ſione ſecundū. Doct. in d. ctis capitulis max. Io. de turre crema. in. d.
c. ſacerdos. de pœni. di. vi. & Theologos. in. iiij. ſententiarum. di. xxi.
max. Ricar. ibi arti. iiij. & Ange. de clauaſio. in ſumma ſua. in uerbo
confeſſio ultimo. uer. xiiij. inci. quid eſt quod cadit. & hoc in tantum
eſt uerum, quod etiam ſi quis dicat ſacerdoti aliquid, quod non ſit
peccatum aſſerens ſe ei hoc dicere in confeſſione, tamen per hoc non
3 dicitur id eſſe ſub ſacramento & ſigillo confeſſionis, † quia uerba ho
minum non poſſunt facere de non ſacramento ſacramentum ſecun-
dum Io. de turre crema. in. d. c. ſacerdos. in. iij concluſione primi du-
bij ubi etiam adducit Petrum de palude dicentem, quod uidetur fa-
cere irreuerentiam ſacramento, qui tradit uel recipit in confeſſiõe id,
quod non eſt confeſſio, & idem concludit Abb. in. d. c. ſi ſacerdos.
Cum ergo iſta diſtributio pecuniarum, non ſit ſub ſigillo confeſſio-
nis licet ſit ſecreta & ſecretè impoſita, & facta, tamē mandato ſuperio
ris debet reuelari cui facta ſit, per iura prædicta, quæ indiſtinctè uo-
lunt reddi rationem adminiſtrationis, & reuelari perſonā habentem
id quod ad aliū pertinet, nō diſtinguēdo, an talia reuelanda ſint ſecre-
tè dicta, impoſita, uel facta, ut probatur. in dictis iuribus, nā in. d.
cle. i. de teſta. cum concor. poterat cōmiſſio eſſe ſecreta, puta dicendo,
quod hæres det centum annua illis, quos in ſecreto ei nominauit,
& tamen ibi indiſtinctè dicitur, quod reddenda eſt ratio adminiſtra-

tionis, Item in cau. d. c. qui cum fure. poterat eſſe, quod ſciens rē meā eſſe apud alium indebitè, hoc ſciat, quia fuit ſibi dictum in ſecreto, et tamen habetur ibi indiſtinctè, quod ſciens tenetur ex ſuperioris iuſſu id reuelare, & ſi opponeretur, quod reuelando perſonā uel perſonas, quibus dedit dictas pecunias poſſet detegi peccatum confitētis, negatur, quia religioſi diſcreti habentes commiſſionem dandi aliquas pecunias alicui ſolēt eas dare nō dicentes eis ex qua cauſa dent, quando maximè poſſet detegi aliquod peccatum confitentis, & ita bis factum fuit erga me diebus meis, quod quidam religioſi portarunt ad me pecunias certas, nec unquam potui ſcire ex qua cauſa illas mihi dederint, poſito ergo quod dictus frater Io. Baptiſta dicat cui dedit illas pecunias, non per hoc detegetur peccatum confitentis cū illi, cui dedit, non dixerit cauſam; per quam poſſit detegi peccatum ullum in confeſſionis ſacramento, & ita præſumitur non dixiſſe, ne præſumatur malus, ſed bonus, prudens & diſcretus, Sed, ut audio, Ordinarius cupiens dictum fratrem Io. Baptiſtam abſoluere, & uidens eum non poſſe abſolui, niſi reddita ratione adminiſtrationis dictarum pecuniarum, & facta reuelatione, abſoluit eum, atteſtans in ſententia, dictū fratrem Io. Baptiſtam ſibi ordinario reddidiſſe rationem, & reuelaſſe &c. undè dubitari poteſt, an credatur in hoc uerbo ſeu atteſtationi ipſius ordinarij, & an hoc ſufficiat nec ne.

Et breuiter puto non eſſe credendum dictæ atteſtationi, & eā non ſufficere ad ipſum fratrem Io. Baptiſtam abſoluendum, & ſic Iudex appellationis habebit pronunciare ex parte dicti agentis fuiſſe benè appellatum, & per. d. Iudicem à quo fuiſſe malè iudicatum.

Moueor primo quia regulariter uerum eſt, uni ſoli non credi, etiā quod ſit teſtis idoneus, & quod teſtificetur cum iuramento, & parte citata, l. iuriſiurandi. C. de teſti. l. maritus. ff. de quæſti. & ibi notatur;
4 † Immo etiam pluribus non creditur, quando non ſunt idonei, uel quando dicunt aliquid ſine iuramento, uel parte non citata, uel tantum in ſcriptis ad id. l. ſi quādo. C. de teſti. l. Iudices. C. de fid. inſtru. l. generaliter. §. idē. C. de re. cre. quomodo ergo credi poteſt iſti, qui eſt unicus, & depoſuit in ſcriptis ſine iuramento, & parte ad hoc non citata? certe nullo modo credendum eſt ei, ut patet ex prædictis.
5 † Quod magis confirmatur in ſpecie per tex. in c. cum à nobis, de teſtibus, ubi expreſſè inhibetur, ne unius Iudicis, quantumcunq; ſit autoritatis, uerbo credatur in cauſis, nec ſcriptum eorum ſine adminiculo teſtium ullam habeat firmitatē, & Abb. ibi in. iij. col. in uerſ. circa ſecundum ait regulariter nō credi ſcripturæ Iudicis niſi in certis caſibus, qui nō conueniunt caſui noſtro, & idem latius firmat Abb. in. c. poſt ceſſionem. de proba. ubi circa. vij. col. in uerſ. ego uero. cō-
6 cludit, † non credi litteris Epiſcopi non ſigillatis ſigillo autentico, uel non ſubſcriptis manu teſtium.

Ad hoc magis in ſpecie facit, quod notat Feli. in. d. c. cum à nobis. de teſti. circa. iij. col. in uerſ. quarta concluſio, ubi concludit, † quod nec

nec Iudici, nec arbitro, etiam in forma teſtis producto, creditur de
pertinentibus ad cauſam, in qua iudicarunt, quia præſumitur, quod
ſemper uelint defendere id, quod fecerunt, allegat tex. in. c. ſtatuen-
dum. ij. q. vi. & in. §. quæritur, eadem cauſa. &. q. Item allegat pluri-
mos ita in terminis tenentes, quod dictum corroborat ex doctrina.
Io. An. in ti. de teſte. §. opponitur. uerſ. quid ſi. quam allegat Anto.
de Butrio. cõſi. xxix. inci. quæſtio hæc &c. ubi dicitur, generaliter nõ
eſſe adhibendam fidem deponenti ſuper facto ſuo, quando ex eo
laus aut damnum aut uituperium poteſt, atteſtanti aſcribi: Ideo cõ-
cludit ibi Feli. quod etiam ſi eſſent duo Iudices nõ crederetur eorum
dicto circa cauſam, in qua iudicarunt, allegat Bal. in. c. quoniam con
tra. de proba. nam ſi malè iudicaſſent, uel nulliter, ultra damnum &
intereſſe partis, cui tenentur, reſultat etiam eis laus, uel uituperium,
ideò non eſt eis credendum, & ita eſt in caſu noſtro, nam ſi ordinari-
us iſte abſoluiſſet fratrem Io. Baptiſtam non reddita ratione, & non
facta reuelatione quid fecerit de illis pecunijs, certè ultra damnum ad
quod teneretur hæredi ex hoc reſultaret ei magnum uituperium er-
go non debet credi ei dicenti fratrem Io. Baptiſtam reddidiſſe ſibi
rationem &c. facere tex. in. c. quoniam contra falſam. de proba. qui
uult acta in iudicio debere ſcribi per notarium uel duos fide dignos,
ne ſit in poteſtate iudicis ſua falſa aſſertione præiudicare parti, & ibi
notant Bal. & alij. fac. l. ne in arbitris. §. fi. C. de arbi. ubi idem expreſ
8 ſe dicitur ſcilicet quod aſſertioni iudicis uel arbitri non creditur, † &
Bar. ibi dicit, quod iudex uel arbiter donec eſt iudex uel arbiter non
poteſt teſtificari in cauſa, ne duplici fungatur officio, poſtea uerò po-
teſt, niſi ei obſtaret, quod eſſet ſolus, uel quod ſcriptura nõ eſſet facta
de actu proceſſus, uel niſi atteſtetur pro iuſticia ſententiæ ſuæ, per no
tata in. c. cum à nobis. de teſti. cum concor. per eum allegatis, in caſu
autem noſtro obſtant omnia prædicta, primo, quia quando atteſta-
tus eſt, fratrem Io. Baptiſtam ſibi reddidiſſe rationem, nondum de-
ſierat eſſe iudex, ſecundo quia ſolus hoc atteſtatus eſt, tertio quia per
notarium actorum nõ fuit facta ſcriptura de eo, quod atteſtatus eſt,
quarto quia atteſtatus eſt pro iuſtitia ſuæ ſententiæ, ideo ei nequa-
quàm credendum eſt.

Quinimo poſito ſed non conceſſo, quod ei credendum eſſet, ta-
men id non ſufficeret, quod oſtendo manifeſtè, Nam ut dixi in con
ſilio, iſta erat quædam littera cambij cantans ſub nomine defunctæ
mulieris tunc uxoris ſui mariti, & ſic præſumitur quod illæ pecuniæ
fuerint dicti eius mariti iuxta. l. quintus. ff. de dona. in. ui. & ux.
cum concor. unde ad quemcumque peruenerint dictæ pecuniæ ſine
conſenſu ipſius mariti peruenerunt iniuſtè, & quicunque ſciens,
rem meam eſſe iniuſtè penes alium, tenetur iuſſu ſuperioris id ma-
nifeſtare. c. qui cum fure. & ibi notatur. de furt. ubi maximé Abb.
hoc expreſſe notat poſt Anto. de Butrio. & non ſufficit id mani-
feſtare Iudici, ſed oportet id manifeſtare ei, cuius intereſt, Nam

ius obligat eum ad manifeſtandum non alia ratiōe, niſi ut ille, cuius res iniuſtè uel indebitè ab aliquo detineatur, hoc ſciat, & ſic poſſit eas iure mediante conſequi & ab illo extorquere nam inducta ob aliquē finem debent intelligi taliter, quod ſequatur finis, non autem eius oppoſitum. l. legata inutiliter. ff. de lega. primo. l. cum tale. §. i. ff. de
9 condi. & demon. cum concor. †. & debent ita intelligi quod finis, ad quem inducta uel ordinata ſunt, non reddatur eluſorius. l. filium habeo. ff. ad Mace. l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri. ff. de uerb. obli. l. i. & ſecunda. ff. de calum. Notat. per glo. & doct. in. c. quamquam. de uſur. libro. vi. per Bar. in. l. omnes populi. in materia interpretationis extenſiuæ. ff. de iuſt. & iure. notant Moder. in. l. i. in principio. ff. de uerb. obli. in quæſtione ſtatuti punientis loquentem cum bannito, ſed ſi quis non teneretur reuelare illi, cuius intereſt, eluderetur finis iuris de quo in. d. c. qui cum fure, ergo oportet reualere illi, cuius intereſt, & quod reuelatio debeat fieri ipſi domino querenti, tenet expreſſe Abb. in. d. c. qui cum fure. de fur. in ſecundo notabili.

1 Remedium. c. reintegranda. intentans quid probare debeat, & numero. 4.
2 Poſſeſſio antiqua præſumitur eſſe iuſtior, quam noua.
3 Remedium. c. reintegranda. competit contra bona fide poſſidentem ſine titulo tamen.
4 Remedio. c. reintegranda. agens non cogitur tempus amiſſæ & occupatæ poſſeſſionis docere.
5 Emptor malæ fidei eſſe dicitur, quando ſcit uenditori ius uendendi non eſſe, aut etiam dubitat.
6 Poſſeſſor malæ fidei fructus quoſcunque etiam non extantes reſtituit.

Caput XXIX.

d In. c. reintegranda. iij. q. i.

QVotidie namque perquiri ſolitum eſt quatenus Ioannis [d], remedium ſpoliatis ſua poſſeſſione ablatū pro
1 ea recuperanda allegari queat, † & ſcire quidem oportet, poſſeſſorio huiuſmodi poſſeſſionis recuperandæ gratia agenti nō ex neceſſitate onus probandi dolum aduerſarij incumbere, ſed hactenus docere poſſeſſionem ipſius priorem fuiſſe, aduerſarij uerò poſteriorem ſufficiet, hinc enim præſum-
2 ptio illa exoritur, † quod Agentis poſſeſſio uelut antiquior iuſta fuerit, at conuenti, uelut recens & noua, ſit clandeſtina atque iniuſta [e], quod ſat eſſe, ut competat illud reintegrationis auxlium, Innocentius [f], & reliqui affirmarunt; Ioannisque uerba [g], æque manifeſtius idipſum indicant, quare non proderit hiſce poſſeſſoribus conuentis ſi quicquàm probauerint, propter quod dolus uerus, aut doli coniectura tollatur, uerum id tantum eos probare decet, quod omnem in
3 iuſtæ poſſeſſionis ſuſpicionem auferat, † idcireò uidemus prædictum reintegrationis remedium concedi etiam contra bona fide poſſidentem, licet titulum non habeat [h], Actor itaque cum poſſeſſionem ſuam ſuperioribus proximis menſibus amiſerit, & tunc illam reus modo conuentus appræhenderit, dicendum eſt poſſeſſionem huius

e .c. licet cauſam. de probatio.
f In. c. cum ad ſedem & in c. ſæpe. de reſt. ſpoliat. Soci. in. l. rē. quæ nobis. in. i. iiij. & . 7. q. ff. de acqui. poſſ.
g In. d. c. reintegranda ibi uel quibuſcūque in iuſtis cauſis &c.
h Soci. in. d. l. rē quæ nobis. in. i. q. uerſ. iiij. circa iſtam &c. & in uerſ. circa quartam. &c.

conuenti

conuenti recentiorem, tametſi non doloſam iniuſtam ſaltem reſpe-
4 ctu alterius antiquioris haud dubiè cenſeri, † ſimilimodo animad-
uertere operę precium fore duxerim in poſſeſſorio hoc iudicio acto-
rem poſſeſſionis amiſſæ, ac eiuſdem occupatæ tempus edocere non
cogi, quod in ciuilibus cauſis receptũ, non etiã in criminalibus Bar-
tolus alicubi uoluit [i], & quamuis allegaretur tempus, nec probaretur
poſtea, Socinus inquit [k], nihilomagis obſtaret quominus obtineret
actor, præſertim ob uim clauſularum, quas in libellis conſueuerunt
inſcribere agentes, Non adſtringens ſe ad probandum non neceſſa-
ria &c. uel ſuper quibus etc. Fructus autem ex ea poſſeſſione iniuſta
perceptos, ſiue extent, ſiue conſumpti forent, poſſeſſorem reddere
compelli, uel ob id intelligimus, quoniam malæ fidei poſſeſſor hic
duplici ratione eſſe dicitur, quum poſterius poſſederit, & idcirco clã-
deſtinam præſumatur habere poſſeſſionem, uti mox antea retuli, tũ
quod iſte poſſeſſor, qui rem em t, ſciebat uenditorem nullum à do-
mino rei de uendendo habere mandatum, nimirũ egit, ut ſibi de rato
5 uẽditor caueret, necꝫ ſibi mandatum aliquod oſtendi curauit, † quo
ſanè caſu malæ fidei poſſeſſor eſſe creditur [l], quinimò uoluit Corne-
us [m], non ſolum mala fide emptorem poſſidere credi, quando con-
ſtat ipſum ſciuiſſe, quod uenditor mandatum de diſtrahendo non
habebat, necꝫ iuſtam cauſam credendi contrarium habuiſſe, ſed etiã
6 ſi ambiguum ſit, an iuſta nec ne cauſa credendi contrariũ illi fuerit, †
quamobrem poſſeſſor ubi in mala fide reperitur ad reſtitutionem
perceptorum fructuum tam naturalium, quam induſtrialium & tã
conſumptorum quam exiſtentium, ſiue factus ſit poſſidens locuple-
tior, ſiuè non, nihilominus tenetur [n].

1 In Emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedunt liberi qui hæredes quamuis in re particulari ſunt inſtituti.
2 Naturales aut ſpurij deſcendentes non ſuccedunt in eccleſiaſtica Emphyteuſi licet fuerint legitimati.
3 Legitimatus quãdo ſubſtitutũ excludat.
4 In Emphyteuſi non ſuccedunt liberi naturales & legitimi, ſi modo ex patre illegitimo ſint nati.
5 Generalia uerba Principis non referuntur, neque ſupplent, niſi defectum in oblatis precibus expreſſum.
6 Verba generalia habentia uim ſpecialis expreſſionis quæ ſint.
7 Princeps non præſumitur uoluiſſe id cõcedere, quod iuſtę nequit.
8 Confirmatio Papæ non extendit priuilegium confirmatum ad illos caſus, qui non continebantur in confirmato.
9 Confirmatio Papæ non extenditur ad illicita contenta in confirmato.
10 Legitimato nepoti nequit plus relinquere pater, quàm nepoti legitimo & naturali.

Caput XXX.

ECcleſiaſticam Emphyteuſim auo paterno pro ſe hæ-
redibuſcꝫ ſuis conceſſam ad nepotem ex præmortuo
filio pertinere duxerim, quamquàm in oblato caſu
poſſint tantum, qui ſunt de liberis [o], & hæredes con-
ductoris Emphyteutę exiſtunt [p], in ea ſuccedere Em-
1 phyteuſi, † & hic nepos, nõ hæres uniuerſalis ſed in re certa particu-

R lari

i In. l. i. in prin. uerſ. item eſt aduertendũ &c. ff. de edend.
k In d. l. item quæ nobis. in. vij. q.
l l. fi. & ibi Bar. ff. de uſuc. pro empt. & in. l. cum uir ad fi. ff. de uſuc. Feli. in. c. ſi diligenti. col. ij. & iij. de præſcrip.
m In conſ. 269. col. 3. uer. quod autẽ. li. ſ.
n l. certum. C. de rei uend. Bar. in. l. ex diuerſo. in princ. ff. de rei. uend. Ang. Arer. in. §. ſi quis à non domino. col. 5. uer. quęro. quid etc. inſti. de rer. diui. l. cum contra. ubi Bal. ſi uend. pign. agatur.
o Bar. in. l. iuriſiurandi. §. ſi. liberi. ff. de oper. liber. doct. in. c. in præſentia. de probat.
p Bar. Caſtr. & Alex. in. l. ex facto. §. ſi. ff. ad Treb.
q In l. quædã. §. nihil ff. de eden. & in cõſil. 128. in fi. lib. 1.
r In d. l. ex facto. & in c. potuit de loca.
ſ In. l. quotiens. C. de hæred. inſti.
t Bal. & Salic. in. l. generaliter. § cum aũt C. de impu. & ali. ſubſti.
u c. naturales. ibi. notã. ſi de feud. fuer. contro. inte. domi. & Agnat.
x Bar. & doct. in. d. l. ex ſtõ. §. ſi quis rogatus Pet. Anchar. in cõſil. 427. circa. ſ. quæſitum &c.

lari inſtitutus fuerit tamen ſic hæredem ſcriptum Emphyteuſim eccleſiæ habiturum Alexander [q], Imola [r], Angelus, atq; Caſtrenſis [s], ſunt opinati, Huicq; nepoti ex legitima coniuge nato non par erit in
2 ſucceſſione emphyteuſis nepos alter ex illicito progenitus coitu, † Illegitimus enim quiſquè ex deſcendentibus liberis ab illa non immerito excludetur emphyteuſi, in cuius inueſtitura compræhenſus non fuit [t], aut etiam ſi legitimatus à comite uel Principe dicatur, nihilomagis, exemplo feudorum, ad emphyteuſim admitteretur [u], Nā tales illegitimi nepotes nequeunt ſine peccato & gigni & naſci, ideò nõ creditur eccleſia de ipſis cogitaſſe [x], quæ nempè concluſio il-
3 la ratione firmior redditur, † quod & ſi pro regula ſit, ut legitimatus excludat eum, qui ſub conditione ſubſtitutus fuit, ſi inſtitutus hæres deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus [a], &c, non ueruntamen excludet, ubi aliqua teſtator dignitate fulſiſſet [b], igitur idem fore in
4 eccleſia ob ipſius dignitatem nunc profitebor, † atqui non ueniret nepos legitime natus ex filio naturali legitimato in locatione emphyteuſis eccleſiaſticæ [c], uel etiam priuati, ſi Paulo Caſtrenſi & Saliceto [d], credere fas eſt, atq; legitimatio ipſa minus ualere creditur, quod expoſitum Principi fuerit, filium eſſe naturalem cum ſpurius eſſet [e],

Nec nos mouet clauſula, Non obſtante &c, quandoquidem Alexander inibi ſatis abundè obicem tollat, Non offendit pariter interpretationem hanc generalitas uerborum, per quam Princeps cenſetur uoluiſſe eum legitimare, quāuis alio quocunq; natiuitatis uicio
5 etiam improbi & damnati coitus adficeretur, † hæc omnia planè recipi poſſent quando nullus in porrectis precibus defectus natiuitatis foret expreſſus [f], aliud eſt ubi exprimitur unus, & alius adhuc ſubeſt, tunc uerborum generalitatē illam non ſufficere, Paulus Caſtrenſis quandoq; reſpondit [h], aut etiam conceſſo, prędictā legitimationē
6 ualere, † ac in ea Principem dixiſſe, quod filium legitimabat ad feuda, & ad quoſcunq; alios actus ſimiles uel diſſimiles, etiam qui requirerēt expreſſam mentionem, & quod comprehendatur ſub quacunq; diſpoſitione faciente mentionem de filijs legitimis et naturalibus &c. quæ uerba nihilminus, quā ſpecialis expreſſio, certè præſtāt [i], non ideò poterit legitimatus ad hanc admitti emphyteuſim, Aut enim dicitur, hūc eſſe legitimatū ad eccleſiaſticā emphyteuſim ex priuilegio Cæſaris, & hic nouum nimis inſolitumq; uideretur, ſi imperialis maieſtas ad eccleſiarum ius manum extenderet ſuam, quā iura eccleſiarum nullo pacto derogare, anteriore loco huius libri capite ſe-
7 ptimo Ipſe ego edocui, † unde cum nequiuerit Auguſtus hoc ipſum iuſtè concedere, ſicquoq; non arbitrabimur id uoluiſſe cūquam Pa-
8 latino comiti in priuilegium dare [k], † & ſuperueniens Papæ confirmatio non extendit illud comitis priuilegium ad eos caſus, qui non continebantur in confirmato, uti Baldus pluries [l], & Alexander [m],
9 ſimul cõprobarunt, † uel ſi Cæſar facultatem legitimandi ad emphyteuſes eccleſiaſticas nominatim Comiti dediſſet, quia id iniuſtum

eſſet,

a Bal. & Alex. in d. l. generaliter. §. cū autem. per Bal. & alios. in l. gallus. §. ſi cuius. ff. de lib. & poſth.

b Angelus in diſput. incip. Nobilis quidam &c. in ij. dubio Alex. cõl. ij. & cõſi. 67. & 24 lib. j.

c Hoſtien. Io. Andr. Anto. de But. in c. lator. qui fil. ſint legit. Alex. in d. §. ſi quis rogatus. col. 7.

d In l. ſi. C. de his. qui uen. æt. impet.

e l. ſed ſi hac. §. Patronum. ff. de in ius uoc. Oldrad. conſ. 247. factū tale eſt. Alex. d. conſil. 59. col. ſi. lib. ij.

f d. conſ. 59.

g Arg. quæ habentur in d. l. ſub prætextu. C. de tranſact.

h In conſ. 221. ſuper iſto puncto ad ſis

i Ant. de Butr. in c. l. de reſcrip. & in cõſi ij. Bar. in l. ſi quis in prin. ff. de leg. iij. Moder. plene. in c. nonnulli. in prin. de reſcrip.

k Bar. in l ſi. ſub conditione. ff. de condi. inſti. Bal. in l. ſi. §. in cõputatione. C. de iur. de lib. & in l. ſi. ff. de iuriſ. om. iud. Ant. de But. & Abb. in c. quod clericis. de for. cõpet.

l In l. aduerſus. C. ſi aduer. rem. iud. et in l. nominationes. in ſi. C. de appel.

m In cõnſ. 22. & ſequē. li. lib. iiij.

n Abb. & Butr. in c. dudum. de decim. Alex. conſil. 59. li. 4.

o Specul. in tit. de lo. §. nunc aliqua. uer. 13. alias. 113 Saly. in l. ſi. C. de iure. emphy.

eſſet, confirmatio Pontificis ad hæc illicita non poſſet referri [h], cum itaq; legitimatus uel per inueſtituram aut per legitimationem non poſſit huiuſmodi emphyteuſim aſſequi, ſimili modo nequibit ex aui
10 ſui teſtamento, in quo uniuerſalis ſit hæres ſcriptus, eã capere [o], † neque potuit auus plus relinquere huic legitimato nepoti, quàm alter legitimus & naturalis nepos de ſuis bonis acceperit [p].

p Bal. in c. per tuas. de maio. & obe. Alex. in d. §. ſi quis rogatus. col. fi. & in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius uoc. Soci. conſil. 112. col. i.

1 Ius patronatus probatur ex memorialibus antiquis, item ex fama cum alijs indicijs.
2 Dominium, iuriſdictio, & confines probantur per inſtrumenta antiqua licet inter alios facta.
3 Fama & communis opinio in antiquis, quando à diuerſis perſonis originem trahit, plenè probat.
4 Enunciatiua uerba in antiquis negotijs diſponunt.
5 Antiquitas quot annis gignatur.
6 Papa ignorans ius tertij non creditur uelle per ſuam in alterum conceſſionem illi derogare.
7 Ius patronatus ex gratia & priuilegio competit.
8 Reſtitutio in integrum ex capite ignorantiæ conceditur.
9 Reſtituitur eccleſia aduerſus quadragenariam præſcriptionem.
10 Tempus quadriennij petendę reſtitutionis in integrum non currit ignoranti.

Caput XXXI.

1 IVs illud, quod uulgo patronatus appellatur, † ex priuatis librorum memorialibus antiquis probari ſatis poſſe crediderim, dummodo in eis conſcriptum legatur, talem eccleſiam eſſe de iure patronatus talis &c, uti Baldo [q], Curtio [r], Decioq; [ſ], noſtro id ipſum aſſeuerare collibuit, aliud dicendum eſſet, Baldus inquit [t], ubi ſcripturæ ſint recentes, nec temporis uetuſtate munitæ, huius, de quo nunc queritur, patronatus iuris fidem non facerent, cæterum fama quoq; cum alijs concurrentibus indicijs hoc idem ius eſſe certi hominis
2 aut familiæ, omnino indicat [u], † ac inſtrumenta uetuſta, licet inter alios confecta, dominium nihilominus, iuriſdictionem, & confines demonſtrare ſolent [x], huiuſq; illa eſt ratio, quia ex his communis
3 opinio & fama probatur, † quã in antiquis ſufficere aiunt [a], quibus maximè locum fore Bartolus [b], & Aretinus [c], cõſentiunt, ſi à diuerſis perſonis originẽ fama trahat, idẽ ergo iuris erit in pluribus ſcripturis priuatis quas paris fidei & authoritatis cum inſtrumento publico
4 inter alios confecto haberi, idem Aretinus cenſuit [d], † & Butrius inquit [e], in antiquis uerba enunciatiua diſponere tametſi alioqui non diſponant [f], cæterum ambigi haud immerito potuit, quatenus fa-
5 ctum poſſit antiquum dici, † & quamquam centum annis antiquitatem gigni, pleriq; probarint [g], non propterea à ius dicentis arbitrio etiam de breuiori tempore arbitrantis eſſe recedendũ Iohannes Andreas [h], Socinus [i], Alexander [k], Dominicus [l], et alij cenſuerunt, Neq; antelatis cõtrariatur, quoniam elapſis temporibus fuerit eccleſia per ſummos Pontifices collata abſq; patronorum præſentatione, nam ualuerunt minimè collationes prædictæ, atq; patronis nequaquam

q In cõſil. 95. & 310. lib. 5. glo. in c. cum cont. de proba. et in c. cum olim. de cẽſi.
r cõſ. 77. col. ij. & iij.
ſ conſil. 42. col. i.
t per. l. monumẽtorũ C. de relig. et ſump. funer.
u Bal. in l. cum ſuper. C. de re. uendic.
x Bal. & Salic. in l. cũ aliquis. C. de iur. de lib.
a l. ſi Arbiter. ff. de probat. Corn. cõſil. 264. lib. 2.
b In l. admonendi. ff. de iur. iurand.
c In c. cum cauſam. col v. de probat.
d In d. c. cum cauſam col. 4. uerſi. ſecundo caſu.
e In c. cũ dilectus de ſuc. ab inteſt.
f l. ex his. C. de teſt. milit.
g Abb. & Imol. in c. uenlens. de teſtib.
h In c. illud. de præſump.
i Conſ. 89. col. iij.
k conſ 4. lib. 2.
l In c. i. de præſcrip.

6 præiudicarunt,† quandoquidem ignorauerit Papa, eccleſiam eſſe de
iure patronatus laicorum, quorum iuri derogare pontificem noluiſ-
ſe Ioannes Andreas, Dominicus [m], Angelus [n], Lapuſcꝫ [o], exiſtima-
runt, Nec obſtat adhuc, quòd propter quadrimeſtrem Patronorum
taciturnitatem uidentur pontificum collationes cõprobatæ [p], hæc
ſanè uera ſunt, quando patroni non ignorabant ſe habere ius patro-
natus, ſecus uerò in ignorantibus [q], item prædictis fit locus quo ad
præteritas collationes, non quidem quo ad nouam in qua patroni
non ſubticuerunt ſed reclamarunt [r], haud æque pręſcriptio patronis
obſtabit, cum nemo alius fuerit in quaſi poſſeſſione eiuſdem iuris
patronatus contra ueros patronos, ideò nulla cucurrit præſcriptio [ſ],
quinimò eſt hactenus incertum, nũquid ius patronatus præſcribi ua-
leat, Non aduerſatur denicꝫ illud, quia per non uſum, ſicut uſusfru-
ctus [t], iura patronatus amittantur, & quemadmodũ alia priuilegia,
7 quibus patronatus iura ſunt cõparata, † quoniã utracꝫ ex priuilegio
& gratia tantum competunt [u], ex non uſu ac deſuetudine tollantur [x],
ſic & eadem patronotum iura adimi poterunt, ad hunc namcꝫ obie-
cem reſpondebis, ex capite ſaltem ignorantiæ, quæ in dubijs præſu-
8 mitur [a], patronos ſucceſſores in integrum reſtitui oportere [b], † iuſta
enim cauſa eſt reſtituendi in integrũ ignorantia [c], quin etiã ſi dictũ
ius longiſſimi tẽporis pręſcriptione ſublatũ foret, ancepsꝫ ſit [d], nun-
quid reſtitutio aduerſus trigenariã, uel quadrigenariã præſcriptionẽ
concedi poſſit, receptius tamen uidetur exemplo eccleſiæ, † quæ ip-
9 ſa contra annorum quadraginta pręſcriptionem reſtituitur [e], priua-
tos itidem iuſta ignorantiæ cauſa ſubſiſtente, reſtituendos eſſe [f], li-
10 cetcꝫ prædicta reſtitutio poſtulari debeat infra quadriennium [g], † re-
ſpondetur uerumtamen, illud quadriennium eſſe initio tempus uti-
le adeò, ut ignoranti non currat [h].

m In .ij. ſ. de præben. lib. vi.
n In. l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius uoc.
o Allegat. 96.
p Card. in Clem. i. ne prælat. uic. ſuas.
q Bar. in. l. genero. ff. de his. qui not. infã.
r Io. Andr. & Gemi. in. c. ij. de offi. uic. lib. vi.
ſ l. ſine. poſſeſſione. ff. de uſuc.
t l. corruptionẽ. ibi. not. ff. de uſufruct.
u c. 1. ibi not. de iur. patro.
x l. i. ff. de nundi. Bar. in. l. licitatio. §. cæterum. ff. de publi.
a l. uerius. C. de probat.
b Corn. cõſi. 164. li. 2.
c glo. in. l. ſi partẽ. §. 1. ff. quem. ſerui. amit.
d per. l. omnes. C. de præſ. 30. uel. 40. annorum.
e Clem. 1. de. reſti. in integ. Alex. conſ. 169. in. fi. lib. ij. & in conſ. 87. lib. i.
f Corn. d. conſ. 164 lib. ij.
g c. i. de. in integ. reſtitui. lib. vi.
h d. c. i. ubi. glo. & doct. & Alex. optime conſ. 81. circa fi. lib. v. & in conſil. 89. lib. ij. & 65. lib. 4 Abb. in. c. i. de pręſcrip.

1 Tutor liberatus in teſtamento à reddendis rationibus ſuæ futuræ adminiſtrationis, quando nihilominus illas reddere teneatur.
2 Tutor per teſtatorẽ liberatus ab adminiſtratione, tenetur tamen rationem reddere eorum, quæ ad ipſum peruenerunt.
3 Liberatio adminiſtrationis quantumcuncꝫ uerbis generalibus & geminatis legata tutori, non extenditur ad ea, quæ dolo uel quaſi ſunt penes tutorem inuenta.
4 Dolus futurus remitti non poteſt.
5 Dolus quomodo in tutore probetur.
6 Iuramentum in litem præſtatur ob dolum, non etiam ob latam culpam.
7 Liberatus tutor rationem futuræ adminiſtrationis reddere, nõ tamẽ intelligitur liberatus à confectione libri rationalis.
8 Culpa etiam lata poteſt nominatim remitti.
9 Dolus præſumptus quatenus remitti poſſit.

Caput XXXII.

Ontigit ſæpenumero teſtamentarios tutores à reli-
quorum præſtatione & tutelæ adminiſtratione à pa-
rentibus in teſtamento liberari, quare ſic liberatus tu-
tor modo reclamat, adminiſtrationiſque ſuæ ratio-
nem reddere uelle negat, potuit enim pater: tutor in-
quit: iubere filium, ut ſuũ adminiſtrata tutela liberaret tutorem
[1], &

[i],& ſimpliciter in teſtamento liberatus á reddendis rationibus, quā-
quam reliqua exhibere debeat [k],ſecus tamen eſt,quando hæres gra-
uatus eſt tutorem ipſum liberare [l],præterea idem teſtator remiſit tu-
tori omnē inuentarij confectionem, quā poſſe remitti indubitati iu-
ris eſſe, Auguſti ſanxerunt [m], confectionem igitur rationum remiſ-
ſam, intelligitur, cum rationis caput ſit inuentarium [n], Verum enim-
uerò ſecundum ea, quæ proponuntur, aliud de iure reſpondendū pu
tarim, nam quilibet negociorum alterius adminiſtrator adminiſtra-
1 tionis rationem reddere adſtringitur [o],† Idemq; obſeruari conuenit
licet à ratione adminiſtratiōis futuræ liberatus ſimpliciter eſſet, quo-
niā tūc & ſi ex leui aut leuiſſima culpa nō teneatur, de dolo nihilomi
nus, & lata culpa, quæ dolo eſt comparanda, deuinctus eſſet, nimirū
adminiſtrationis ſuæ rationalia oſtendet, ut indè liqueat, num doli
2 mali uel latæ culpæ reus ſit [p],† atqui rationem reddere eorum, quæ
ad eum peruenerint, iuſte cogi, Angelus conſuluit [q], præſumuntur
illa ſemper apud eum adminiſtratorem extare, ni conſumptio docea
tur, quæ in facto conſiſtens nequaquàm facta creditur [r], atquè pecu
niam, quam ad manus adminiſtratoris perueniſſe conſtat, extare ad
huc non ſolum penes ipſum ſed & eius quoq; hæredem, Paulo Ca-
ſtrenſi uiſum eſt [ſ], accedat prædictis, quod ſi teſtator dederit filios tu
tores nepoti ex altero prædefuncto filio, prohibueritq; ratione admi
niſtrationis illos reddere, uel ſi occaſione eiuſdē tutelæ benè uel malè
geſtæ omiſſæ uel neglectæ dolo, culpa, aut negligentia condemnarē
3 tur in aliquo, illud omne ſeu tantundē de ſuo ijſdem reliquit, † quo
ſanè caſu Ancharaneus arbitratur [t], huiuſmodi liberationem ad ea
minimè extendi, quæ dolo, uel quaſi apud ipſos tutores inueniātur,
reſpondens ad Vlpiani legem [u], debere illius ſententiam ad reliqua
præteritæ adminiſtrationis non etiam futuræ extendi [x], hocq; re-
ceptum ferunt omnes ne delinquendi cauſa detur, ac ne quis fructū
ſuæ iniquitatis capiat [a], id ipſum æmulatus eſt nonnunq; Salicetus
[b], aſſeuerans prædictum Vlpiani decretum habere duntaxat locum
quādo teſtator ex adminiſtratione prçterita erat adminiſtratoris cre
ditor, ſecus ubi tutor eſt futurus debitor hæredis ex tutela, quia tunc
defunctus non poterit eum liberare, ſicut de utendo & fruendo ar-
bitrio boni uiri cautionem remittere non poteſt [c], hancq; Saliceti cō-
cluſionē Alexander ipſe inſequitur [d], Nec obſtat, quòd legatum reli
quorum collatum fuerit in tempus adminiſtrationis præteritæ, quo
niam iuſſit teſtator, liberari tutores finita tutela omnino debere, pe-
rindeq; ſit ac ſi tempore teſtamenti adminiſtratio tutelæ finita iā eſ-
ſet [e], nam obici huic, reſponſio illa eſt, reſiſtit lex initio legati reliquo
rū cā ratione, ut nō detur occaſio delinquendi, meritò non ualet quā-
quam conferatur in tempus adminiſtrationis finitæ [f], Non contra-
dicit pariter ſententia Bartoli [g], cū loquatur in liberatione relicta pro
4 pter adminiſtrationem præteritam non quidē futuram,† quinimò
5 priuatorū pactionibus dolus futurus remitti nequiret,† in dubioq;

i .l.ſi.quis rationes.l. cū ita.ff. de lib. leg.
k .l. ſi ſeruus uetitus. ff de leg. i.l.quidam decedens. ff. de ad-mi.tut.
l Alexan.conſ.54.li. ij. Ang. conſ. 174. &.185.
m .l.ſi.C.arbit.tute.
n .l.cum tale.§.i.ff.de condi.&.demon.
o .l.ij ff. de neg. geſt. §.ſicut autem. inſt. de obli.quę ex quaſi cont.
p .d.l.cum tale. §. l.l. non ſolum.§.heres .l.ſi quis ratiões. ff. de li.leg.&.d.l.qui-dam decedens.
q In conſ.102.
r .l. nam & ſi fur.ff. ſi ſer.pet.
ſ In conſ.171. ad pri-mum quæſitum.
t In. conſ. 117. caſus talis eſt.
u In.d.l.ſi quis ratio-nes.ff.de lib.leg.
x Bar.in.d.l. quidam decedēs.& in.l.Au-relio.§.Gaius.ff. de lib.leg.
a .l. conuenire. ff. de pact. do. l. pen. C. de leg.
b In.l.cum.neceſſitate .C.de fideicō.
c .l.ſcire oportet. C. ut in poſ.leg.
d In.d. conſ. 62. li.4.
e Ang.in conſ. 174.
f Imo.in.l.in tempus ff. de hæred. inſti.fa cit .l.minor.ff. de ſer.expor. Bar. in.l. l.§.nunciatio.ff. de oper.no.
g In.d.§.Caius.

 remiſſus

remiſſus non præſumitur [h], de dolo autem conſtare dicimus, ubi
non reſtituit quis, quod peruenit ad ipſum, & conſumptio eiuſdem
per ipſum nõ demonſtretur [i], atq; dolus malus in tutore detegitur,
ſi liber rationum ab ipſo confectus nõ appareat, aduerſus namq; ip-
6 ſum tali caſu iuratur in litem [k], † quod iuramentum ob dolum ma-
7 lum, non etiam culpam, & ſi lata ſit, præſtatur [l], † quamuis enim in-
uentarij confectio ſiuè rationis redditio à teſtatore remiſſa fuerit,
non uerumtamen onus conficiendi rationalium librum exiſtima-
tur remiſſum, quoniam poteſt adhuc adminiſtrationis ratio poſtu-
lari, ſicq; liber talis cõſcribi debuit [m], alias dolus ineſſe diceretur, ſu-
pradicta hæc omnia Caſtrenſis quoque probauit [n], ſi porrò lata cul
pa non uidetur remiſſa per prohibitionem reddendæ adminiſtratio
8 nis [o], † & culpa huiuſmodi lata potuerit nominatim remitti [p], mul-
tò minus cenſebitur remiſſus dolus, qui præſumitur ex omiſſione
confectionis librorum, præponderat nempè iſtud latæ culpæ, quan
doquidem pro dolo malo præſumpto iuramentum deferatur in li-
tem, non ſic prolata culpa, denique in teſtatoris liberatione non con-
tineri remiſſionem doli etiam præſumpti Bartolus [q], Antonius Bu-
trius [r], conſpiciunt, nequè uidetur poſſe confectionem librorum ab
homine expreſſè remitti ne per hoc ad delinquendum inuitetur ad-
miniſtrator [ſ], offendit atque nos minus quia in caſu noſtro remiſſa
ſit remittique potuerit inuentarij deſcriptio [t], poteſt namque eſſe,
quod pupillo expediat, inuentarium non fieri, ne patrimonij ſecre-
ta circumferantur [u], quare putàuit lex, inuentarij confectionem, à pa-
tre prohibitam eo tantum reſpectu fuiſſe, ut filius utilitatem ex pro-
hibitione eadem caperet, pro ipſo ſalubre conſilium pater per omnia
ſemper excogitat [x], & ubi non proſpexiſſet filio pater, poterit nihil-
ominus Iudex, ſi modo expedire filio appareat, à patris recedere uo-
luntate [a], ut delinquendi tollatur occaſio, cæterum aliud eſt in confec
tione rationalis libri, qui poteſt ſolum prodeſſe & nullo pacto ob-
9 eſſe, cum ſecretè ſine teſtibus fiat, † nec demum obſtat, dolus præ-
ſumptus rectè ſecundum Butrium [b], remitti poteſt, id enim Caſtrẽ-
ſis negat contrariumue prorſus ſectatur [c], aut ſi concedamus pro ue
roq; recipiamus illud procedit tamen ubi ille, cuius fauore dolus præ
ſumitur, illum remittit, at per defunctum nuſquàm remitti poteſt in
hæredis præiudicium [d], & quemadmodum reliquorum remiſſio
haud rectè fit uti paulò ante diximus, ita non debet poſſe remitti cõ-
fectio & librorum exhibitio, per quos reliqua inſinuantur, uno pla-
nè uetito, interdicitur omne aliud, per quod peruenitur ad illud [e], uel
etiam ſi poſſet remitti librorum confectio, ac per conſequens dolus
præſumptus, non ueruntamen in dubio præſumitur remiſſus [f], ex
quibus liquet, filium hunc poſſe abſq; metu penè ſibi petere admi-
niſtratæ tutelæ rationem reddi, ex ea non difficulter agnoſcemus, an
tutores in dolo uel lata culpa fuerint, & ut reliqua conſequatur, à qui-
bus non tenetur ipſos tutores liberare.

h l. ſi unus. §. illud. ff. de pact.
i l. dolus. ff. mand. l. 2. §. in pupillum ſucto. & cit & apud ff. depo.
k l. 1. § officio. cum glo. in uer. tenebi-tur. ff. de tutel. & rat. diſt. l. tutor qui repertorium. ff. de admi. tut.
l l. in actionibus. ff. de in litem. iuran.
m d. §. officio.
n In. cõſ. 225. dubita-tio uertitur. in fi.
o Balan. d. l. cum ne-ceſſitatem. & in. l. ſi ſeruus uetitus. ff. de leg. i.
p l. contractus. ff. de reg. iur.
q In. l. creditor. §. lu-cius. ff. mand. & in l. ſi ſocietatẽ. §. ar-bitrorũ. ff. pro ſoc.
r In. c. quinta uallis. de iur. iuran. & Imo. ibi.
ſ d. l. conuenire. & d. §. illud.
t d. l. fi. C. arbi. tut.
u l. ij. C. quã. & qui. quar. pars. deb. lib. x. l. ij. C. de alẽ. pup. preſt.
x l. nec in ea. §. i. ff. de adul. l. ſi pupillorũ §. ſi pater. ff. de reb. cor.
a l. utilitatem. l. in cõ-firmando. ff. de cõ-ſtr. tuto.
b In. c. fraternitatis. de teſti.
c In. d. §. illud.
d glo. in. l. i. C. de uſuf-fru.
e l. oratio. ff. de ſpõ.
f d. §. Lucio. & Bar. in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorum. ff. pro ſoc.

Mona-

1 Monaſterium nõ eſt loco filij naturalis, ſed tantum loco ciuilis.
2 Ingreſſus monaſterij facit deficere fideicõmiſſum relictum ſub conditione, non exiſtentium filiorum.
3 Vita contemplatiua eſt præferenda actiuæ & ſeculari.
4 Dos nihilominus ingredienti monialiũ monaſteria debetur.
5 Teſtatoris diſpoſitio, quæ religioni eſt contraria, reijci debet.
6 Ingreſſu monaſterij illegitimus filius efficitur legitimus, & capax.

Caput XXXIII.

FOrtis & uehemens exiſtimatur eſſe diſſertatio illa,
quæ per hominum manus & ſapientum ora non nũquàm diu uerſata eſt, ſi geminos habens filios pater
uerbis fideicommiſſi ad hunc fermè cauerit modum,
ambobus filijs decedentibus ſine liberis legitimis &
naturalibus ſubſtituo Gaium, hinc iurgium ſuboritur, quod alter ſine liberis Gaium ſibi hæredem inſtituens præmoritur, alter religionem fratrum minorum ingreditur, Primum uidebatur, omnẽ hanc
hæreditatem Gaium fideicommiſſi iure habiturum, teſtator namq;
uerbis naturalibus conditionem fideicommiſſo indixit, dũ inquit,
ſine filijs legitimis & naturalibus, quamobrem ciuili tantùm modo
1 eam impleri haud ſufficit [g], † monaſterium enim non naturalis filij
ſed ciuilis duntaxat locũ obtinet [h], unde à proptia teſtatoris uerborum ſignificatione recedi non oportet [i], nec uidetur teſtator diſpoſitionem ſuam interpretationi iuris cõmiſiſſe, cum idem ipſe declarauerit eam dicens, legitimis & naturalibus ab eiuſq; interpretatione recedere nefas ſit [k], nam uerba iſta, legitimis & naturalibus, debent aliquid operari, & in his terminis non debet intelligi Cæſaris conſtitutio [l], uerum in his tantum, quibus exprimitur, caſibus, ſcilicet, ubi filiorum ſimpliciter cõmemoratio fieret, exorbitat ualdè à iure communi, meritò ampliari non debet, prædictaq; Auguſti ſanctio, quæ iuri ciuili inſeritur, in locis Romanæ eccleſiæ ditioni ſubiectis firmitatem plurimam minimè obtinet [m], & huius fideicommiſſarij allegatio ea præſertim ratione ſubnixa eſt, quoniam fratres iſti minores ordinis ſancti Franciſci ſunt bonorum incapaces prorſus [n], At pro-
2 babilior receptiorq; altera opinio uiſa eſt, † ut ingreſſu monaſterij
omnis fideicõmiſſi defecerit conditio, ac teſtatoris uerba ingreſſum huius religionis non excluſerint, nulla porrò internoſcitur differẽtia, uel dixerit teſtator ſimpliciter, ſiue filijs, uel dixerit ſine filijs legitimis & naturalibus, cum poſtrema hæc tacitè ſubintelligantur [o], taliſq; iniuncta conditio pro non adſcripta cenſeatur, uelut contemplatiuã
3 uitam impediens [p], † quam prudentes actiuæ, & ſeculari non imme-
ritò præualetunt [q], ſicuti turpes & impoſſibiles alioqui conditiones
4 & contra publicam utilitatem propoſitæ reijciuntur [r], † & dos, quę
non poteſt eſſe ſine matrimonio [ſ], debetur tamen ingredienti monialium monaſteria [t], & filiæ ſi relinquat pater mille cum nupſerit, aut quingenta, ubi religionem introierit, licet monaſticam uitam

 uiuere

g .l. ſtatius florus. §. cornelio. ff. de iur. fiſ. l. cũ pater. §. hæreditatẽ ff. de leg. ij.
h §. ſed hoc de præſenti. in auth. de ſancti. epiſc. c. in præſentia de probati.
i .l. non aliter. ff. de leg. iij.
k .l. generaliter. §. ſi. ibi not. C. de. inſti. & ſubſti. ſub. cond. fac.
l In. d. §. ſed hoc de præſenti.
m nor. in. c. quæ in eccleſiarũ. & in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ de conſti.
n Clem. exiuſ. de uerbo. ſigni. Imo. in. l. lucius. la. ij. ff. de hære. inſti.
o .l. ex fact. §. ſi quis rogatus. ibi. notat ff. ad trebelli.
p Do. in auth. niſi rogati. C. ad trebe. & in d. §. ſed hoc de præſenti.
q .l. quiſquis. C. de epiſco. & cler. l. ſancimus. la. pr. C. de ſacro. ſanc. eccle.
r .l. ſi. l. ſi filius. ff. de condi. inſti. l. ij. C. de indic. uidu.
ſ .l. ij. ff. de iur. do.
t .d. §. ſed hoc de præſenti.

5 uiuere eligat, accipiet nihilominus integra mille, † & parentis con-
tra Dei religionem reliqua diſpoſitio à lege refellitur [u], ita quoq;
eodem religionis fauore expirauit fideicommiſſum, ut ad religionē
ipſam facilius alliciantur filij rogati, præualet illa nempè ratio, quæ
religioni fauet [x], concluſionem prædictam, quando teſtator uerbis
naturalibus fuit locutus, poſt Dinum Bartolus ueram eſſe aſſeuerat
[a], & Baldus idem tenet; quando ſubſtitutus non eſſet ex deſcenden-
tibus uel aſcendentibus teſtatoris [b], Alexanderq; pluries interroga-
6 tus reſpondit [c], & minimè de hoc mirandum eſt, † quoniam æque
uidemus, illegitimum & incapacem ſucceſſionis hoc monaſterij in-
greſſu legitimum atq; hereditatis capacem effici [d], licet enim fratres
minores ſint incapaces, ecclesia tamen & monaſterium incapax non
eſt, nec prohibentur eorum ſindici & adminiſtratores relicta huiuſ-
modi petere & in pios uſus conuertere, aut etiam illa uendere tamet-
ſi teſtator eadem diſtrahi prohibuiſſet [e],

u Bar. in. l. ij. ff. de his quæ. pœnæ. no. Butri. in. c. in præſentia. de proba.
x .l. ſunt perſonæ. ff. de relig.
a In. l. ſi ita quis §. ſi. ff. de leg. ij. doct. omnes in. d. auth. niſi rogati.
b in. d. auth. niſi rogati.
c In conſ. 96. li. iij. & 121. lib. 2.
d Guil. de Cunio in. l. i. C. de ſacr. ſanct. eccle.
e Io. de ana. conſ. 30.

1 Alimenta uxori legata an ſeorſum ab hæredibus præſtari oporteat.
2 Nouerca odium naturale cum priuigno gerit.
3 Mulier præſtanti forma nō debet uidua permanens in eodem cum priuigno cō-tubernio morari.
4 Alimenta legata quando poſſit legatarius petere, ut ſibi ſeorſum ab hærede exhibeantur.
5 Determinatio æqualis quam gerat poteſtatem.
6 Ademptio legatorū tacita ſit per expreſſam tranſlationem legati, ſecus in tacita tranſlatione, que non operatur ademptionem tacitam.
7 Conditiones plures copulatiuè in legato appoſitæ uerificari omnes debent.

Caput XXXIIII.

ALimenta ſolent mariti ſuis relinquere uxoribus, ue-
lut, ſi dictum fuerit, alimenta deberi, donec uidua ſte-
terit uxor & in domo teſtatoris cum filiabus, uſq; dū
nubiles erunt, habitauerit ſecundum ſuæ dignitatis
gradum, & prout tempore uitæ dictæ teſtatoris habe-
re conſueuerat, prætere a certam aliquam pecuniæ quantitatem, do-
nec uiduæ permanſerint, ſingulis annis uxoribus hiſdem legant, in-
de iurgandi cū hærede defuncti mariti facile occaſio ſuboritur, quod
hæres neget alimenta uxori exhibere in aliqua domus teſtatoris par-
te ſeorſum ab ipſo, cæterum eadem præſtare mauult uxori prædictę
cū ipſo in ſimul cohabitanti eidemq; menſæ acumbenti, & pro ſe al-
legabat, quia uidebatur cōditio illa, morandi in domo, eo dumtaxat
reſpectu appoſita, ut hæredis fauorem reſpiceret [f], cui longè commo-
dius eſt, alimenta eadem in menſa uxori dare, quam in alia ſepara-
tim [g], nimirum intelligi debet relictum hoc alimentorum quod in
eadem præſtandum ſit menſa, uti Bartolo, Baldo, & Angelo atteſta-
ri collibuit [h], item præſtari eadem oportet in domo teſtatoris ratio-
ne leuioris impenſæ [i], tantoq; magis id recipi poſſe uidetur, quoni-
1 am nulla iuſta cauſa uel ſuſpicio prominet in contrarium [k], † E-
contra

f Bar. in. l. Caio. §. imperator. ff. de ali. & ci. leg.
g .l. cum hi. §. cauſæ ff. de tranſac.
h In. l. 2. C. de leg. l. ſi quis ita legauerit. ff. de cōditionibus. et demonſ. Caſtren. conſi. 265.
i Alex. conſi. 100. li. 1
k Bar. in. d. §. impera tor. & in conſi. 221.

contra uerò putarim ipſe pro uxore legataria ſecundum propoſitam quæſtionem omnino reſpondendum, non enim teſtator ſimpliciter ei legauit, ſi habitauerit cum hærede, quo caſu contrarijs nuper adductis fit locus, ſed iuſſit in teſtamẽto maritus, alimenta uxoris ſuę, donec habitauerit in domo ipſius teſtatoris, per hæredem quotannis decerni, undè non prohibetur ea mulier (Bartolus ait [l],) alimenta ſeorſum in domo eadem tamen ſibi petere, & quamuis poſt gloſſam Socinus ibi [m], contrarium uelit, non ideo recedi ob id à Bartolo tutum foret, iuris namq; ciuilis mirificum lumen Bartolum Angelus appellat [n], neq; creditur teſtator agri ditiſſimus cogitaſſe modicam impẽſam, quæ à ſeparata alimentorum præſtatione deſcendit [o], ſupraſcripta quoq; nõ mediocriter iuuat, quod teſtator primum tutricem filiabus ſuis uxorem dedit, quare inſequenti alimentorum legato habitationem domus legaſſe in fauorem uxoris & filiarum nõ uerò hæredis cenſetur, alias primum habitationis legatum fuiſſet ſuperfluum, ſi non poſſet petere alimenta in parte domus ſeparata exhiberi, idq; clarius ex alio legato demonſtratur, in quo teſtator uoluit duos lectulos, alterum ruri, alterum in dicta habitationis ſuę domo eidem uxori pro ſuo uſu atq; arbitrio eſſe paratos, ſicq; conſtat, minorem impenſam à teſtatore haud præmeditatã fuiſſe, ſed dignitatem mulieris ſolam, quæ legatum auget [p], præ oculis habuiſſe, igitur teſtatoris mens, cuiuſuis alterius interpretationi anteponẽda erit, cui tantò magis aſtipulor, cum teſtator purè inſtituerit prius filios maſculos ex ipſa uxore quandocunq; naſcituros, demum inſtituit filiũ naturalem legitimatũ ſub conditione, ſi teſtator moreretur abſq; filijs legitimis & naturalibus maſculis, deniq; poſt relictũ uxori legatũ alimentorum, in hunc modũ cauit, ſi uxor prædicta uiduitatẽ ſeruauerit, nolueritq; in eadẽ habitare domo cũ hęredibus ipſius teſtatoris, prælegauit ei dotes ſuas tantũ, itaq; in caſu habitationis cũ hæredibus cenſetur rurſus legatum alimentorũ confirmaſſe [q], quamobrem & ſi admiſerimus Accurſij, & Socini opinionẽ, poterit uerumtamen eligere mulier, utrũ uelit alimenta ſeorſum ab hæredibus ſibi præſtari, ut potè conditione illa, habitandi cũ hæredibus, de quibus teſtator ſenſit per caſum mortis [r], defecta, uel ſaltẽ defecit cõditio ipſa, nõ natis his ex uxore filijs, quos teſtator meminerat [s], quod autẽ nõ intellexerit teſtator de filio legitimato, quẽ ſub cõditione hæredẽ ſcripſerat, ſed de filijs pure inſtitutis & naſcituris cogitauerit ſolũ, iureconſultus probè admonet [t], quodq; ex eo certius apparet, quia in pluribus teſtamenti locis de hæredibus mentionẽ faciẽs teſtatur, intelligit ſemper de filijs legitimis & naturalibus purè inſtitutis, non quidẽ de legitimato filio, qui ſub conditione ſcriptus fuerat hæres, proindè ſi uoluiſſet legitimatũ eodẽ modo cũ hæredibꝰ filijs naſcituris cõprehendi, cur diuerſo nomine illũ nominaſſet? ſubeſt altera itidẽ fortis ratio, ſub illo uerbo, hæredibus, ſi teſtator legitimatũ contineri uoluiſſet, nõ idcirco teneretur uxor cũ ipſo uni menſæ accũbere,

l In l. qui concubinã, §. uxori. ff. de leg. 3.
m In d. §. uxori.
n In conſil. 15. Abba. conſi. 5.
o c. Gemma. de ſpõ.
p l. ſed & ſi ſuſceperit, §. proponas. ff. de iudi.
q l. pecuniã. ff. ſi cer peta.
r l. i. C. de leg. & d. §. imperator.
s l. iij. §. deſinere. ff. uſufru. quẽad. caue.
t l. ſi. §. titia. ff. de lib. leg.

2 propter naturæ odium,† quod cum priuigno nouerca gerit [u], † &
3 mulierem iſtam, quæ optima eſt ætate, præſtantiq; forma, non de-
cet, rixas, contentiones, & infamiam uitandi cauſa, eodem cum legi-
timato filio in cõtubernio morari [x], ex quibus patet ad contraria re-
ſponſio, quandoquidem locum ſibi illa uendicent ubi alimenta lega-
ta fuere ſimpliciter, ſi habitauerit cum hæredibus, ſecus ſi dictum fo-
ret, ſi habitauerit in domo hæredum, uel procedunt quando talis ha
bitandi conditio eſt poſita fauore hæredum, uel quia conditio non
defecit propter caſum reſpectu hæredum, de quibus ſenſerat teſta-
tor, aut quod futurus hæres non fuiſſet priuignus, quæ omnia in ob
lato themate ceſſant, & pro clariori intellectu obiectæ difficultatis di
4 ſtingue aliquos caſus, † imprimis alimenta nonnunquam ſub con-
ditione legantur, ſi legatarius habitabit cum hærede grauato præſta
re alimenta, & tunc indubitati iuris eſt, legatarium apud hæredẽ ali-
mentari oportere [a], aut relinquuntur alimenta ſub conditione alicui,
ſi habitauerit in certo loco, ut puta, in municipio cum hærede, quo
caſu anceps quæſtio ſæpiſſime fieri ſolet, de qua alibi quum diſſera-
tur [b], hic mentionem facere deſino, & iſtorum caſuum neuter quæ-
ſt onem hanc noſtram continet, non ſanè iniecta conditio fuit habi-
tandi cum hærede grauato alimenta dare, ſed cum alio, qui non de-
bebat alimenta exhibere, & certum eſt, legatarium non cogi cum hæ
rede grauato ſimul uiuere, uerũ ſat erit, ut cohabitet alteri, cui iuſſus
eſt cohabitare, omnia hæc ſcitè atq; eleganter recenſuit Raphael Cõ-
mẽſis [c], et iurecõſultus affirmat [d], & hic eſt propriè, de quo in præſen-
tiarũ per quirimus, caſus, nam uxori alimẽta debentur à teſtatoris hę
redibus quamdiu in domo teſtatoris commoraretur cum filiabus
teſtatoris eiuſdem quo ad nubiles erunt, quamobrem non cogetur
habitare, alimentaq; apud hæredem ſuſcipere, ſed ſat erit, ut cum fi-
liabus, uſq; dum nupſerint, cohabitet, quod illa præſertim ratione
probauerim, quum id legatum alimentorum ſit adeò amplum, &
generale, quod abſq; dubio alimenta deberentur uxori, licet hæres
extra domum habitationis defuncti degeret, huic enim caſui, cui uer
ba legati congruunt, ipſum itidem legatum & teſtatoris diſpoſitio
conuenit [e], cæterum exploratum habemus, in præſenti caſu, uxorem
non teneri alimenta apud hæredem ſuſcipere, cum teſtator ad id eã
adigere noluerit, igitur intelligendum hoc fuit, ut etiam ſi hæres ha-
bitaret in dicta domo, ipſa tamen uxor non adſtringatur hæredi cõ-
uiuere, nam horum caſuum cum uterq; ſub una determinatione cõ-
præhendatur, ſiuè hæres habitet in ea domo, ſiuè extra, apparet hos
ambos pariformiter determinari oportere, & ſic quemadmodũ hæ-
rede habitante extra domum non teneretur ipſa ei conuiuere, ita nec
eo habitante in domo, uerum ſufficiet, inhabitare eam cum filiabus
5 ſuis, uti uerba teſtatoris manifiſtè perhibent [f], † & Bartolus tradit
[g], quando uir uxori ex tali fundo ſingulis annis certa modia frumen-
ti & pecuniæ quantitatem legat, ſicut frumentum non debet præ-
ſtari

[u] Iaco. de Are. in l. pe. ff. ubi pupi. educ. deb. Bal. in auth. hoc locum. C. ſi ſe cun. nup.
[x] Bal. Sali. & omnes in d. l. i. C. de leg.
[a] Doc. in d. l. i. Bar. in d. l. ſi quis ita legauerit. ff. de condi. & demonſt.
[b] In d. §. uxori. & in d. l. ſi quis ita legauerit.
[c] In d. l. ſi quis ita legauerit.
[d] In l. illis libertis. ff. de cõdi. & demonſt.
[e] l. il'e aut ille. §. cum in uerbis. ff. de le. 3.
[f] l. iam hoc iure. ff. de uul. & pupi. l. in teſtamento. C. de mi. teſta.
[g] in l. ſi legatarius. §. fi. ff. de leg. 3.

ſtari in principio anni ſed eo tempore, quo legi & inturari ſolet, ita eodem tempore pecunia ſoluenda erit, atq; id ipſum æqualis determinationis ratio ſuadet, quãuis ſecus foret, ubi ratio æqualis determinationis non ſubeſſet, uel ſi obijciat quiſpiam, prædicta ſatis innui ex priore teſtamenti parte, aliud uidetur dicendum, ſi inferiorem eiuſdem teſtamenti clauſulam inſpexerimus, in ea nempè poſteriori parte ad hanc formam proſpexit defunctus, ſi eius uxor nolet habitare in domo prædicta cũ hæredibus teſtatoris, neq; aſſumere onus tutelæ iniunctum, reliquit prælegati iure eidem duntaxat dotes ſuas, ergo ſub conditione habitationis cum hæredibus in domo illa &c. cenſetur iterum confirmaſſe legatum alimentorum [h], & illa conditio intelligetur, ſi modo cõuiuant in ſimul, obiectis reſponderim ego imprimis negando, ut per illa uerba credatur datum legatum alimẽtorum ſub conditione contraria, uidelicet, habitandi cum hærede, ratio eſt, quoniam in illis uerbis, nil fuit expreſſum de alimentis legatis, ſed ſolum de prælegato dotis, undè non poteſt dici, quod argumentum iuſtè ſumatur ſuper alimentis, de quibus nil ibidem fuerat expreſſum, ſicq; prædicto caſui [i], non conuenit, nam ibi pecunia, ſuper qua ſumitur contraria diſpoſitio, & contraria conditio, fuerat in diſpoſitione illa expreſſa, hic uerò alimenta in huiuſmodi oratione non ſunt expreſſa, ideò ſuper eis non poteſt elici contraria diſpoſitio ſub conditione ſimili modo contraria, nec mirum eſt, quia

6 uidemus in ſimili, † quod in his ultimis uolũtatibus expreſſa tranſlatio operatur tacitam ademptionẽ [k], ſecus in tranſlatione tacita, quoniam illa non operatur ademptionem tacitam [l], & ſic regulariter unum tacitum non infertur ex alio æque tacito, ſed tantum expreſſo, maximè hoc dicendum eſt, ne ſequatur argumentum à contrario ſenſu, per quod derogetur præcedenti legato alimentorũ, quod admittendum non eſt [m], Item poſito, quod intelligerẽtur in his uerbis relicta alimenta ſub conditione, ſi mulier habitauerit cum hæredibus, cum eiſq; uixerit, tamen debet intelligi de hæredibus, id eſt filijs, aut ſi obijceretur, quod ſi prædicta uerba ſecundum inductionem propoſitam nihil obſtent ipſi uxori, tamen alio modo ſumpta obſtarẽt, cum in dictis uerbis adſit taxatiua dictio, tantum, quę tacitam in his, quæ non ſunt ibidem expreſſa & ſic in alimentis, ademptionem inducit [n], ex quibus infertur, legatum alimentorum cenſeri uxori tacitè ademptum ſub conditione, ſi ipſa non habitaret in dicta domo cũ hæredibus teſtatoris, quæ uerba ſic debent exponi, hoc eſt, ſi noluerit cum ipſius hæredibus uiuere &c. ſed reſponde, inductionem iſtã

7 hoc modo uitari poſſe, primum non obſtat, † In dicta diſpoſitione conditio duplex copulatiuè appoſita fuit, uidelicet, ſi noluerit cum hæredibus teſtatoris habitare, nec ſumere onus tutelæ, quo circa eo caſu, quo inducitur ademptio ex dictis uerbis, non tamen inducitur niſi utraq; illarum conditionum uerificetur [o], ſed hic ſaltem non uerificatur ſecunda conditio, quod tutelam filiorũ ſuſcipere re-

h l. pecuniam quam, ff. ſi. cer. pet.

i d. l. pecuniam

k l. planè. in prin. ff. de leg. i.

l Bar. in l. ſi iure. in prin. ff. de leg. iij.

m l. ſi. in prin ubi glo. & Bar. ff. de leg. ij.

n l. ſi quis. §. cũ ditio. ff. de adim. leg.

o l. ſi hæredi plures. ff de condi. inſti.

 nuerit

p l. nolle. ff. de acq. re. hęre. l. pater ſeueri nam. ff. de condi. & demonſtra.

nuerit, quinimò accepit eam, uel pro ſuſcepta habenda erit, ex quo per eam non ſtetit, quia pupilli non extiterunt maſculi in rerum natura, meritò non poteſt dici, eam uoluiſſe, quæ uelle non potuit p, quare talis ademptio non procedit quaſi non uerificatis utriſq; conditionibus, ſuper quibus copulatiuè facta fuit.

1 Clauſula, non obſtantibus reſcriptis, etiã ſub quauis uerborũ forma conceſſis &c. quam in reſcriptis uim obtineat, & infra numero. vi.
2 Cõſuetudo in rebus eccleſię quomodo, & quando, tempore gignatur.
3 Conſuetudo ex uaria rerum obſeruãtia non generatur.
4 Clauſula, non obſtantibus reſcriptis etiam ſub quauis uerborum forma conceptis &c. ſimplex & generalis non tollit præcedentia reſcripta habentia derogatoriam clauſulam.
5 Teſtamentum primum habens clauſulam derogatoriam non poteſt reuocari per ſecundum, niſi in ſecundo ſpecialis, et in indiuiduò fiat mentio clauſulæ derogatoriæ.
6 Clauſula, non obſtantibus contrarijs ſub quauis uerborum forma conceptis &c. ſi ponatur in diſpoſitione aliqua facta per modum legis, derogat omnibus alijs clauſulis derogatorijs poſitis in antecedentibus reſcriptis contrarijs.
7 Specialis derogatio ubi deſideratur, non ſufficit, quantũcunq; generalis fiat.
8 Exemptio & immunitas conceſſa priuatis perſonis amittitur, ſi ſoluerint ſcienter contra ſuam exemptionem, aliud in eccleſijs.
9 Ratio, quare exemptio & immunitas eccleſiæ non poteſt per contrauentionem, niſi annis. 40. amitti.
10 Clauſula annulatiua et prohibitiua, ſi apponatur in priuilegio alicuius immunitatis, operatur, ut ipſæ immunitati neq; tacitè neq; expreſſe poſſit renunciari, & omnem cõtra eã impedit præſcriptionẽ.
11 Præſcriptio quomodo interrumpatur.
12 Clauſula, motu proprio, ex certa ſcientia & de plenitudine poteſtatis, non operatur in præiudicium tertij.

Cap. XXXV.

PRiuilegia ſanè maxima indulſit Eugenius Papa, 3. monachis mendicãtibus ſancti Hieronymi Heremitis in hũc modũ ſcilicet, exemptionem & liberationem perpetuam ab omnibus & ſingulis inpoſitionibus, ſubſidijs, collectis, talijs, & alijs grauaminibus, & oneribus quibuſcunq; per quaſcunq; perſonas eccleſiaſticas, uel ſeculares Apoſtolica, uel ordinaria autoritate, in genere uel in ſpecie impoſitis, aut imponendis, ita quod non poſſint cogi ad ſolutionem ſeu prſtationem huiuſmodi onerum per litteras Apoſtolicas etiam cõtinentes clauſulas derogatorias, ac de præſentibus & earum totis tenoribus plenam & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum mentionẽ nõ facientes, cum clauſula non obſtantibus quibuſcunq; &c. etiam ſi de eis ſpecialis & expreſſa mentio de uerbo ad uerbum habenda foret, et cum clauſula decreti annulantis omnia in contrariũ attentata quauis autoritate, ſcienter uel ignoranter, Poſt deniq; Alexander Papa. iiij. indulſit eccleſiæ ſancti Ioannnis literas in forma breuis, per quas declarauit, decreuitq; nullas exemptiones, nullaſuè immunitates per ſe ac præceſſores ſuos Pontifices, aut ab eis facultatem habentes quibuſuis perſonis, locis, monaſterijs, collegijs, & uniuerſitatibus in genere uel in ſpecie, ſub quibuſuis uerborũ expreſſionibꝰ factas, aut cõceſſas obſtare, quominus cogi, aut cõpelli poſſint ad ſoluendum eidẽ

eccleſiæ

eccleſiæ ſancti Ioannis unũ ſolidum pro qualibet libra de quibuſcũque relictis ad pias cauſas cum clauſula, Præmiſſis & alijs in contrarium facientibus nõ obſtantibus quibuſcunqꝫ, Præterea alias quoqꝫ ſecundas litteras in forma breuis huiuſmodi conceſſit, quod & ſi per alias litteras nuperrime decreuerit, nullas exemptiones per ſe, aut prędeceſſores ſuos, aut ab eis facultatẽ habentes quibuſuis locis, aut perſonis conceſſas obſtare, quominus cogi uel compelli poſſint ad ſoluendum eccleſiæ ſancti Ioannis unum ſolidũ pro quibuſcunquè relictis ad pias cauſas, ueruntamen iuſſit, fratres mẽdicantes à ſolutiõe huiuſmodi exemptos prorſus intelligi, litteris prędictis & alijs in cõtrarium facientibus non obſtantibus, poſtremo non multum poſt alias tertio loco Idem ſummus Pontifex conceſſit litteras in forma breuis huiuſmodi Ordinario loci ſic directas, Cum omnibus uideatur indignum, ut mendicantes præfatæ contributioni ſancti Ioannis hactenus conſuetæ ſe ſubtrahant, ideò committimus tibi Ordinario loci, & tuæ diſcretioni, qnod ſi habita diligenti informatione tibi cõſtiterit mẽdicantes ipſos ante dictã exemptionem per ipſum Alexãdrum conceſſam, ſoluere cõſueuerint &c. autoritate pontificia declares, mendicantes omnes ad ſolutionem huiuſmodi teneri, præfata exemptione, ceteriſqꝫ in contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunquè. Demum nouiſſimo loco fuit lata per Ordinariũ loci uigore dictarum litterarum ſententia quædam, per quam idem Ordinarius nõ pręſentibus, neqꝫ citatis Abbate & monachis ſancti Hieronimi prædicti, & illis non auditis, nec eorum iuribus cognitis, declarauit, dictos mendicãtes, de quibus in litteris apoſtolicis, teneri ad contributionem & ſolutionem faciẽdam pro legatis ad pias cauſas, quacunqꝫ exemptione in contrarium impetrata, cæteriſqꝫ contrarijs non obſtantibus. Quocirca dicti fratres ſancti Hieronimi mendicãtes obliti ſuorum priuilegiorum & immunitatũ, & nullam latæ ſententiæ ab ordinario ſcientiam habentes ſoluerunt aliquotiens Rectori eccleſiæ ſancti Ioannis ſolidum pro ſibi relictis ad pias cauſas, quibus ſic præſuppoſitis omnibus, dubitari tripliciter contingit, Imprimis an hæc ſententia dicta per Ordinarium obſtet priori & monachis ſancti Hieronimi, cum ad ipſam uocati non fuerint, ſecũdo utrũ annullata ſententia ordinarij, & ſolum inſpecto litterarum apoſtolicarum tenore, ſit ſublata exemptio dictorum monachorum per Eugenium, iij. ſibi conceſſa, poſtremo licet dicti monachi forent exempti non obſtantibus alijs litteris in cõtrarium adductis, nunquid hi monachi uideantur renũciaſſe eorum priuilegio & immunitati propter aliquas ſolutiones ab eiſdem nõnunqꝫ factas, Ad primum quęſtionis dubium paucis reſpondebo, nam clarum eſt huiuſmodi ſententiam monaſterio & monachis prædictis non officere, cum ipſi præſentes nõ interfuerint, neqꝫ citatione ulla accerſiti, ſententia enim his minimè obeſſe ſolet, qui in iudicio non adfuerunt q, & etiam ſi fratres prædicti, qui citati non fuerunt, ſciuiſſent iuditium aduerſus

q .l. 2. &. ſ. C. quib. res. Iudi. non noc.

alios mendicantes motum fuiſſe & ſententiam contra eoſdem alios mẽdicantes latam, non tamen præiudicaret his monachis, quoniam ipſi nequirent prohibere, quominus alij mẽdicantes uterẽtur defenſionibus & iuribus ſuis quomodo uellent [r], enimuerò monachi iſti ſancti Hieronimi non utuntur iure aliorum mendicantiũ, aduerſum quos prædicta ſententia lata fuit, ſed habent ius ſpeciale & propriũ immunitatis conceſſę per Eugenium, igitur dicẽdum eſt, hiſce monachis etiam ſcientibus præiudicium per eam ſententiam non inferri, itaq; multominus ipſis ignorantibus & non citatis ad hoc obeſſe potuit [ſ], Pro ſecundo dubio, in quo tota uis præſentis conſultatiõis conſiſtere uidetur, primore aſpectu dici poſſet, immunitates conceſſas ipſis monachis reuocatas eſſe per contraria reſcripta, animaduertere quidem licet, quod iſti monachi habẽt priuilegium ab Eugenio iiij. quod uidetur tolli per reſcriptum primum & tertium Alexandri iiij. in primo namq; diſponitur, nullas exemptiones ſub quibuſuis uerborum expreſſionibus factas & conceſſas per Romanos Pontifices quibuſlibet perſonis, locis, & monaſterijs, prodeſſe illis, quominus teneantur ſoluere dictæ eccleſiæ ſancti Ioannis cẽſum prædictũ, quare uerba illa, ſub quibuſuis uerborum expreſſionibus uidentur adimere immunitatem & clauſulas derogatorias in ea contentas per

1 Eugenium conceſſas,† tales enim clauſulæ, non obſtantibus reſcriptis &c. & ſub quauis uerborum forma conceſſis &c. (Doctores cõmuniter aiunt [t]) tollunt etiã reſcripta & priuilegia contraria, & cõtinentia in ſe clauſulas derogatorias, nec mirũ eſt, quod illa uerba, ſub quauis uerborum forma &c. contineant derogationem, & ſublationem etiam clauſularum derogatoriarum, quæ alias nõ auferrentur per ſimplicem clauſulam, non obſtantibus &c. poſitam ſine illis uerbis, ſub quauis uerborum forma &c. quia uidemus in ſimili per dictionem, quiuis, uel quibuſuis, compręhendi ea, quæ alioqui nõ compræhẽderentur [u], Sed propoſitis minimè obſtantibus cõtrarium uerius eſſe proculdubio reor, & per uerba conſcripta in litteris Alexandri Pontificis, tam primis quam tertio loco emanatis, non eſſe ſublatum exemptionis indultum ab Eugenio conceſſum, Id namq; exemptionis reſcriptum ampliſſimas atq; acres clauſulas derogatorias gerit, per quas derogatur quibuſlibet in contrarium facientibus, etiã derogatoriarum clauſularũ uim roburq; cõtinentibus, licet de ipſis mentio ſpecialis, & expreſſa habenda foret, niſi de præſentibus & earum totis tenoribus plenam, & de uerbo ad uerbum mẽtionem faciant adamuſſim, quod autem tertio ſequenti loco Alexandri Pontificis emanatæ litteræ non derogent immunitati antea per Eugeniũ conceſſæ mẽdicantibus, patet primo, quia Alexandri litteræ tertio loco nõ tollunt ſimpliciter exemptionem fratrum mẽdicantium, ſed ſub conditione, ſi habita diligenti informatione conſtiterit, mendicantes ipſos ante immunitatem mendicantibus iiſdem ab Alexandro prædicto conceſſam, ſoluere conſueuiſſe dictum cenſum

eccleſiæ

---

r l. ſæpe. ff. de re iudi.

ſ Pau. Caſt. conſ. 5. in facto iſto &c. per l. cũ in cauſæ. la. i. §. interdum. ff. de minor.

t Clem. i. in fi. de ſepul. c. 2. ad fi. de preben. li. 6. c. alma. §. fi. de ſen. exco. lib. 6.

u Alex. cõſ. 50. lib. 5.

eccleſiæ ſancti Ioannis, quæ conditio in his monachis ſancti Hiero-
nymi nõ eſt uerificata, quoniam diligens inquiſitio minimè habita
fuit, præſertim quum citati ipſi tunc non fuerint [x], quinimò de tali
conſuetudine conſtare non poteſt, quia nuſquàm reperitur, dictos
2 monachos ſoluiſſe, niſi ſemel, talem cenſum, † per unum uerò actũ
etiam curſu temporis apti conſuetudinem inducere cõſuetudo legi-
tima non gignitur [a], uel etiam per actus plures ſolutionum conſue-
tudo inducta non eſſet, annis enim quadraginta impletur conſuetu-
do in rebus eccleſiæ, ac requiritur quod interim nunquàm fuerit con
trauentum [b], Cum ergo reperiantur dicti monachi pro pluribus le-
3 gatis pijs nihil præſtitiſſe, patet conſuetudinem interruptam eſſe, †
uaria etenim rerum obſeruantia non dicitur conſuetudo [c], Præterea
illæ tertiæ litteræ Alexandri non habent clauſulam, non obſtanti-
4 bus &c. niſi ſimplicem & generalem, † quæ non ſufficit ad tollen-
dum reſcripta præcedentia, habentiaq; derogatoriam clauſulam [d],
quod autem prædicta exemptio conceſſa per Eugenium non ſit ſub
lata per primas litteras Alexandri habentes illa uerba derogantia ex-
emptionibus & immunitatibus ſub quibuſuis uerborum expreſſio-
nibus conceſſis, Paulus Caſtrenſis nominatim edocet [e], Felinuſque
pro communi opinionem hanc referendo ſic ait [f], quod litteræ Põ-
tificis habentes clauſulam, non obſtantibus priuilegijs uel reſcriptis
ſub quacunq; uel ſub quauis uerborum forma conceptis, non dero-
gant litteris præcedentibus, quæ habeant clauſulam derogatoriam,
niſi in poſterioribus litteris fiat ſpecifica mentio de clauſulis deroga-
torijs præcedentium litterarum, quod eſt uerum, ſi in præcedentibus
ponantur ſimpliciter clauſulæ derogatoriæ, & idem ualdè magis e-
rit, ubi in antecedentibus litteris ultra clauſulas derogatorias adda-
tur, quod aliæ ſequentes litteræ in contrarium non ualeant, niſi in il-
lis ſpecialis fiat & expreſſa mentio præcedentium litterarum de uer-
bo ad uerbum, prout acciderat in propoſito caſu, & pro hac ſentẽtia
5 illud ſimile adduxerim, † quod Alexander receptiſſimum & cõmu-
ne appellat [g], ut ſi in priore teſtamento dixerit teſtator, ſecundum te-
ſtamentum ſubſecuturum non aliter ualere, quam ſi in eo uerbũ hoc
Kyrieleiſon, adſcriptum fuerit, deinde in ſecundo licet dicatur, non
obſtante priore teſtamento ſub quacunq; uerborum forma conce-
pto &c. nõ ſufficeret iſtud pro reuocatione teſtamenti prioris, & ibi-
dem per Alexandrum dicta ſequitur alibi Socinus [h], Paulus Caſtrẽ
ſis [i], & Iaſon dicens [k], ſecundum cõmunem plurimorum ſententiã
non ſufficere, ſi in ſecũdo teſtamento fieret generalis mentio primi
ſub quauis uerborum forma facti, ſed oportet quod ſpecialis fiat mẽ
tio de clauſulis derogatorijs, quinimò unum, quod maius eſt, ſecun-
dum iuris ſubtilitatem affirmat, nõ ſufficere mẽtionem in ſpecie ſed
in indiuiduo fieri oportere, quę cõfirmari gloſatoris autoritate [l], at-
teſtantis, nõ præſumi in dubio reſcriptum primũ ſublatum eſſe per
ſecundum &c. proculdubio poſſe uidẽtur, Modò reliquum eſt, obi-
cibus in

x .c. cupientes. §. ad hæc. de elec. lib. 6.

a .l. de quibus. ubi. doc. ff. de leg. Abb. in .c. fi. de conſuetu.

b In d. l. de quibus. & ibi Bal. Aret. in. §. ex non ſcripto. inſt. de iur. natur.

c .l. Seię. ff. de annu. leg.

d Calderi. conſi. 2. alias conſ. xi. ſub titu. de priuileg. Cardi. conſ. 55. & in clemẽ. i. de ſepul. federi. cõſi. 254. Abb. in. c. cũ inſtantiam col. 8. de cenſ.

e In. conſ. 55. paſſus iſte. & in conſi. 315. quoniã adiectione.

f in. c. nonnulli. uer. regula prima. finc. uer. amplia. ſecũdo. de reſcrip. & in .c. accedens. col. 3. de præſcrip.

g In. conſi. 591. & in conſi. 708.

h conſi. 22. domina Angela.

i conſi. 361. quædam domina in ſuo teſtamento.

k In .l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de leg. primo.

l glo. 25. q. 2. in ſumma illius titulį.

cibus in contrarium adductis reſpondere, Oppoſitio igitur prima
6 ſolum procedit,† quando priuilegia conceſſa per uiam priuilegij & continentia clauſulas derogatorias tolluntur per diſpoſitionem ſubſequentem factam per modum legis, quia tunc dici poterit, quod tollantur per legem ſequentem habentem illa uerba, non obſtantibus contrarijs ſub quauis uerborum forma conceptis &c, ſecus uerò quando ſequentes litteræ ſunt factæ etiam per uiam reſcripti & nõ legis, quia tunc uerba huiuſmodi poſita in ſecundis litteris non tollunt primas, quæ habent clauſulas derogatoria, niſi de iiſdem clauſulis facerent ſpecialiter mentionem expreſſam [m], Conuerto nunc me me ad ſecundam obiectionem, cui meritò ita reſponderim, in caſu noſtro iura requirunt ſpecialem mentionem de clauſulis derogatorijs fieri, ut ſequens diſpoſitio contra priorem ualeat [n], & allegata pro ſecundo obice non procedunt in materia, in qua requiritur ſpecialis expreſſio, quia tunc non ſufficiunt uerba quantumcunque generalia, ſed oportet, quod in ſpecie mentio fiat, nec ſufficeret dicere, non obſtantibus quibuſcunque clauſulis ſub quauis uerborum forma factis &c.
7 nam clauſula eſt genus, derogatio autem eſt ſpecies, † ideò, ubi in ſpecie deſideratur mentio, debet ea fieri ſecundum formam ſpecialem derogatoriarum clauſularum, nec ſufficit mentio generalis quarumcunque clauſularum ſub quauis uerborum forma factarum [o], unde patet manifeſtè, quod ubi in iure ſpecialis mentio deſideraretur, non ſufficeret generalis, nec ubi requiritur ſpecialis renunciatio ſufficit generalis [p], prædictis non refragatur Abbas [q], dicens, quod & ſi reſcriptum præcedens habeat clauſulam derogatoriam ad ſequentia reſcripta non facientia ſpecialiter de uerbo ad uerbum mentionẽ præcedentis reſcripti, tamen ſi Princeps facit reſcriptum ſecundum cum clauſula generali, non obſtantibus reſcriptis, etiam quorũ mentio de uerbo ad uerbum habenda eſſet, quorum tenores pro ſufficiẽter expreſſis haberi uolumus &c. ſufficit & perinde eſt ac ſi ſpecialiter de uerbo ad uerbum facta mentio fuiſſet, nam reſpondeo eo in loco Abbatis ſententiam communiter reprobari, uel eſto quod aliquo caſu ſaluari poſſet à morſibus omnium, huic tamen locus fieret quando ſecundæ litteræ emanarent per uiam legis communis, ſecus ſi per uiam reſcripti ſecundum Felinum in tractatu de reſcriptis ſic differentem [r], at etiam conceſſo citra ueri præiudiciũ, quod illa Abbatis opinio eſſet uera, illud eſſet quoniam Princeps poteſt fingere, non expreſſum haberi pro ſpecialiter expreſſo de uerbo ad uerbum, quare cum per illa uerba appareat, eum uelle hoc fingere, illud ſic meritò receptum eſt, at in caſu noſtro Alexander Papa. iiij. in litteris ſequentibus poſt litteras Eugenij non appoſuit illa uerba, quod in ſuis litteris habeantur pro expreſſis de uerbo ad uerbum tenores & clauſulæ literarum Eugenij, ſed ſolum in eis dicitur generaliter, non obſtantibus exemptionibus ſub quibuſuis uerborum expreſſionibus factis, ideò nil prædicta obſtant, Pro tertio obice tollendo paucis agam,

m Caſtren. cõſ. 55. paſſu iſte. & in conſil. 315. quoniã adiectione. uer. nec obſtat prædictis. Roma. conſi. 327. iſtæ ſunt rõnes. co. pen. Feli. optime in. d. c. accedẽs. col. 3. de præſcrip.

n .l. ſi quis in principio teſtamenti. uer. ſpem aliter ff. de l. 3.

o Bar. in. d. l. ſi quis in principio teſtamenti. uer. quæro. quid ſi teſtator dixit &c. Iaſon in. d. §. in legatis. uer. ſecunda principalis concluſio.

p glo. in. l. Põponius. in uer. abſit. ff. de nego. geſti. Bar. in .l. i. ad ſi. ff. ſi qui. in ius. uoc. non ie.

q in. c. cum inſtantia. de cenſi.

r In. d. c. nõnulli. uer. addatis etiam textum. de reſcrip.

8 gam,† licet in perſonis priuatis uerum ſit, quod exemptus ſoluendo
ſcienter cenſum contra ſuam immunitatem ſibi conceſſam uideatur
tacitè renunciare ſuæ exemptioni, niſi proteſtetur, ſe nolle præiudi-
care tali exemptioni ob huiuſmodi cenſuum ſolutiones faciendas [f],
in eccleſijs tamen uel monaſterijs eſt ſecus, quoniam non amittunt
exemptionem ob unam aut plures non continuatas ſolutiones, cæ-
terũ oportet, aduerſus exemptionẽ ſolutiones quadraginta annis fu-
9 iſſe factas, etiã ſi una eccleſia cõtra aliã eccleſiã moueritlitẽ [t],† huiuſq́;
rationẽ illam Abbas tradit [u], quia ſingulares perſonæ non poſſunt
per contrauentionem earũ renunciare priuilegio cõceſſo eccleſiæ, ni-
mirũ exſpectatur legitima præſcriptio quadraginta annorum, aſſe-
ritq́; ibidem Abbas, idem eſſe in alijs perſonis, quæ non poſſunt ex-
preſſè renunciare priuilegio ſuo, ut etiam nequeãt tacitè per contra-
uentionem quamuis directam, in propoſito itaq́; caſu cũ dicti fratres
ſeu monachi ſancti Hieronymi non cõtinuauerint dictam ſolutionẽ
annis quadraginta, conſtat non eſſe amiſſam illorum exemptionem
licet aliquotiens ſpontè ſoluerint, idquè eò magis probandũ eſt,
quia priuilegium immunitatis cõceſſæ ipſis monachis gerit decretũ
10 annullatiuum atq́; prohibitiuum, ſi contra fiat,† quę clauſula decre-
ti operatur, ut priuilegium hoc immunitatis non poſſit amitti per
renunciationẽ expreſſam uel tacitam, nec etiã per præſcriptionem, uti
Abbas, & Imola referunt [x], Cardinalis interrogatus reſpondit [a],
Archidiaconus, Dominicuſq́; affirmant [b], Rota decidit [c], & Iaſon
nequaquã refellit [d], & ex his infertur, quod etiã ſi reperiretur, dictos
monachos ſoluiſſe pluries cenſum hunc, ſi tamen non continuarunt
ſolutionem per quadraginta annos, pręſcriptio non eſt impleta, per
conſequens non erit ſublata exemptio, nam in pręſcriptione requiri-
11 tur cõtinuatio ſine interruptione,† quę interruptio inducitur per cõ-
tradictionem, uel per actus contrarios iuri præſcribere uolentis [e], &
quamq́; in priuilegio Alexandri Pontificis inſcripta fuerit clauſula
illa, motu proprio &c. quæ omnes clauſulas derogatorias in alio re-
ſcripto cõtrario exiſtentes auferendi (ſecundũ Romanũ [f],) poteſta-
12 tẽ obtinet,† tu namq́; dices contrariũ de iure uerius eſſe, & cõmuni
calculo à doctoribus iuſte recipi, ut clauſula, de plenitudine poteſta-
tis, & ex certa ſcientia, & motu proprio, nõ operetur derogationẽ ali-
quam alterius reſcripti, nec ſuficiat, quando reſcribitur contra legem
habentem clauſulam derogatoriam, niſi ei derogetur expreſſè, neq́;
parturiat aliquid in præiudicium tertij, de quo non appareret, Prin-
cipem ſcientiam & cognitionem habuiſſe, prout Felinus [g], & Pau-
lus Caſtrenſis [h], referendo latè addicunt, Balduſq́; probat [i], dicens,
quod clauſula ex certa ſcientia, operatur ſolum in his, quæ ſunt iu-
ris, quorum præſumitur, ſcientiam per Principem haberi, non au-
tem in ſtatutis & conſuetudinibus, atq́; Alexander reſpondendo,
ſic inquit [k], quod clauſula, ex certa ſcientia, nil operatur cõtra tertiũ,
quando eo abſente uel non contradicente reſcriptum obtentũ fuit.

T Locatio

f c. cum. acceſſiſſent. & ibi etiam Abb. et alij. de conſti. Alex. conſi. 136. li. 2. Bar. in. l. i. C. de his. qui in prior. creditor. loc. ſucce.

t c. accedentibus. ibi docto. omnes. de priuileg. c. ſi de ter-ra. eo. titul.

u In. d. c. cum acceſſiſ-ſent.

x In. c. dilecto ubi Ab-bas col. 4. Imo. col. 5. in fi. de prębend.

a conſi. 73. ois q̃ me.

b In. c. cum de benefi-cio. de preben. li. 6.

c In. ri. de priuile. de-ciſi. 5. in antiquis.

d In l. omniũ. uer. li-mita tamen predi-cta. C. de. teſta.

e Bal. in. l. ſi aquã. ſ. 4 not. C. de ſerui. & in l. cum notiſſimi. §. imo. C. de preſcrip. 30. anno. col. fi. glo. in. l. nemo. §. tem-porales. ff. de reg. iur.

f In conſil. 327. col. 2.

g In. c. non nulli. col. 17. & 18. uer. fallit tertio dicta regula. & col. 21. & 22. de. reſcrip.

h conſi. 157. quæſtio ita uertitur. ad finẽ.

i In. l. impetrata. col. penul. C. ſenten. re-ſcindi. non poſſe.

k In conſi. 125. col. 8. uer. premitto etiam.

1 Locatio rei eccleſiaſticæ ſimplex uſq; ad nouennium ſine ſolemnitate fieri poteſt.
2 Conſtitutio Principis, non ligat, ſi uſu populi recepta non ſit.
3 Conſtitutio Papæ contraria iuri communi quomodo à ſubiectis gentibus recipienda ſit.
4 Legis eſſentia ex tribus conſtat.
5 Princeps cōſtitutionem promulgando, cenſetur ea conditione promulgaſſe, ſi conſtitutio per ſubiectos recepta fuerit.
6 Conſuetudo, uel, uſus quonammodo probetur.
7 Probandi onus, aliquam Principis conſtitutionem pro lege obſeruari debere, incumbit alleganti illam pro ſe.
8 Lex aut Principis conſtitutio quotupliciter exoleat.
9 Extrauagantes Pontificum conſtitutiones non dicuntur eſſe in corpore iuris clauſæ.

Cap. XXXVI.

NVnc modo ſe offert illa quæſtio, utrum Principis cō-
ſtitutio lata uim generalis legis in territorio ipſius ob
tineat, quoniam autem circa eccleſiaſticæ rei locatio-
nem res ipſa, de qua agitur, ſolum conſiſtit, præmo-
nitis quibuſdam eādem aggrediar, quamobrem ſcire
1 imprimis licet, † quod locatio ſimplex de rebus eccleſiæ poteſt fieri
abſq; ulla ſolemnitate ad nouennium uſq;, ſicuti Baldo [l], Angelo,
& Alexandro [m], confiteri libuit, undè apparet manifeſtè, propoſi-
tam locationem abſq; ſolemnitate factam per conſtitutionem Pau-
2 li Papæ non ſubuerti, illa enim conſtitutio non ligat, † quia populi
uſu nunquā recepta fuit, ob id generalis Legis firmitatē nullā habet
3 [n], & ait Dominicus [o], † non eſſe recipiendā extrauagantem, & con-
trà ius conſtitutionem, niſi de ipſa fiat fides per bullam authenti-
cam, & ubi fieret per bullam fides, non tamen ſtatim recipienda eſ-
ſet, ſed Pontifex ſuper hoc prius conſuli deberet [p], his propoſitis,
dum dicitur, Pontificiam illam conſtitutionem Pauli generalis legis
robore munitam, pro legeq; generali obſeruandam, ut uerba eiuſ-
dem conſtitutionis indicare uidentur [q], Reſpondeo, eam neq; le-
gem generalem, neq; ſpecialem eſſe, fateor tamen, ex illius uerbis cō-
ſtare, eam fuiſſe editam, ut eſſet lex generalis, cæterum cum non ha-
beat ſua extrema neceſſaria requiſita ad perfectionem legis, non po-
teſt lex appellari, hocq; præſertim, dicere placet, quoniam ſicuti præ-
4 mittitur, nunquam fuit recepta, per uſumq; approbata, † de eſſentia
porrò legis eſt, quod tria copulatiuè interueniant, quorum alterū ſi
deſit, non dicetur lex, minus atq; ligabit, nam primū edi debet, ſecun
do promulgari ſeu publicari, demum populi moribus & uſu recipi,
ita poſt Panormitanum Cardinalis alicubi diſſeruit [r], quos Felinus
5 latius referendo inſequitur [ſ], † quinimò Princeps in promulgando
huiuſmodi cōſtitutiones cenſetur id facere ſub ea cōditione ſi illę fue-
rint moribus ſubditorū receptæ [t], Non obſtat pariter, quoniam do-
ctores aliqui aſſeuerent, conſtitutionem prædictam eſſe in uſu & de
hoc conſtare, nā reſpondetur, ipſos nullam fidem facere, cum fuerint
recepti extra iudicium parte abſente, & abſq; iuramento [u], Præterea
ſi fuiſſent etiam in iudicio legitimè recepti, non ideò plenè proba-
6 rent, † uſus planè huiuſmodi, uel conſuetudo per ipſos probaretur
ſi de-

l In. l. Iubemus. in prin. C. de ſacroſanc. eccle.
m In. l. ſi filio familias §. ſi. ff. ſol. matrim. glo. in Clemen. i. de reb. eccle. non alien.
n Petr. Anchara. cōſ. 253. iure ſtricto. in prin.
o In conſi. 78. col. 2. uerſ. nec obſtat ſi dicatur.
p Per tex. in. l. ij. C. de leg. Innoc. in. c. paſtoralis. de fi. inſtru.
q l. leges. C. de legi.
r In proœm. Clem. §. ſi.
ſ In c. i. col. penul. in fi. de treug. & pace.
t Gemin. in. §. leges. 4 diſtinc.
u l. iuriſiurandi. C. de teſti.

ſi depoſuiſſent de actuum frequentia, & temporis diuturnitate, adeò quod interuenerit conſenſus totius populi uel maioris partis [x], quareipſi hoc quia non dixerunt, ipſorum probatio nequaquàm concludit, ſed uelut dubia debet contra producentem interpretari [a], & dum dicitur, legem ſcriptam ſemper loqui & in obſeruantia eſſe [b], reſpondebis huic dicto locum fore in lege plena & integra, & quæ iam fuit recepta, at nos ſumus in caſu, ut præmittitur, diuerſo, quoniam iſta
7 non eſt lex generalis per prædicta [c], † ob id aſſeueranti, illam eſſe legē, obſeruariq; oportere, incūbit probādi munus, interueniſſe eſſentialia legis, maximè ubi ille eſt actor, qui utitur tali lege, tunc enim probata eſt ſatis negatiua per reū, quando actor non probat intētionē ſuam [d], non autē incumbit ipſum onus neganti, quoniam de ſui natura negatio eſt impoſſibilis [e], præſertim quod negatiua hęc non eſt fundamentum intentionis ipſius rei, qui principaliter tuetur ſe ex inſtrumento ſuæ locationis permiſſæ de iure communi, & illud eſt ſuum principale inſtitutum, quod autē hoc uerum ſit, ut onus probandi non incumbat ei, qui negat extrauagantem eſſe in uſu, ſed incumbat ei, qui dicit, in obſeruantia illam eſſe, Felinus aliquando ſatis abundè docuit [f], Ad aliud ſequenti loco obiectum, quod etiam ſi talis conſtitutio non eſſet in uſu, per hoc non diceretur ſublata, ſed requireretur contraria conſuetudo, & ſcientia cum tolerantia Principis &c. reſponſio illa erit, quòd de contraria conſuetudine per quāplures alias locationes iam diu factas de bonis eiuſdem eccleſiæ abſquè alia ſolemnitate omnino conſtat, qui autem opponere uoluerit, alias locationes ſimiles fuiſſe aliter factas & cum alijs ſolemnitatibus, probare idipſum debet, quia ſtatur aſſertioni cuiuſcunq; aſſerentis, non fuiſſe factas alias locationes præter eas, de quibus con-
8 ſtat [g], & animaduertendum eſt, † aut quæritur de tollenda lege nunquàm recepta, ut in caſu propoſito, tunc ſi Princeps ſciuit, illam non fuiſſe receptam, & tolerauit, eo caſu non requiritur aliquis curſus temporis, ſed ſufficiunt aliqui actus contrarij, aut non conſtat, Principem illud ſciuiſſe, quo caſu requiritur decem annorum lapſus, quibus decurſis ſublata eſt Principis conſtitutio, aut quæritur de tollendo legem iam receptam & approbatam, tunc quadraginta annorum ſpacium deſideratur, prout Felinus latè examinando decidit [h], ſed in oblata quæſtione decurſi ſunt nedum decem ſed & quadraginta anni, & ultra poſt editionem illius conſtitutionis, igitur illa dicitur ſublata, licet non aliter conſtet de ſcientia uel tolerantia principis, quod eſt maximè uerum, quoniam non apparet, illam tempore ullo fuiſſe receptam, atqui contrarium potius pro roſtris imminet, hæcq; ſupraſcripta omnia Dominicus cōſulendo probauit [i], obijciebatur poſtremò, ex conſtitutione prædicta permitti, locationes emphyteuticas, quando bona ſunt ſolita ſic locari, & tunc in euidentem utilitatem, non tamen conſtitutio ipſa loquitur in caſu noſtro, cum non ſimus in emphyteuſi ſed in

x Alex. late conſi. 45. in prin. lib. 2. Feli. in d. c. i. de treu. et pace. col. 5. in prin.
a c. in præſentia. de probat.
b l. Arriani. C. de hæret.
c Anchar. in conſ. 214 iuxta ordinem &c.
d Innoc. in c. contingat. col. fi. de offi. de leg.
e l. actor C. de probati. l. aſſeueratio. C. de nō. numer. pecu.
f in c. paſtoralis. uerſ. & nota quia ſæpe interrogaberis. de fide. inſtrumentorū.
g argu. l. cū de lege. & ibi glo. ff. de proba.
h In d. c. i col. penul. & fi. uerſi. nihilominus ex prædictis.
i conſi. 78. formatur &c.

locatione ſimplici ad modicum tempus, cui obiectiunculæ ſic reſpondebis, locationem emphyteuticam etiã ante huius conſtitutionis tempora de rebus eccleſiæ abſq; ſolemnitatibus debitis prohibitam fuiſſe [k], nec mirum eſt, huiuſmodi ſanè emphyteutica locatio non ad longum tempus, ſed in perpetuum fieri ſolita, alienatio non iniquè uocabitur [l], & tamen illa eſt permiſſa ſtante cõſuetudine rei ſic locari ſolitæ, quantò igitur magis debet eſſe permiſſa alia ſimplex locatio? quæ non eſt alienatio, & per ipſum dominiũ aliquod, non transfertur, nec aliqua poſſeſſio, quinimò res ad eius naturam & iuris cõmunis diſpoſitionem reducitur, talis enim locatio ad modicũ tẽpus, ut prædixi, eſt permiſſa de iure, quo caſu in omni diſpoſitione admittitur extenſio ex maioritate rationis [m], undè infertur neceſſario, quod cum ex dicta conſtitutione ſit permiſſa locatio etiam emphyteutica, & ſic in perpetuum, quando res eſt ſolita locari, longè magis debet eſſe permiſſa locatio ſimplex ad modicũ tempus, ex quo res eſt ſolita locari, & fruſtra quærit quiſpiã aduerſum reſponſionẽ
9 hanc inniti, † Neq; uerum eſt, illam conſtitutionẽ Pauli eſſe clauſam in corpore iuris, non enim extrauagans ipſa nuncuparetur, ſed pro lege cõmuni illam (Baldus inquit [n]) obſeruaremus, enimuerò extra corpus iuris exiſtens proprio nomine extrauagans dicta fuit.

k c. hac conſultiſſima. de reb. eccle. non alienan. lib. 6.

l Clem. i. de re. eccle. non alie. Doc. in l. filio familias. §. ſi. ff. ſolu. matr.

m Anchar. in repeti. c. canonum ſtatuta. col. 18. uerſ. 4. quem breuiter. de cõſtitu.

n In auth. habita. in fi. C. ne fil. pro patr.

1 Emphyteuta eccleſiæ ceſſans pro quaq; minima parte penſionis ab omni ſuo iure & meliorationibus cadit.

2 Conductor eccleſiæ ad longum tempus cadit à iure ſuo propter affictus non ſolutos ſicut emphyteuta, ſecus eſt in conductore priuati.

3 Proteſtans, ſe recipere penſionem ſaluo iure eccleſiæ, uidetur ſibi reſeruaſſe ius declarandi caducitatem.

4 Iuri declarandi non præſcribitur etiam mille annis.

Caput XXXVII.

APud me pridiè quærebatur, an emphyteuta eccleſiæ propter ceſſationes modicas ſex denariorum paruorũ debitæ penſionis à ſuis melioramentis caderet, cum tamen reliquam penſionem, quæ numero & quantitate longè maior fuit, præſtare ſingulis annis nunquã omiſerit licet enim pro emphyteuta pugnauerit aliquãdo Baldus, pro ec-
1 cleſia tamen reſpõdere, ſatius pleriq; omnes crediderunt, † nõ planè emphyteutam eccleſiæ iuuari, quoniam maiorem penſionis partem annuatim ſoluerit, ubi in minimo eiuſdem penſionis ceſſauerit duntaxat, Paulus Caſtrenſis, & alij deinceps omnes ſunt arbitrati [o], nec multum referre putarim, ſi dicatur iſte conductor ad longum tem-
2 pus, aut emphyteuta, † quandoquidem utroq; caſu ſiuè conduxerit ab eccleſia rem ad longum tempus uti ſimplex cõductor, ſiuè uti emphyteuta, ab omnibus in cõtingente caſu ſuis meliorationibus cadit, quod in conductore priuati aliud foret [p], Minus æquè proderit emphyteutæ aut ipſius hæredibus, quia non aliter caducitas locum habet, quam ſi eccleſiæ dominus, cecidiſſe emphyteutam declaret,

o In l. in executione. §. pro parte. ff. de uerbo. oblig. moderni. i l 4. §. Cato. ff. eod. Iaſ. in auth. qui rem uer. reuertor nunc ad glo C. de ſacro. ſan. eccle.

p auth. qui rẽ. ubi Iaſon. uer. ultimo nota. C. de ſacro. ſan. eccle.

recipiens

recipiens namq; eccleſiæ Rector ultimam penſionis ſolutionem pro teſtatus fuit, ſe illam recipere ſaluo iure eccleſiæ, ex quibus uerbis ſatis liquet, declarare uoluiſſe, emphyteutam pro illa modica ſumma deficientem in penſionis præſtatione à iuribus & proprijs melioras
3 tionibus cecidiſſe, † uel ſaltem ob id ſibi reſeruatum iri uoluit ius declarandi caducitatem prædictam, quam declaratiõem poſtmodum
4 defuncto emphyteuta rectè fecit, quod ſufficit, † nam iuri declarandi, quod cuiquam ſemel competit, præſcriptionem nullam etiam mille annorum non officere, Accurſius, Baldus, Salicetus, & Iaſon unanimi ſententia tradiderunt q. q In.l. petens. C. de pac.

1 Pœna appoſita in fine ſtatuti etiam odioſi ad omnia præcedentia capitula eiuſdem regulariter refertur, & infra numero. 4.
2 Expreſſum plus operatur tacito.
3 Pœna in fine diſpoſitionis qualificatiuè poſita refertur ſolum ad ultimũ capitulum diſpoſitionis, non autẽ ad omnes & quando dicatur poſita qualificatiuè.
4 Pœna in fine diſpoſitionis poſita quomodo & quando ad præcedentia relationem habeat.

Caput XXXVIII.

IN pœnam ſtatuti cecidiſſe illum, qui ſalẽ contra Principis proclamationes in urbem aduehi iuſſit, licet de curru ſalem adhuc non depoſuiſſet, conſultus ego aliquando reſcripſi, huius reſponſi ratio illa fuit, in capitulo illius proclamatis primũ eſt prohibita ſalis apportatio, eiuſq; de curru uel animalibus depoſitio, demũ poſt utrãq;
1 prohibitionem ſubijcitur pœna, † nimirũ pœna appoſita in fine ſtatuti continentis plura capitula cenſebitur (ſi Baldo r, Iaſoni ſ, & Felino t, credamus) ſingulis capitulis, & ſtatuti diſpoſitionibus indita, ſic namq; ciuile ius cõcedit, ut & in odioſis ac pœnalibus locus ſit regulæ uolenti, clauſulam in fine poſitam referri ad præcedẽtia omnia u, itaq; pœna ſtatuti referri quoq; debuit ad præcedens capitulum, in quo uetita eſt conductio, tametſi inter prohibitionem conductionis & pœnam interpoſita ſit altera prohibitio exonerandi currum, nam, utmodo retuli, pœna eſt referenda ad omnia antecedentia in quantũ poteſt, dixi autem, in quantum poteſt, propter pœnam centum reſtrictam expreſſè ad caſum deonuſtationis, meritò ad aliud præcedens capitulum loquens de conductione referri non poteſt, ſed aliæ pœnæ, amiſſionis ſalis & animalium, cum non reſtringantur ad exonerationem ſalis, debent referri ad ſingula præcedentia, ſicq; ad conductionẽ ſiuè apportationem ſimplicẽ abſq; exoneratione, idq; dicere magis placet in caſu occurrenti, quia ultra tacitam interpretationẽ, quam à iure inductam nuper diximus, adeſt expreſſa prouiſio, quæ pœnam centum deponentibus ſalem ex curru indicit, alias uerò pœnas amiſſionis currus & animalium in illos expreſſè infert, qui ſalem aduehunt, ſic patet, quod in hac pœna iniuncta principaliter & expreſſè conſideratur conductio, licet in alia pœna centum conſideretur deonuſtatio, ſtatutumque ſingulis prohibitionibns ſingu- 2

r In.l. quis quis. C. ſi cer. pet.
ſ In.l. i. uerſ. adde. quod quando finis. C. de libe. preter.
t In c. cauſam quæ col. 4. uerſ. 2. nota. de reſcri.
u .l. 3. §. filius. ff. de li. & poſtu. Iaſ. in d. l. i. uer. & pondera.

2 las pœnas expreſſè addidit, † quocirca expreſſum plus operari debe
bit,quã tacitum [x],& capitulum in his ultimis pœnis conſiderans cõ
ductionem,debet procedere in ſimplici conductiõe,et in ſimplici ex-
oneratione, quoniam uerba intelliguntur ſimpliciter, niſi aliud ap-
pareat [a], præſertim in caſu iſto procedit, in quo niſi pœna prædicta
referretur ad præcedens capitulum apportationis, ſequeretur poſſi-
bilitas fruſtrationis,parũ quidem eſſet, prohibitionem cõductionis
fuiſſe factam,niſi cõtrafacientibus pœna immineret,maximè hic re-
cipi debet,ubi nullitatis pœna locum habere nõ poſſet,undè ſi regu-
lariter in calce legis pœna inſcripta referatur ad ſingula præcedẽtia,
fortius referretur,quando nõ referendo abſurdũ inſequeretur, ut ſci
licet,ex præcedentibus capitulis fruſtratoriũ aliquod inueniretur, ni
ſubintelligeretur aliqua pœna,quælibet enim dictio,quæcunq; ora-
tio,& ſillaba omnis abſq; uirtute aliquid operãdi eſſe nõ debet [b],nã
ſi cauſa uitandi abſurdũ,diſcedimus à regulis iuris in materia referẽ-
di ſequentia ad præcedentia [c], quantò magis abſurdi uitandi gratia
cõplectemur regulam uolentẽ, quod ſequentia referantur ad ſingula
omnia præcedentia in caſu,quo ratio ſtatuti in ſingulis præcedenti-
bus eadẽ militat,ne fraudes fiſco Principis fiant:& Socinus poſt a-
lios uoluit [d], pœnam ſubiectam diſpoſitiõi requirenti copulatiuè u-
triuſq; copulati cõcurſum,tũ comiti,ubi in uno fuerit contrafactũ, li
cet non in omnibus,nec contradicit obex ille,quoniã prædicta proce
3 dant,† ſi pœna ſubiũcta ponatur principaliter, aliud ſi qualificatiuè,
tunc enim refertur ſolum ad capitulum ultimum,cuius qualificatio-
nem reſpicit [e],Reſponderim ipſe,nullam hic qualificationem ineſſe,
qualificatio namq; dicitur, quando apponitur conditio aut modus,
uerũ una ſolum per ſe diſpoſitio adeſt,ſi contra prædicta fiat,incidãt
contrafacientes in pœnã, ideò pœna referenda eſt ad omnia [f],Pręte-
rea contrarijs locus eſt,ſi qualitas ſequens ſimpliciter ponatur, at hic
expreſſè pœna centũ relationem habet ad præcedentia, ideſt,ad exo-
nerationem,& pœnæ aliæ ad cõductionem,ergo nõ procedit contra
4 riũ,† deniq; poſſet illud uerũ eſſe,quãdo capitula præcedentia erant
ſeparata ſub diuerſis orationibus principalibus & ſub diuerſis prin-
cipalibus uerbis poſita,ſecus ubi unum capitulum inſeritur ſub uno
principali uerbo cõtinens plura prohibita, quò ſanè caſu qualitas in
fine poſita refertur ad omnia præcedentia [g],enimuerò in caſu noſtro
adeſt unum uerbum principale duntaxat,& una oratio,meritò con-
traria exolent, quæ procedere etiam dicere poſſumns,niſi eadem ra-
tio ſit in omnibus præcedentibus, quoniam tunc ſequentia etiam
qualificatiuè poſita repetuntur in omnibus pręcedentibus [h],ſed hic
ſemper tã in deonuſtatione, quam in conductione ſalis ratio eadem
uiget, ne fraudes fiant, ideò ſubiecta pœna utrumq; caſum coercet.

x .l.teſtamento. C. de impub.& al.ſubſti. l.cum ex filio.§. filio.ff.d uul.& pup.

a .l. hoc legatum. ff. de leg.3.Doc.in.l.i. C. de ſucceſſo. edic.

b .l.3 §.ſ. ibi nec fruſtra. ff. de. iur. iur. Bal.in.l.i. ff. quod. met.cau. glo. in.l.i. §. dicitur. in uerb. familia. ff. de ui. & ui arma.

c Doc.in. d. c. cũmq; & in.d.l.i

d In.l.ſi is qui ducenta.§. cum ita. ff. de reb.dub.

e Bar. in. l. ſi. ff. de reb.dub.

f .d.l.quis quis. C, ſi certum petat.

g Bar.in.l.doli. ff. de ſer.coru. Abb. cõſ. 36.col.ſi. lib. 1. Ro. conſil. 480. col. ſi. Cur.conſil. 65. col. 12.uer.quinto.reſpõ demus.

h Rom.in.d.cõſ.480.

1 Remedium.l.2.C.de reſci.uend.habet locum etiam in diuiſione, aut rerum permutatione.

2 Dolo malo ſocietas coita eſt ipſo iure nulla.

3 Dolus ibi præſumitur, ubi enormis læſio adeſt.
4 Solita fieri inducunt probationem idoneam ad condemnationem, licet de crimine ciuiliter agatur.
5 Vſurarius condemnatur ex illa probatione, quæ oritur ab his, quæ ipſe erat ſolitus facere.
6 Ratione legis ceſſante nõ ſemper lex ipſa ceſſat, & quæ ſit ratio.
7 Confeſſio reuocari an & quando poſſit.
8 Deliberatè quis plenius facere dicitur, qui uel iuramento uel reiteratione actũ confirmat.
9 Pluralitas actuum præſumitur potius, quam contradictio probationum.
10 Probatio continens uerisimiliora præfertur.

Caput XXXIX.

SOcietatem inter illos quorum alter longè maiorem
partem bonorum, quam alius in commune contule-
rit, non ualuiſſe arbitrati ſunt nonnulli, ſi modo indu
ſtriam illius æquiualere bonis alterius, probatum nõ
fuerit [i], præterea cum bona illius in quãtitate non mo
dica excedant bona alterius, uidetur donatio in illo pluri cõtracta ex
parte illius cõferentis maiorem bonorum partem, uti Guilielmo de
Cugnio, Baldo, et Saliceto cõplacuit [k], igitur tali modò inita ſocietas
iure communi non ualuit, iure etenim donationis ſocietas coiri non
poteſt [l], & alter dicitur deceptus infra dimidiam iuſti prætij cum in
ea contrahenda, tum in eius diuiſione facienda, nimirum legis auxi-
lio [m], utraque reſcindẽda erit, nã ſocietas, quæ bonæ fidei contractus
naturam habet [n], illo reſciſſionis remedio, quod in omnibus bonæ
fidei cõtractibus ſuas extendit uires [o], diſſolui rectè poterit, æquè di-
uiſio ſocietatis retractabitur eodem reſciſſonis ſuffragante remedio
1 [p], diuiſio enim bonorũ eſt quædam partium permutatio, † in qua,
& ſi tacitè fieret, illud ueruntamen remedium pro ipſa reſcindenda
2 competit [q], † ſocietatemque dolo malo, aut fraudandi cauſa coitam
3 ipſo iure nullius momenti fore prudentes reſcripſerunt [r], † & ubi e-
normis leſio adeſt, præſumitur ibidem dolus [ſ], ex quibus credi poſ-
ſe, ſocietatem huiuſmodi inualidam fuiſſe, nonnulli autumarunt:
quibus enimuerò ſpretis contrarium iuſtè defendi opinor, non qui-
dem allegata inequalitas bonorum ſatis appareat: uel ſi de ipſa appa
reret, adhuc ſocietas hæc & communio nihilominus ualeret, homi-
nibus namque datum eſſe, Vlpianus admonet [t], ſocietatem inequali-
bus bonis contrahere, cum plerumque pauperioris induſtria æquet al
terius ditioris amplas facultates, nec contradicit, ſi quiſpiam oblo-
quatur dicens, Vlpiani reſponſum procedere quando, geni opera ſu
plet in potentiam facultatum, quod hic eſſe non dignoſcitur, dixe-
rim ego, iſtud ipſum in caſu propoſito manifeſtè agnoſci iuris præ-
ſumptione opitulante, ſic inibi Vlpianus diſſeruit, plerumque hoc eue
nit, ut pauperior ſuppleat opera ſua defectum proprij patrimonij
&c. cæterum illud præſumit ineſſe lex, quod ſolet uſu euenire, quia
ualidum eſt argumentum ab his: quæ contingere frequẽntius ſolẽt,
4 † in tantum quod ob id difinitiua etiam feratur ſententia, licet de
5 crimine ciuiliter ageretur [u], † & uſurarius, qui certum aliquod pro
centenario

[i] argu. l. ſi nõ fint. & l. ſequẽ. ff. pro ſoc. §. 1. inſti. eod.

[k] in. l. illud. C. de ſacroſanct. eccle. facit tex. in. §. ut. autẽ in auth. de non alienan. aut permutã.

[l] l. cum hic ſtatus. §. ſi inter uirum. ff. de dona. inter uir. & uxor.

[m] l. 2. C. de reſcinde. uenditio. c. cum dilecti. de emp. & uẽ.

[n] §. actionum. inſti. de actio.

[o] glo. & docto. in. d. l. 2.

[p] Ange. in. d. l. 2. col. 5. Imo. in. c. cũ cauſa. de emptio & uẽ.

[q] Alex. conſ. 92. li. 2.

[r] In. l. 5. §. fi. ff. pro ſoc.

[ſ] Bar. in. l. ſi. ff. de preco. ſtipul. glo. in. l. etiam poſtea. C. de pac.

[t] In l. ſocietas. §. ſocietas. ff. pro ſoci.

[u] c. 1. ubi Ioan. calde. Abb. de cler. non reſiden. Iaſ. in. l. nõ hoc. uer. ultimo. C. unde. legi.

centenario mutuatæ pecuniæ extorquere conſueuerat, ſi ego nume-
rauerim ei mutuatam ſortem, receperimq́ pignus datum quamquã
non ualeam docere, quot à me uſurarum nomine receperit, ſat erit ta
men, probare, illum pro centenario tot accipere conſueuiſſe, ut ex ta-
li uſu conſuetudineq́ ipſius ad reſtitutionem tot uſurarum mihi dã-
nari poſſit, niſi ex aduerſo ueris probationibus contrarium ipſe o-
ſtenderet [x], ſic etiam præſuminius, Iudicem commiſiſſe citationem,
quoniam ſolet eam committere [a], aut ſi etiam concedamus, paupe-
ris operam non æquare ditioris opes, nihilomagis iſtud obſtabit,
quominus contracta ſocietas ualida ſit, nam Iureconſultus inquit [b],
ſocietatem illorum, qui diuitijs ſunt inequales, ideò ualere, quia pau
perior ſua plerumq́ opera diſparitatẽ æquat &c. unde ex illius uer-
6 bis ſuccedit, † quod ubicunq́ lex ſtatuit aliquid propter inſtantem
unam rationem, quæ ut plurimum uera eſſe ſolet, cuiuſuè contrariũ
rarò euenit, licet aliquo caſu eadem illa ceſſaret ratio, non propterea
legis decretum atq́ ſanctio collabitur [c], & huius rationem illam eſſe
reor, lex enim cum credat illud eſſe, quod plerumq́ accidere contin-
git, ac ſuper tali præſumptione ſtatuat ius certum, nõ eſt dehinc pro-
batio incontrarium recipienda [d], & ex propoſitis ſubuerti contraria
non difficulter agnoſcimus, quòd autem ad confeſſiones illius, qui
maiorem bonorum partem in ſocietate contulerat, pertinet, nõ poſſe
eas ullo pacto, neq́ præceptum eidem ob id factum reuocari, iudico,
aut ſi reuocari potuiſſent, non ueruntamen ex diuiſionis inſtrumen-
to reſcindi eas poſſe, compertum eſt, quamq́ alioqui regula ſit, con-
feſſionem obtentu erroris, & ſi error non probetur, retractari licere,
7 † deficit tamen regula ipſa, quando acceptata per partem aduerſam
confeſſio fuit, eò nempè caſu reuocari nequit tametſi demonſtretur
error, ius enim quæſitum acceptanti illam non poteſt per retracta-
tionem aboleri [e], idemq́ iuris fermè eſt, ubi confeſſio iam per no-
tarium exarata ſit, tũc, niſi probato errore, reſcindi minimè poſſet [f],
quinimò demonſtrato errore non ideò reuocabitur, ſi deliberatè cõ-
ſideratèq́ emiſſa fuerit, ut puta, præcedente termino ad reſponden-
dum uel ſequuto ad contradicendum nè confeſſio executioni man-
detur [g], liberum quidem confitenti duntaxat fuit, confeſſionem pro-
priam illicò reuocare, ideſt, priuſq́ uel per notarium deſcriberetur uel
per aduerſam partem acceptaretur [h], quare ex antelatis infertur, cõ-
feſſionem factam reſtitui uel ſubuerti nõ poſſe præſertim cum iura-
8 ta fuerit, † nimirum iuriſiurandi religiõe præſumitur quis deliberatè
confiteri [i], ſicuti geminationis & itterationis iure conſtitutum idem
fuiſſe nõnunq́ legimus [k], & Baldus de ſchiſmate loquens ita difi-
niuit [l], eum qui bis aliquid facit, nõ poſſe cõtra geminatum ſui actũ
inniti, quia ubi interuenit geminatio ibi præſumitur plena delibera-
tio [m], aut ſi dicere magis libet, reuocationem confeſſionis prætextu
erroris permittendam, hactenus crediderim, per inſtrumentum di-
ctę diuiſiõis non probari errorem ullum, nõ enim probat hoc ineſſe,
quod

x Pau. Caſtren. in. l. i. in fi. C. de proba. per Oldra. cõſ. 217. Abb. in. c. tenor. ad fi. de re. iudi.

a Are. in. c. i. de iudi.

b In. d. §. ſocietas.

c . l. ſi emancipati. de colla. glo. inſti. de auto. tuto. in uer. lucroſa &c.

d Bal. in. l. ſiue poſſidetis. C. de proba. Abb. in. c. 15 qui. de ſponſ.

e Alex. conſi. 90. li. i. Iaſ. in. l. error. C. de iur. & fac. ignor.

f Butri. in. c. fi. de cõfeſ. Iaſ. in. d. l. error.

g Bal. in. l. i. ff. de conſe. & in. d. l. error. & in. l. ſiquidem. C. de excep. glo. in. c. ex litteris, de diuor Abbas in c. fi. de cõſe.

h Veron. caute 69. in cip. confeſſio quæ dicitur.

i per nota. in. l. ſciendũ. ff. de uerb. obli.

k Auth. ſiue à me. cũ ibi notatis. C. ad uelleia.

l In rub. C ſi quis. a liu. teſtar. prohibu.

m glo. in. c. ſi quis ira tus. uer. reiterato. 2. q. 3. Feli. in. c. ſi cautio. col. 12. de fid. in ſtru.

quod ab eo contingit abeſſe [n], itaq; ſi reperiatur etiam diuiſionis in-
ſtrumentum, non ideò per illud infertur neceſſariò, confeſſionē hu-
ius erroneam fuiſſe, non ſanè repugnant inuicem, quod ea diuiſio
fuerit prius facta effectumq; non habuerit, demum altera poſt fue-
rit facta, quæ effectum ſortita ſit, & ſecundum eam bona illa fuerint
aſſignata alteri ſocio egeni iuxta confeſſionem alterius ſocij, qui di-
tior eſt, idq; præſumendum eſt potius, quod fuerint duæ diuiſiones
inter ipſos factæ, quarū ultima tantum effectui ſit demandata, quam
ut ille confitendo, errore dicatur lapſus in facto proprio, uel falſum
dixiſſe, & potius, quam præſumatur repugnantia inter inſtrumen-
9 tum diuiſionis & confeſſionem illius bis repetitam, † actuum plu-
ralitas magis, quam contradictio probationum eſt præſumenda [o],
maximè id rectè concedi hic poſſe dicam, quoniam inſtrumentum
aſſertæ diuiſionis exhibitum nunquā habuit effectum, & bona nul-
lo tempore ſic fuerunt poſſeſſa, uti in ipſo inſtrumento eſt enarratū,
uerum alio diuerſo modo & ſecundum prorſus confeſſionis formā
res poſſeſſæ, compoſitæq; fuiſſe inueniuntur, proindè illa probatio
præualebit, quæ effectu ipſo, & poſſeſſione, oculorumuè inſpectio-
10 ne uera eſſe appareat [p], † & illi potius inherēdū eſt probationi, quæ
uerißimiliora continet, quam alteri cuiuis diuerſæ probationi [q], &
licet inſtrumentum exhibitum eſſet idoneum atq; probaret, rem ali-
ter fuiſſe geſtam, quam alter ſit confeſſus, non ueruntamen ſatisfa-
ctum fateremur, ni probarentur quoq; per confitentem circumſtan-
tiæ omnes errorem uerißimiliter inferentes, uelut ſi dolo malo aduer-
ſarij inductus confeſſionem illam perhibuiſſet [r].

n l. neq; natales. C. de proba. l. non hoc. C. un. legi.

o c. cum tu. de teſt. c. Ioannes. de fide inſtru.

p l. ſi irruptione. §. ad officium. & ibi not. ff. fini. regun.

q c. licet cauſam, de proba.

r Abb. in. d. c. ſi. ad ſi. de conſe.

1 Subſtitutio fideicommiſſaria aut uulgaris continet ſucceſſionem teſtatoris.
2 Subſtitutio pupillaris continet ſucceſſionem pupilli tantum.
3 Subſtitutio pupillaris, quæ poteſt aliquo tempore eſſe directa non debet fideicōmiſſaria effici propter fauorem filij.
4 Subſtitutiones illæ ſimul poſitæ, uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, quonam pacto intelligi debeant.
5 Subſtitutus per hæc uerba, uulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum, quādo poſſit eligere, ex qua ſubſtitutione ſuccedat.
6 Verba teſtamenti impropriari debent, ut ſuperflua non ſint.
7 Clauſula ſuppoſita pluribus ſingulariter enumeratis, facit, ut ſingula ſingulis referantur.
8 Suitas filij quando non tollatur per ſubſtitutionem uulgarem.
9 Declaratio ad ſubſtitutionem illam uulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum præter Bartolum & alios.
10 Suitas per ſe confirmat omnia, quæ per aditionem hæreditatis confirmantur, & loco aditionis habetur.

Caput XL.

SVbſtitutionem à Bigamo his concæptam uerbis, & aliquo uel aliquibus ex dictis hæredibus inſtitutis in pupillari ętate, uel alias quandocūq; decedente uel decedentibus ſine liberis legitimis & naturalibus, tunc ſuperuiuentē ſeu ſuperuiuētes ex dictis hęredibus inſtitutis inſtituit & ſubſtituit uulgariter, pupillariter, et per fideicommiſſum &c, quo cenſeatur iure, & in quā ſubſtitutionis ſpeciem de-

duci poſſit, amiculus quidam noſter anxiè interrogabat, ſuperuixe- runt enim teſtatori ex defuncto filio primæ uxoris nepos unus, ex ſecunda uerò cum poſthumò filius alter, huicq; poſthumò nato &c. in pupillari ætate decedenti cum frater ſolus, tum nepos cũ fratre ſi- mul ęque ſuccedere uellet, at, ni fallor, ſolus frater utroq; parẽte poſt- humò fratri coniunctus ſuccedet, difficultas quæſtionis eò dunta- xat pertinet, an ſubſtitutio hęc, uulgaris uel pupillaris, an fideicõmiſ-
1 ſaria ſit, † ſi quidem uulgarem uel fideicõmiſſariam appellauerimus eam, agetur ſolum de ſucceſſione ſiuè de hęreditate teſtatoris [s], itaq; uideretur teſtator uocaſſe in teſtamento nepotem et filium eo or- dine, quo ſibi ab inteſtato ſuccederent [t], & cum ſucceſſuri ambo ſi- mul teſtatori eſſent, quamuis ex diuerſis defuncti uxoribus proge- geniti forent, cenſerentur ſimili modo æque ſimul in huiuſmodi fi-
2 deicõmiſſarijs ſubſtitutionibus uocati [u], † ſinautem locus foret pu- pillari ſubſtitutioni, tractaretur de ſucceſſione ſeu hæreditate pupilli duntaxat [x], & ſubſtituti diceretur uocati ordine, quo eſſent ab inte- ſtato ſucceſſuri pupillo [a], pupillaris namq; ſubſtitutio teſtamentũ pupilli nuncupatur, de ipſaq; perinde iudicatur, ac ſi idẽ pupillus te- ſtatus eſſet [b], itaq; uidetur facta ſubſtitutio ipſa ordine illo, quo ſub- ſtituti ſucceſſuri erant pupillo, ſi idem propriè teſtatus fuiſſet, quare poſthumò huic in pupillari ætate defuncto cũ ſuccedere debuiſſent fratres utrinq; coniuncti ab inteſtato excluſo nepote, qui poſthumũ ex latere patris tantum contingit [c], patet, quod ex pupillari non ſuc- cedet pupillo cum fratre nepos, proindè nos prius cognoſcere decet, cui ſubſtitutioni in oblato themate locus fiat, primum neq; uulgarẽ neq; fideicõmiſſariã eſſe hanc ſubſtitutionem aſſentior, uerum pupil- larẽ illam tantummodo opinor, per conſequens teſtatoris nepos il- lius ſubſtitutionis iure unà cũ fratre defuncti poſthumi utrinq; con- iuncto ad hæreditatem non admittetur, conſtat enim fideicõmiſſa- riæ haud locum fore, quia hic poſthumus erat impubes & pupillus,
3 † nimirum ſubſtitutio, quæ pro tempore pupillaris ætatis po- teſt eſſe directa, non debet fideicõmiſſaria effici, ſed directa permane- re [d], iſta namq; ſumenda eſt interpretatio, quæ magis filio fauet, e- nimuerò iure fideicõmiſſi ſi ualeret, onus iniunctum filio eſſet [e], ſed ubi uim directæ pupillaris obtineat, fauor, honoſq; pupilli tãtum e- rit, quod teſtatus, non uerò inteſtatus decedat [f], quamobrem credẽ- dũ eſt maluiſſe patrẽ ſubſtituere filio quã maximè fauorabilius pote- rat [g], nõ obſtat, ſi quiſquã dixerit, in electione ſubſtituti per illa uerba teſtatoris, uulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum &c. collatũ fuiſſe, ex qua ſubſtitutione potius ſuccedere uelit [h], nã reſpondetur Alexandri & ſequaciũ opinionẽ ab omnibus nõ recipi, Imola quidẽ hac de re aliter differens ſic ait [i], in propoſito caſu non eſſe electionis ſubſtituti, in quã partẽ trahat ſubſtitutionẽ, † ſed ſubſtitutiones ip-
4 ſę habebũt locum ordine ſucceſſiuo ſecundũ caſus & tẽpora, ut hære- de nõ adeunte ſubſtitutus ſuccedat ex capite uulgaris, ſinautẽ hæres hæredi-

s l. cohæredi. §. cũ fi- liæ. ff. de uulg. & pu pil. Inſti. de pupi. ſubſti. in prin.
t per not. in. l. gallus. §. i. ff. de li. & poſt.
u Bar. in. l. lucius. ff. de uulg. & pupi. & in. l. fi. ff. ad Trebel. Bal. & Rom. in. l. in teſtamento. C. de mili. teſta.
x Inſti. de pupi. ſub- ſti. in prin.
a Bar. in. l. re coniun- cti. ff. de uulg. & pu- pi. Soci. in. l. ſi co- gnatis. col. antepe. ff. de reb. dub. & in conſ. 249.
b §. igitur. inſti. de pu pi. ſubſti.
c auth. itaq; C. com- mu. de ſucce. auth. obſtante. C. de leg. hære.

d c. ſi pater. de teſta. lib. 6. glo. & doc. in l. uerbis ciuilibus. ff de uul. & pupi. doc. in. l. precibus C. de impub. & alij. ſub. ſti.
e d. §. cum filiæ.
f §. igitur. inſti. de pu pi. ſubſti.
g l. nec in ea. in fi ff. de adul. Alex. in. l. cen- turio. col. 25. uer. 5. probatur. ff. de uul. & pupil.
h Alex. in. d. l. cẽturio col. penul. & fi. & Aret. ibi col. 30. & 31.
i In. d. l. Centurio. & in. l. recuſare. §. titi- us ff. ad Trebel.

hæreditatē adiuerit tunc ſubſtitutus decedēti pupillo iure pupillaris
ſuccedat, puberi uerò morienti fideicōmiſſaria ſubſtitutio uocatū ad-
5 mittat, quam itidem ſententiā Cinus Cacialupuſq; ſunt imitati [k], †
aut ſi ueriorem cōmunioremq; alterā Alexandri opinionē, cuius au-
tor Bartolus anteà quoq; fuit [l], nos ipſi aſſentiamur, eidē tamen eo
in caſu foret locus, in quo prudentes illi ſermociuati ſunt, ubi ſcilicet
nulla præcedēte temporū diſtributione teſtator ſimpliciter in hunc
modū cauit, ſubſtituo uulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum,
enimuerò eſt ſecus, quādo præmiſſa temporū diſtributione ſubiecit
clauſulā, quā in teſtamento, de quo nunc agimus, conſcriptā legi, nā
ſic teſtator, & aliquo, uel aliquibus ex dictis hæredibus inſtitutis in
pupillari ętate, uel alias quādocunq; decedente uel decedentibus ſine
liberis legitimis & naturalibus, tunc ſuperuiuentē ſeu ſuperuiuentes
ex dictis hæredibus inſtitutis inſtituit & ſubſtituit uulgariter, pupil
lariter, & per fideicōmiſſum &c. tali utiq; caſu proculdubiò uerū eſt,
electionē ipſius ſubſtituti non eſſe, ſed quālibet ſubſtitutionē habere
locū tēporibus et ſuis caſibus, doctores omnes uolūt, et ſubſtitutionē
cōpendioſam à pagano uerbis cōmunibus & pręcedēte tēporū diſtri
butione factā, pupillarē dici infra pubertatē et poſt pubertatē fidei-
cōmiſſarię uicibus fungi credūt, diuerſum arbitrātur, quādo nō præ
ceſſit diſtributio temporū, quia tunc omni tēpore fiedeicōmiſſaria
eſt [m], licetq; Bartolus ibidē & non pauci alij uideantur reprobare il-
lā opinionem in ultima eius parte dicentes, quod nō pręcedente tem
porū diſtributione omni tēpore ſit fideicōmiſſaria, eā nihilominus
in prima parte ſequūtur, & poſito, nullā tēporum pręceſſiſſe diſtribu
tionē, quod ſit dubiū uariæq; doctorum ſint de eo ſententiæ, uerūta-
mē indubitati iuris eſt, quod pręcedente temporū diſtributione ſub-
ſtitutio ante pubertatem directa poſt pubertatē uerò fideicōmiſſaria
ſit, uti Bartolo, Baldo [n], Accurſio, & reliquis [o], uiſum fuit, ſic ergo di
cendū hic erit, tametſi anceps dubiumq; ſit, an temporū diſtributio-
ne antecedente, clauſula illa, ſubſtituit uulgariter, pupillariter, & per
fideicōmiſſum &c. intelligatur conferre electionem ſubſtituto, utrū
malit, cuilibet ſubſtitutioni locum fieri in caſu & tempore, ſuo clarū
eſt tamen, ut præcedente temporū diſtributione illa ſubſequens clau
ſula denotet quālibet ſuſtitutionem locū ſibi uendicare in ſuo caſu
& tempore, Balduſq;, ac poſt illum Cacialupus [p], aſſeuerarunt, præ
dictam clauſulam, uulgariter, pupillariter, & per fideicōmiſſum &c.
non præcedente diſtributione temporum dare optionē ſeu electio-
nem ſubſtituto, præcedente ueruntamen temporū diſtributione, o-
perari aliud; & cuicunq; ſubſtitutioni locum fore in ſuo caſu & tem-
pore, & poſt prædicta duplici ratione id mihi facile ſuggeritur, pri-
mū ſi ſecus diceremus, illa uerba, in pupillari ætate &c. eſſent ſuper-
flua, ſatis namq; fuiſſet teſtatori dicere, quandocūq; &c. undè ne ſu-
peruacua ſint, operæpreciū eſt, ſic interpretari, quod teſtator uolue-
rit per illa uerba in pupillari ætate &c. ſpecialiter proſpicere, atq; ca-

k In. l. precibus. C. de impub. & alij. ſubſti.
l In. d. l. Centurio.
m Bar. in d. l. Cēturio. uerſ. 2. principaliter quæro.
n In. d. l. Centurio.
o In. d. l. precibus.
p In. d. l. precibus. col. 25. uer. quarta decima concluſio.

uere de pupillari,& poſt pubertatẽ de fideicõmiſſaria, cũ teſtatorũ
uerba ſic exponi declararicꝗ oporteat, ut ſuperuacanea non ſint [q],
6 quod & Pontanus animaduertit dicẽs [r],† uerba teſtamenti in ſenſu
improprio debere accipi, ut uerborũ fruſtrationẽ uitemus, quibus
ſupra ſcriptis omnibus ſatis cõgruunt traditiones Angeli poſt Ac=
7 curſiũ uolentis [ſ],† clauſulã ſubnexã pluribus ſingulariter enumera=
tis ita accipiendam eſſe,ut ſingulis ſingula referantur,igitur clauſula
iſta,uulgariter,pupillariter,& per fideicõmiſſum &c. in ſcripta poſt
prædictã diſtributionem temporũ ſumenda erit, ut ſingulis conue=
niant,quapropter pupillarẽ ſubſtitutionem ad tẽpus pupillaris ęta=
tis,& fideicõmiſſariam ad aliud longius producemus, ſiccꝗ quũ hic
locus non ſit fideicõmiſſariæ,neceſſe eſt,locum fieri aut ſoli uulgari,
aut ſoli pupillari,diſpiciamus ergo quæ iſtarum obtineat locum in
quæſtione relata,placet pupillarẽ tantum ſedes hic præocupaſſe,pu=
pillus nempè defunctus patri ſuo hæres dicebatur ſuus, nec ſublata
per dationem cohæredis extranei ſuitas fuit,quia extraneus cohæres
inſcriptus nemo eſt, minus atcꝗ adempta eſt per ſubſtitutionẽ uul=
8 garem,† quoniam uulgaris non tollit ſuitatem, quãdo ei eſt annexa
fideicõmiſſaria [t],ex his concluſio legitima iuris depræhenditur,pu=
pillarem ſubſtitutionem per ſuitatẽ confirmari [u], nec nos offendit,
ſi obijciatur,pupillarem à ſuitate confirmari,non ideo tamen uulga=
rem excludi,imò pupillaris locum habebit in bonis pupilli,& uulga
9 ris in bonis teſtatoris,uti Bartolus & ſequiores ſunt arbitrati [x],† cre
diderim ego,tres caſus cõſiderari uetius poſſe,aut impubes eſt ſuus,
& expreſſè paternam agnouit hæreditatẽ,& certum eſt,uulgarẽ ceſ=
ſare,pupillari uerò in omnibus bonis locũ fieri, quandoquidẽ om=
nia ſint pupilli [a], quandocꝗ impubes eſt ſuus ſed expreſſè abſtinuit
ſe ab hæreditate,tunc contraria procedere poſſunt,quoniã habet lo=
cũ pupillaris in bonis pupilli,& uulgaris in bonis teſtatoris nõnun=
quam impubes eſt ſuus & non adiuit expreſſè necꝗ etiam expreſſè
abſtinuit, ſed obijt pupillus, eo caſu pupillaris ſola locum habet in
omnibus bonis excluſa uulgari,quia pupilli ſunt omnia [b], nec mi=
10 rum uideatur iſtud,† eſt enim regula, quod ſuitas confirmatio=
nem pariat omnium,quæ aditionem hæreditatis deſiderant, huic
conſequens eſt extinctionem & abolitionem omnium,quæ aditio=
ne extinguuntur,ut eſt uulgaris ſubſtitutio [c], per ſuitatem ipſam gi=
gni,& ſic ſuitas habetur loco aditionis,ubi non interuenit expreſſa
abſtenſio [d], cæterum pupillus iſte poſthumus fuit ſuus, diemcꝗ in
pupillari ætate ſuum functus nulla expreſſè facta abſtenſione,habe=
bit meritò locũ ſubſtitutio pupillaris, & fideicõmiſſaria cũ uulgari
ceſſabit,nimirũ cũ agat̃ de ſucceſſione pupilli,ſuccedent ſubſtituti eo
ordine,quo ab inteſtato pupillo huic nõ aũt teſtatori ſucceſſuri forẽt
ideo nepos,qui pupillo cõiunctus eſt ex patris latere tantũ non cen=
ſebitur uocatus cũ fratre pupilli utrimcꝗ cõiuncto,ſed poſt illum ad
mittetur,quemadmodũ ab inteſtato pupillo eidem ſuccederet.

Dictio

q l. ſi quando. ff. de leg. 1.

r conſi. 56.

ſ In l. quęſtionem. C. de fideicõ. Deci. cõſil. 186. uerſi. 4 conſiderandum eſt.

t Alex. in l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſtu. & in conſ. 71 col 2. lib. 2 & cõſi. 4 col. 7. eod. lib.

u l. ſi filius qui patri, ff. de uulg. & pup.

x In l. Iulianus. alias ſi pupillus. in prin. ff. de acqr. hæredi.

a Inſti. de pupil. ſubſti. in prin.

b Alex. d. cõſi. 4 col. 6. uer. cõſidero. li. 2.

c l. poſt aditã. C. de impub. et alij. ſubſti.

d l. cũ quaſi. §. ſed et ſi quis ſine hærede ff. de fideicommiſſa ri. libert.

1 Dictio exceptiua, niſi, in quem ſignificatum ſumenda ſit.
2 Contrahentium uerba huiuſmodi, promitto, me non poſſe, nec debere hanc rē uendere, niſi tibi infra certum tempus, quomodo interpretanda ſint, & an teneat uendere tibi, licet eam non expoſuerim uenalem.
3 Contrahentiū uerba ſic accipi debent, ut cum iure communi conueniant.

Caput XLI.

PRopoſitam hiſce diebus apud nos quæſtionem perlegi, quod emptor, qui pacto cum uenditore conuento conſenſit, non poſſe, nec debere eandem rem comparatam uendere, niſi ipſi uenditori infra quadriennium &c. adſtringi poſſe recuſet, infra dictum tempus retrouendere eandem ipſam rem huic uenditori, niſi rem illam uenalem prius deſtinaſſet, è contra uero ex altera uenditor allegabat, omninò uenditionem ſibi fieri iure conuentionis oportere, uerbum illud, debeat, in pacto adſcriptum neceſſitatem uendendi huic ſignificat [e], & contractuū uerba ſunt in ſuo ſignificatu proprio intelligēda [f], † præterea indita pacto fuit exceptiua dictio illa, niſi, cuius proprium eſt, ponere & affirmare id, quod in præcedenti oratione negatū fuerat [g], undè Bartolus ait [h], & Iaſon ibidem probat, ſi conuentum fuerit, me non teneri, uendere rem alicui, niſi tibi, tenebor tamen eam uendere tibi, ſicut enim uerbum, nō teneri, negat neceſſitatem uēdendi, ita dictio, niſi, ſubſequens ponit uēdendi neceſſitatē, cæterum in quæſtiōe occurrenti conuenerunt partes, non debere alteri rem uenundari, niſi ipſi primo uēditori, uerbumq; illud: non debere: neceſſitatē uendendi negat, igitur exceptiua ſequens dictio, niſi, indicabit uē-
2 dendi neceſſitatem eidem primo uenditori, † at equidem ipſe reor, pro emptore ſecundū ea, quæ proponuntur, iudicādum eſſe, nulloq; iure ad uenditionē hanc urgeri poſſe, non planè Bartolus ſic indiſtinctè affirmat [i], uenditionem rei prorſus faciēdam, ubì dictum fuerit, me non teneri, uendere rem alicui niſi tibi &c. ſed alios id adſeuerantes duntaxat refert, demum ſubijcit, ſibi uideri, illos non habuiſſe præ oculis in tali materia ueritatem, nimirum aliter diſſeruit ipſe dicens, diſtinguendum eſſe ſolum, num ille, qui fecit talem prouiſionē, propoſuiſſet rem uenalem, & is, qui promiſit, nemini uendere, niſi mihi, non habeat rem illam uenalem, nō tenebitur mihi uendere, ſicq; huiuſmodi conuentio interpretanda erit, ut mihi uendere debeas, ſi modo eam uendere uoles, quæ conditio non ſubintelligitur in illo, qui habet rem uenalem, eo nempè caſu cum certum ſit, eū uelle diſtrahere, conditio ipſa non ſubauditur, ſi uendere uolet &c. Simili modò diffiteri iuſtè poſſumus, uerbum, teneri, neceſſitatem demonſtrare, quaſi nullum habeamus aliud uerbum neceſſitatem ſignificans, quę omnia porrò ob id falſa eſſe conſtat, quoniam uerba iſta, promitto tibi uendere, poſita per dictionem, niſi, denotāt neceſſitatē quemad-

e .l.i.§.i.ff. quod quiſq; iur. Bart. in. l.5. C. de pignor. gio. et doc. in c. propoſuit. de appel.
f .l. nepos proculo. ff. de uerb. ſigni.
g Doc. in l. actiōe. C. de tranſac.
h In. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi qu. cauti.
i In. d. §. iniuriarum.

modũ & illa, uolo teneri tibi uẽdere, poſita per dictionẽ, niſi, uerum
in illo, qui rẽ uenalem non expoſuit, denotãt neceſſitatem iſtam ſub
cõditione tantum; ſi uẽdere uoluerit, uti Bartolũ ſingula omnia hæc
explicuiſſe altius introſpicienti liquebit, uel cõcedamus etiã, propter
uim illius uerbi, teneri &c. neceſſitatem diſtrahẽdi iniungi ei, qui rẽ
uenalitiam nõ habuit, nihil propterea caſui noſtro hoc inſeruiret, dif
ferentia longa eſt inter uerba, quod quis non teneatur uendere alteri
quã mihi, & illa, quod nõ poſſit nec debeat alteri uendere quã mihi,
nã uerbũ, non teneatur, nullam demõſtrat uendendi neceſſitatem, at
qui liberationẽ ab illa neceſſitate præſtat, quare ſequentia uerba, niſi
mihi &c. quæ cõtrarium afferunt, uidentur neceſſitatẽ uendendi mi-
hi adducere, neceſſitas enim diſtrahendi, eſt contraria liberatiõi à ne-
ceſſitate uendendi, ſecus eſt in illis uerbis nõ debeat uendere &c. iſta
planè uerba, neceſſitatẽ alteri non uendendi arguũt [k], ideò exceptiua,
dictio, niſi, ſequens poſt illa uerba, nõ debeat &c. ponit contrarium,
ideſt, liberationem ab illa neceſſitate nõ uendendi, ut ſit ſenſus, neceſ-
ſe ſit tibi, alijs non uendere, ſed quo ad me nõ ſubſis illi neceſſitati nõ
uendendi ſi mihi uendere uolueris, hanc ego interpretationẽ ratiõe
3 multiiugi probarim, iure cautum eſt, † contrahentiũ uerba ſic exau-
diri, ut iuri cõmuni non diſſentiant [l], ius autem cõmune iubet, nemi
nem adſtringi poſſe rem ſuam in aliũ diſtrahere [m], è cõtrario iuri cõ-
muni aduerſatur illa diſpoſitio, quæ uendere rem propriam aliquẽ
cogit, meritò uerba illa, non debeas alij uendere niſi mihi &c. nõ po-
terunt eo ſenſu accipi, ut mihi uendere ſimpliciter cogaris, ſed quod
ad me attinet, nõ ſubijciaris neceſſitati non uendendi, dehinc & illud
adeſt, quia uerba contrahentium in ſtipulatorem qui legem potuit
clarius explicare dirigi debent [n], itaq; uerba conuentiõis exponenda
erunt contra ſtipulatorem, ut nõ ſignificent neceſſitatem ſibi uendẽ-
di, cum eidem liberum fuiſſet apertius ſibi cauere, ueluti ſtipulando,
aduerſarium cogi uendere rem ſibi.

k Bar. in d. l. creditores. circa princ. C. de pigno. eſt tex. in l. non debet. ff. de dolo.

l Alex. in l. poſt dotem. in fi. ff. ſolu. matrim.

m l. nec emere. C. de iur. delibe.

n l. ueteribus. cũ mã-te. ff. de pac.

1 Colonus partiarius non poteſt per emptorem de fundo expelli donec fructus operarum ſuarum collegerit.

2 Emptor ſtare colono partiario quatenus cogatur.

3 Colonus, qui fecit in agro impẽſas ſiuè partiarius ſit, ſiuè nummis colat, poteſt retinere fundum aduerſus emptorẽ quo ad ſibi de impenſis ſatisfiat.

4 Opera in agro præſtita æquiperatur impenſæ.

5 Retentio rerum illi conceditur, qui operas ſuas, uel impenſas in illis præſtitit, ut non prius cogatur reſtituere, quã ſatisfactum ei fuerit.

6 Fructus fundi non ſunt coloni partiarij priuſquàm legantur, ſed domini tantum uel emptoris.

Caput XLII.

TVrgebat cum partiario colono emptor fundi negãs,
colonum hunc in locatione fundi & fructuum per-
ceptione contra ipſius emptoris uoluntatem poſſe
perſiſtere, fructus namque non erant à ſolo ſepara-
ti emptionis tempore, ſed erant fundi pars, itaq; ad

emptorem

emptorem pertinere uidentur [o], & doctorũ adducta ratio illa fuit,
quia talis colonus non habet ius in re, nec habet ius in fructibus, qui
antequàm diuidantur à ſolo non ſunt ſui ſed domini fundi [p], fru-
ctuſq; ipſi facta emptiõe ad emptorem illico pertinẽt [q], certum quip
pè eſt, partiarium colonum ius nullum in fundo habere, cum perſo-
nale tantum ius & ſocietatis cõtractu habere noſcatur, quod ius per-
ſonale contra ſingularem ſucceſſorem non tranſit [r], aitq; Alexander,
emptorem minus compelli, ſtare colono, qui nummis colit [ſ], idem
igitur dicendum erit in partiario colono, quãdoquidem diuerſitatis
iuſta ratio inter hunc & illum adduci nequeat, Quibus propoſitis
1 omnibus dubio procul diſſentior ipſe, † & colonum partiarium de
fundo nunc expelli, & fructus legere prohiberi per emptorem iſtum
nequaq; poſſe exiſtimo, animaduertere proindè licet, contrariũ uo-
luiſſe Baldũ [t], atq; eundem aliquando dixiſſe [u], colonum, qui fecit
impenſas uel præſtitit operas, poſſe illa ratiõe retinere fundũ empto
re inuito, ſeminauit enim, metet idem quoq;, uel ſaltẽ uti ſocius par-
tietur cum emptore fructus ſocietate quadam incidenti, & iure con-
ſuetudinario interueniẽte, neq; multò poſt idem Baldus aſſeuerat [x],
2 † cõpelli meritò emptorẽ ſtare colono pro eo, quo laborauit, anno,
ſumptuſq; in agro fecit, quamuis pro reliquis annis idem emptor
compelli nequeat, colonum in fundo degere, perpeti, cum nemo in-
uitus ſocium habeat, hancq; Baldi ſententiã Raphael eſt emulatus [a],
3 & ipſe ſic itidẽ probo, † colonus, qui fecit impẽſas in agro, ſiuè partia
rius ſit ſiuè nummis colat, poteſt retinere fundũ etiam inuito empto
re pro impenſis factis [b], & illud, quod de impenſa nuper retulimus,
4 locũ etiam habet in opera, † quoniam opera præſtita in agro æqui-
5 paratur impenſæ inibi factæ [c], † itaq; Baldus ipſe eo in loco inquit,
deſcribens in chartis ſcholaris mandato eiuſdẽ poterit pro ſui merce
de paginas ſic exaratas omnes retinere, uel ſutori nõ prius reſtituere
ueſtẽ licere quã ei pro operis ſuis in ſarcienda ueſte adhibitis ſatisfiat
aut qui equũ morboſum curauit, poſſe eundẽ retinere, donec laboris
ſui & impẽſæ factæ ratio habeatur, idemq; iuris in omnibus reliquis
huiuſmodi caſibus fore cõtendit [d], ex quibus ſapientũ conſultis gene
ralem hanc regulã depræhẽdi poſſe gloſſator cum Bartolo cenſuit [e],
quotienſcunq; cauſa retẽtionis inheret rei, totiens poteſt res ipſa pro
tali cauſa retineri, quapropter colonus iſte partiarius, qui fecit mul-
tas impenſas & in aruis cultiuandis plurimas præſtitit operas habe
bit ius retinẽdi ipſos fructus pro impẽſis & operis, Reliquum eſt al-
legatis obicibus reſponſionẽ afferre, Speculator nãq; alio modo quã
relatus paulò ante fuit ibidẽ fabulatur, & tres cõcluſiões facit, primã,
Colonus poteſt retinere ſemina & expenſas [f], & quod de ſeminibus
& expenſis ait, ſine dubio procedit etiam ratione operarũ per antedi-
6 cta, Secunda concluſio fuit, † fructus non eſſe coloni priuſquam de
fundo legantur, ſed domini tantum uel emptoris [g], Tertia concluſio
eſt, ſi emptor colonum de fundo expulerit, decerpſeritque fructus
omnes,

o Spec. & Io. And. in ti. de loca. §. 1. uerſ. ſed pone. Rõ. conſi. 309. Alex. in l. ſi filio familias. §. ſi uir. ff. ſolu. matri.
p .l. cum in plures. §. meſſem. ibi glo. ff. loca.
q .l. fructus. C. de actio. empt.
r .l. emptorem. C. loca. l. ſi. in ſi. ff. de cõtrahen. empti.
ſ .d. l. emptorem.
t In addit. ad ſpec. in ti. de loca. uer. ſi colonus. & in. l. idẽq; .§. ſi. per illum tex. ff. pro ſoc. in repor. anuquis.
u In. d. l. emptorem. uerſ. ſed pone colonũs.
x In. d. l. emptorem. uerſi. ſed nunquid partiario &c.
a In. d. §. ſi uir. per te. in. d. l. idemq;. §. ſi. ff. loca. & per. l. in hoc iudicio. §. pen. ff. cõmuni. diuid.
b .l. colonus. in. ſi. ff. de ui. & ui. arma. Alex. poſt Imo. in .d. §. ſi uir. col. 4.
c Bal in. l. ſi. C. commod.
d per. l. huius enim. ff. qui. potio. in pignor. habea.
e In. l. ſi non ſortẽ. §. ſi centum. ff. de cõdi. indebi.
f per. l. fundum. ff. famili. hercis.
g per. l. cum in plures §. meſſem. ff. locat.

omnes,nulla dubitatio erit, quin dilecti fructus ſint ipſius, cæterum
aget aduerſus uenditorem colonus, undè uidere eſt, Speculatorem
non contradicere nobis,niſi colonus uellet capere fructus uti domi-
nus eorum,& diuidere eos uti ſocius,aliud erit, quando uellet eoſdē
retinere pro operis,pro impenſis,ac ſeminibus, Non aduerſatur æ-
que concluſioni noſtræ Romani dictum, colonus ibi, ſicut ex Pon-
tani uerbis conſtat, uolebat diuidere fructus prædiales cum empto-
re quaſi ſocius eius, & quaſi ſocietatis contractus contra emptorem
tranſiuerit, illud quidem reprobat Pontanus in fructibus nondum
à ſolo ſeparatis, quia in illis dominium aliquod non habet,per con-
ſequens nec ſocietatem ullam,non ueruntamen inficiatur, quin po-
tuerit eoſdem retinere pro impenſis,operis, atque ſeminibus, eadē ra-
tione Alexandri opinio concluſionem noſtram nō offendet [h],quod
ex eo facilè intelligimus, quoniam idem Alexander autoritate Bal-
di [i], opinionem comprobet ſuam, qui tamen Baldus non eſt A-
lexandro concors, niſi pro annis, quibus colonus non impendit nec
arua coluit, pro anno autem, quo ſeuit & agro culturam adhibuit
Baldus in ſententiam noſtram ſupra relatam iuit, igitur Alexandri
dicta eo ſenſu accipienda erunt,quo Baldus idipſum extricat, poſſet
forſan quoque dici, quod in caſu iſto emptor teneatur indiſtinctè ſta-
re colono,cum non habeat plenum ius reſpectu dominij,emptor eſt
enim melioramentorum tantum, eccleſia uerò eſt domina directa
fundi,ergo &c.[k].

h In.d.§.ſi uir.uer.fallit in colono partiario.
i In.d.l.emptorem.
k Alex.in.d.§. ſi uir. uerſ.limita.& in.d.l.emptorem.

1 Filius habitando domū patris defuncti quando dicatur adiuiſſe patris hæreditatem,& quando non.
2 Proteſtatio præcedens aditionem hæreditatis declarat,reſtringitque actum ſequentem, ut non egrediatur animum proteſtantis.
3 Filius habens hypothecam in bonis patris,uelut,ex dote & ſucceſſione materna non creditur patris adite hæreditatem, quàmuis ſeſe in illa immiſcuerit.
4 Præcarij reuocatio quot modis contingere poſſit.
5 Faciens actum ſimplicem, qui multifariam accipi poſſet,in eam ſumitur partē, quæ facienti utilior ſit.
6 Præpoſitionem,de, exponimus aliquando,ideſt,propter,aut pro.
7 Verba in iudicio dicta debent impropriari,ni poſſent in proferentis fauorem alioqui exponi.

Caput XLIII.

IN iuriſperitorum diſceptationibus quatenus hæredi-
tatis aditio per filium, qui habitauit in domo patris
poſt eius obitum,facta cenſeatur, ſi idem filius aliam
habitandi cauſam,quam à patre,habuerit,accuratè re-
quiri cognouimus,crediderim ego, immixtionem fa-
ctam non poſſe dici, quamuis hic filius patris domo pro ſui habita-
1 tione uſus fuerit,† fateor nempè, per ſimplicem habitatiōem in do-
mo patris filium ſe hæreditati paternæ immiſcuiſſe [l], uerum enim-
uerò cum habitatio domus non prius ſequuta fuerit, quam proteſta-
tus ſit in cōtrarium filius, per ipſam inhabitationē nolle adire patris
hæredita-

l .l.1.C.de repu.hære.

hæreditatem,quã hypothecatam ſibi ex dotibus & hypothecis ma-
ternis docebat,igitur alia ex cauſa domũ paternam inhabitans,adire
patris hæreditatem non dicitur,uti Baldus,Paulus Caſtrenſis, Phi-
2 lippus Corneus, nec non Alexander tradiderunt [m], † proteſtatio
hæc præcedens,quæ proteſtantis animum declarat [n], idoneè pro-
bat,filium ex ſola inhabitatione domus paternæ hęreditatem ipſius
3 non adiuiſſe [o], aiuntq́ꝫ præfati doctores,† ſi filius aliam diuerſam
cauſam habeat habitandi domum patris,uelut ratione dotis & bo-
norum ſuæ matris cum Hypotheca, non præſumetur patris adijſſe
hæreditatem,ſed iure ſui crediti & Hypothecæ,quæ in tantum uera
ſunt,ut filius id meritò poſſit,licet non eſſet ei poteſtas ex pacto in-
gredi patris bona autoritate propria,neque uiuente patre cohabitaſ-
ſet eadem in domo,quia defuncto parẽte & illius iacente hæreditate
potuit impunè filius autoritate propria poſſeſſionem domus uacuã
ingredi propter pignoris uel hypothecæ ius ſuum [p],& his non con-
trariatur,quod filius non poterat propria ingredi autoritate domũ
& patris bona hypothecata,ni reuocaſſet antea precarij pactũ, quod
factum non fuiſſe,quia nec probatur,meritò præſumimus, Reſpon
4 ſio multiplex obiectis illa erit, † Tabelliones omnem precarij uim
plenè deſcribentes inquiunt, licere ingredi bonorum poſſeſſionem
reuocato aut non reuocato precario,uel dices,per ingreſſum filij cen
ſeri latenter reuocatum à filio,qui bona ingrediens uidetur prius illa
egiſſe,ſine quibus ingredi iuſtè non potuiſſet [q], deniq́ꝫ indubitata
altera eſt reſponſio,per mortem patris,qui precario poſſidebat, ipſo
iure reuocatum precarium intelligi [r],& quando filius domum pa-
tris inhabitauit ex alia ſibi competente cauſa,neq́ꝫ præter naturam il-
lius cauſæ quidquã egit,immiſcuiſſe ſe ipſum hęreditati patris nõ pu
tatur [ſ], neq́ꝫ ſola poſſeſſio hæreditatis aditionem arguit, ubi quis
potuit ex alia quã aditionis cauſa ſibi poſſidere [t], Bartolusq́ꝫ adno-
5 tat [u],† ſi is,cui erat delata hæreditas defuncti,fecit in eius bonis actũ
qui non celebratur cum alio,ut puta,ſtetit in domo hæreditaria, cu-
ius poſſeſſionem poteſt uti dominus,uel iure pignoris,aut cuſtodię
cauſa retinuiſſe,creditur habere illam ex ea cauſa, quæ ſibi utilior ſit,
& quam diligens paterfamilias complexus fuiſſet [x],quare declarã-
do filius,ſe dictam domum tenuiſſe tanquã de dote eius matris, pe-
rindè erit, ac ſi dixiſſet,ſe renuiſſe pro dote ſiuè propter dotem ma-
6 tris † ſicut exponimus de familia, id eſt, propter familiam [a], & ſi-
7 cut exponimus, de quo, id eſt, pro quo [b],† maximè quoniam uer-
ba in iudicio ab altera partium prolata debent ſecundum proferen-
tis intentionem accipi, & prout eidem utilius foret [c],etiã ſi uerborũ
aut uocabulorum ſequeretur impropriatio [d],Neq́ꝫ refragatur Fran
ciſci Aretini opinio exiſtimantis [e],ſententiam Bartoli ibi forſan nõ
procedere, quia obſcuritas ſermonis, quæ non oritur ex uerborum
expreſſione in iudicio facta ſed ex multiplicitate cauſarum non
prohibet, ne proferentis declaratio admittatur [f], mihi namq́ꝫ ui-

m In.d.l.i.
n l.Neſenius.ff.de ne go. geſti. l. quæ in aliena.§.fi.ff.de acq. quir.hæred.
o Bal. & Corn. in.d. l.i.
p Caſtren. Corne. & Alex.in.d.l.i.uer. ſed aduerte.per glo. in.l.fi. in uer. igno. rantia. C. unde. vi.
q l.illud. ff. de acqui. hære.l.2. ff. de iuris dict.omn.iudic.
r l.cum precario. §. precarij ff.de preca. c.fi.eod.tit.Rom. conſi.159.
ſ Bal. in. d.l.i. ad fi.
t Bal in.l.nõ.hoc.C. unde legi.
u In l.gerit. ff. de ac- quir.hær.
x Alex.conſ.32.lib.5.
a l.i.in prin.C.quãdo ci.act.cri.præiu.l.5. ff.de peti.hære.
b l. poſt uenditionem cum glo. in uer. de quo.ff.de aqu. plu. arcen.
c l.ſi quis intentione. l.ſolemus.ff.de iudi. l.inter ſtipulantem. §.1.ff.de uer. obli.
d Abb.in c.cæterum. col 7.de iudi.
e In. d.l.gerit.uerſi. ſed contra quæda.
f l.duobus § ergo. ubi Bar. ff. de iu re iur.

detur à priore Bartoli opinione, quæ cõmunis eſt [g], recedi non oportere, quandoquidem Aretini ratio ſolum procedat, ubi ex pluralitate cauſarum procedebat obſcuritas, at hic nulla obſcuritas aderat tũ propter filij proteſtationem, tum quia lex præſumit, eum habitaſſe domum ex cauſa ſibi utiliori, ſicq; pro dote matris, nimirum obſcuritatem omnem iuris præſumptio, quæ rem liquidiſſimam parit [h], adimere ſolet, præterea loquitur Bartolus [i], in actu iudiciali & litis deciſorio, ſcilicet, in iuramento præſtito ad cauſæ deciſionem & litis finem, in quo uertitur magnum præiudicium, quoniam poſſes demum probari contrarium, ſi intelligeretur ſecundum illum, qui iurauir, ſed nos ſumus in diuerſis terminis & in actu extra iudiciali, in quo tantum non ineſt præiudicium, nam licet meritò habitans domum declaret, ſe habitaſſe ex una cauſa, poſſibile erit nihilominus contrarium probari, idcò talis declaratio admittitur [k], nouiſſimè dices, Bartolum loqui [l], quãdo uolebat interpretari actum dependẽtem ex animo ſuo, alibi uerò intellexit, quando quis uolebat declarare actum dependentem à ueritate, ex his omnibus non difficulter agnoſcere quiſquã poterit, poſſe filium reuocare diſtracta à patre ſuo prædia dotalia matris, quum eidem filio obijci nequeat, patris ſui exiſtere hæredem, propterea aduerſus diſtractiones & contractus patris non poſſe initi [m].

g In.d.l.geſt.
h l.ſi tutor.glo.& Bal.C.de peri.tut.
i In.d.§.ergo.
k l.i.ff.de ſolu.
l In.d.l.geſt.
m l.cum. à matre. C. de rei.uen.l.ab eo. C.de lib.cau.l.ex qua perſona. ff.de. regu.iur.

1 Metus inductus ex minis Principum eſt iuſtus & metui debet, præſertim ſi minas effectui mittere conſueuit.
2 Metus amiſſionis bonorum ut dicatur iuſtus & cadere in conſtantem uirũ, quid requiratur.
3 Metus iuſtus ſubdiuiditur, neq; pro omni metu reſtitutio conceditur.
4 Metus amiſſionis omnium bonorum non eſt ſufficiens & iuſtus, ut quis eo timore faciat contra præceptum legis.
5 Licentia ſuperioris remouet timorem pœnæ.
6 Litteris officialiũ teſtimonialibus non creditur in præiudiciũ tertij, ſed in præiudiciũ dumtaxat illas producentis.
7 Licentia recedendi per Principem conceſſa alicui adiecta qualitate, ut reuertatur &c. intelligitur, quando à Principe reuocabitur, non alias.
8 Metus quomodo uanus eſſe cognoſcat.
9 Metuens ſæuitiam Tiranni, ſi poſſit ſe recipere in locum tutum, non dicitur iuſto metu territus.
10 Vir conſtans non eſt, qui propter mortis metũ, uel corporis cruciatũ delinquit.

Caput XLIIII.

NOn pauci ſunt, qui putent, timore proclamatis excellentiſſimi ducis urbini, punientis quemcunq; recedẽtem de territorio ſuo, huic bona amiſſa per in integrum reſtitutionem eſſe reſtituenda, hic namq; iuſtè metuit timens uitæ, aut bonorum amiſſionem [n], quod præſertim uerũ eſſe uidebatur propter inſtantes minas poten-
1 tis domini conſueti ipſas exequi, † nã minæ Principũ ſunt metuendæ & iuſtum afferunt metum [o], & metus ſtatuti dicitur iuſtus atquè terribilis [p], idem dicemus de metu proclamatis pœnalis [q], Propoſitis enimuerò nõ obſtantibus, contrariũ de iure probabiliter re-
2 ſpondebimus, † ut metus amiſſionis bonorum dicatur cécidiſſe in conſtantem

n c.2. de his, quæ. vi. metuſuè.cau. ſi.c. frequens. de reſti. ſpol. li.6. l.iſti quidẽ ff.quod.met.cau.
o Bal.in l.non eſt ueriſimile. §. iuſto. ff. quod met. cau.
p Feli.in.c.cũ. m.col. 12.de conſti. Bal. in l.i.C.de condic. ob tur.cau.
q Bar. in.l.creditor. ff.de ſolut.

conſtantem uirum, neceſſe eſt, quod ſit de omnibus bonis uel maio
ri parte eorum amiſſio in promptu [r], uerum non conſtat, quod bo-
na, quæ ſeruare ipſe uolebat, efficerent maiorem partem bonorum
ſuorũ, igitur reſpectu bonorũ non fuit probatus metus, qui in con-
ſtantem uirũ caderet, undè conſequens eſt, eum obtinere non poſſe,
iſtud namq; fundamentũ intentionis ſuæ tenetur plenè probare [ſ],
nec obſtat, ſi dicatur, ſtandum eſſe aſſertioni ſimplici iſtius dicentis,
quod bona ſita urbini ſunt maior pars totius patrimonij ſui [t], quo-
niam procedit illud, quando aliquis dicit, tot bona eſſe, & negat plu
ra exiſtere, ei ſanè neganti creditur, quia pro regula traditũ eſt, affir-
manti & nõ neganti incumbere onus probandi [u], ſed iſte eſt caſus di
uerſus, quoniã non ſolum iſte dixit, ſe habuiſſe domum urbini, uerũ
etiã aſſeruit, ſe habuiſſe alia bona Arimini, non autẽ inficiatus eſt
habuiſſe alibi, quã urbini, ergo ſi uult affirmare, quod bona urbini
ſint maioris precij cæteris ſuis bonis, debet hoc ipſum probare per
prædicta, Non obſtat etiã ſi allegetur, metum pœnæ dici iuſtũ, licet
non appareat eſſe de maiori parte bonorũ [x], quãdoquidem pro re-
ſponſione illud congruat, non ſequitur, eſt metus iuſtus, ergo cadit
in cõſtantem uirũ, duplex profectò dignoſcitur metus, alter iuſtus,
alter uanus [a], pro metu uano nullum remediũ reſtitutionis compe-
3 tit [b], † at metus iuſtus ſubdiuiditur, quidã eſt maior, qui cadit in cõ-
ſtãtem uirũ, & pro eo datur actio illa, quod metus cauſa &c. [c], quidã
eſt minor metus, de quo ſermocinatur Bartolus, & pro quo alia tri-
buuntur remedia præter actionem, quod metus cauſa &c. quia non
eſt metus cadens in conſtantẽ uirum, ſed talis metus non prodeſt in
caſu noſtro, in quo requiritur metus cadẽs in conſtantẽ uirum quo-
niã non uerſatur circa amiſſionem rerũ, niſi quando ſunt amittenda,
4 omnia bona uel ſaltem maior pars eorũ, ut nuper diſſerui [d], † præte-
rea dico, metum amiſſionis bonorum omnium uel maioris partis
non eſſe metum cadentẽ in conſtãtem uirũ, uelut, quando quis de-
liquit propter talem metũ contraueniendo præcepto legis [e], ex ante
latis ſuggeritur, etiã huic non prodeſſe, licet probauerit, urbini habu
iſſe filios, uxorem, & familiã eo tempore, quo Arimini ipſe erat, ex
hoc enim non cadit metus, de quo ſuperius mentionẽ fecimus, nec
poterat uériſimiliter timere, quod pœna corporalis aliqua inferre-
tur in filios proprios, cum pœna edicti ducis ad id ſeſe non exten-
dat, ac etiam non liqueat, prælibatum ducem conſueuiſſe pœnam
indictam delinquentibus conuertere in filios ipſorum parentum [f],
eſto etiam quod bona exiſtentia urbini potuiſſet dux auferre filijs, ſi
deliquiſſet pater, tamen illa ablatio non potuit facere, ut iſte ob id
afficeretur eo metu, qui in conſtantem uirum cadit, magis reſpectu
filiorum quàm ſui ipſius [g], itaq; certum eſt, iſtum obtentu amiſſio-
nis bonorum non ueritum fuiſſe metum cadentem in conſtantem
uirum, quod autem ad perſonam ipſius pertinet, non habuiſſe legi-
timam metuendi cauſam oſtendimus, quia iſte iam exiuerat territo-

X ij riũ

r d.c.2. & ibi not. & d.c. frequens.

ſ Bal. in. l. præſcriptio ne. C. ſi contra ius. uel util. publi.

t per. l. cum de leg. ff. de proba.

u l. 2. ff. de proba. cũ ſimi.

x Doc. Bar. in. d. l. cre ditor.

a Docto. in. l. metum autem. ff. quod me- tus. cauſ.

b d. l. metum autem.

c d. l. metum autem.

d nota. in. c. cum dile- ctus. de his. quæ. vi. metuſue. cau. fi.

e c. ſacris. & ibi not. de his quæ. vi. me- tuſue. cau. fi.

f Iuxta tradi. in. l. de pupillo. §. ſiquis ip ſi prætori. ff. de o- per. noui. nuncia.

g Alberi. in. l. iſti qui- dem. in fi. ff. quod met. cau.

rium Vrbini & Arimini agebat, ſicq; poterat urbinum non reuerti ſed Arimini degere, uel in alias ſe ipſum regiones tutiſſimas cõferre, ſimili modo contrarium non eſt, ſi dicatur, hunc urbino Ariminum conceſſiſſe impetrata prius à duce licentia &c. iſtud enim in caput ipſius retorquetur, ſi habuit à duce licentiam, apparet, eum potuiſſe de territorio urbini impunè abire, cũ omnis pœnalis edicti ceſſaret me-
5 tus, † licentia quidem ſuperioris timorem pœnæ prorſus remouet [h], non aduerſatur etiam, quoniam dux dederit teſtimoniales litteras, in quibus perhibet ipſe, licentiam recedendi huic ſubdito ſuo dediſſe cũ
6 hac qualitate, ut reuerti debeat &c. plurifariam reſponderi poteſt, † teſtimonialibus principũ & officialium litteris non creditur in præiudicium tertij, quãuis atteſtentur de facto proprio ſcribentis [i], illis ueruntamen ſolum creditur in præiudicium producentis illas, quia tacitè confiteri intelligitur cõtenta omnia in litteris exhibitis [k], quocirca perindè erit ac ſi iſte confeſſus fuiſſet, ſe licentiã obtinuiſſe ſimpliciter ab illuſtriſſimo duce, quandoquidem qualitatem illam, ut deberet reuerti &c. ueram eſſe alijs probationibus legitimis non oſtenderit [l], deniq; & ſi illa qualitas eſſet legitimè probata, adhuc tamen
7 iſtud nõ releuaret quicquã, † illa enim qualitas, quod deberet reuerti &c. intelligitur, quando à duce ipſo reuocabitur & non prius [m], undè priuſquã reuocaretur à duce, erat omnino tutus, & ante reuocationem, quia urbinum redijt, apparet nullo metu imminente fuiſſe reuerſum, qui nec pro ſe adducet, nõ fuiſſe tutum illi Vrbino Ariminum proficiſci iterum propter impunitatem à duce homicidis contra diſcedentes ex urbini territorio conceſſam, contrarium uerius eſſe dixerim ego, nam licet fortè fortuna poſſet contingere, aliquem occidi uigore edicti ducalis etiam in alieno territorio, tamen conſiderari atq; proſpici iſtud non debuit, quod præter ordinem & præter ius nefarièq; accidere poſſit, præſertim iminente pœna, quæ occiſorem in alieno territorio coerceret, ideò ueriſimilè non eſt, quemquã per nefas & cum periculo pœnæ mortis uelit offendere aliquem in territorio externo, iſte planè metus uanus fuit, neq; uiro forti & con-
8 ſtanti conueniens [n], † & Bartolus inquit [o], ne metus uanus iudicetur, debet ueriſimiliter tendere res ipſa ad illum metum [p], ſed uériſimilè non eſt, quod quis uelit per ſcelus & metu pœnę capitalis prominente alium quempiàm in alieno interimere territorio [q], nimirũ
9 fatentur omnes, † quando ille, qui ueritus eſt ſæuitiam Tiranni, poteſt ſe recipere in locum tutum, non dicitur fuiſſe territus iuſto metu ſed uano tatum [r], ſiquidem cõſiderabimus rationem in contrarium adductã, nunquam à Tiranni impijs manibus quemquam effugere poſſe concederemus, quod tamen à uero quantum diſſentiat ex nuperrimè enarratis facilè intelligimus, quibus propoſitis omnibus
10 iunges, † uirum conſtantem non poſſe dici, qui propter metũ mortis uel cruciatum corporis delinquit [ſ].

Vniuerſis

h glo. in. §. duo. in Auth. de nup.

i c. teſtes. ubi glo. i. 3. q. ix. & in c. quoniã contra falſam de probationibus. Alex. cõſ 205 lib. 2.

k Innocen. in. c. cum olim. in. fi. e tit. b.

l Bar in. l. Aurelius. § idem quæſijt. ff. de lib. leg.

m l. ſi quis filium. §. ſtipulatio. ff. de collat. bono. l. 2 § qđ ait prætor. ff quorũ legat. c. i. ad fi. de ſẽten. excõmu. lib. 6.

n d. l. metum autem.

o in. d. l. metum autẽ.

p per. l. rectè in prin. C. quod met. cauſ. l. tit. cum. l. ſequẽti C. de donat. cau. mort.

q l. i. ibi metu pœnarum. ff. de iuſti. & iur.

r Ang. in. l. metũ. in prin. ff. quod met. cau. docto. in. c. i. de his. quæ. vi. met. cau fi.

ſ Abb. in. c. cum dilectus. in. 3. notab. de his quæ. vi. met. cau. fi.

1 Vniuerſitas non ut maior, ſed pro minore potius eſt habenda.
2 Dictio, ſi quis, non conuenit uniuerſitati hominum.
3 Vniuerſitas nunq; delinquit niſi cõmunicato conſilio & cõmuni deliberatione præcedente.
4 Iuramentum præſtitũ nomine meo per alium non impedit, quominus reſtitutio in integrum mihi concedatur, ſecus, ubi iuraſſem ego.
5 Mora non contrahitur per lapſum diei, quando in obligatione eſt appoſita illa clauſula promiſit ſoluere Romæ, Bononiæ &c. niſi interpellatio accedat.
6 Excuſatur à periurio, qui poteſt excuſari à mora, uel è contra.

Capue XLV.

TRanſactionẽ iuratam per uniuerſitatem hominũ debere nihilominus ex parte ipſius uniuerſitatis impleri, quamuis fundus uniuerſitati in tranſactione traditus euictus illi poſtea fuerit, ea ratiõe contendunt plures, quia uniuerſitas in periurium anteà inciderat propter inobſeruantiam tranſactionis initæ [t], quibus nõ aſſentior ego, quamq; anceps & dubium ſit, an Cęſaris ſanctio [u], habeat locum in
1 uniuerſitate, quæ peierauit, contraueniens iuramẽto præſtito, † quoniam uniuerſitas non debet pro maiore cenſeri, ut imperator ſua cõſtitutione maiorem tantum cõpræhendit, cum minori æquiparetur
2 ipſa [x], † neq; illa dictio, ſi quis, in principio Auguſtæ ſanctionis poſita congruit uniuerſitati hominum [a], tamen quando uniuerſitas eadem non eſt periura tametſi particulares nõnulli ipſius, uel adminiſtratores in periurium ceciderint, certũ eſt, uniuerſitatem ipſam periurij nota non affici, neque illius pœnas pendere, ſicuti Baldo dicere idipſum libuit [b], atteſtanti, particulares de uniuerſitate, qui iurarũt, & contrauenerunt iuramento, ſeu mandãtes, non autem uniuerſita-
3 tem ipſam periurij pœnis deuinci, cuius dictis ob id ipſe aſtipulor, † cum uniuerſitas nunq; delinquere poſſit, niſi cõmunicato conſilio & communi deliberatione præcedente delinquat [c], igitur in propoſito caſu licet ſingulares aliqui de uniuerſitate iurauerint, & iuramento demum non ſteterint, non ideò uniuerſitas prædicta iurauit, aut iu-
4 ramento cõtrafecit, † iuramentum enim per adminiſtratores, uel per alium, uelut, curatorem nomine alterius præſtitũ, non impedit, quo minus in integrũ concedatur reſtitutio, & ſi aliud dicendum ſit, ubi præſtaretur per ipſum, de cuius negotio agitur [d], pręterea ex cõtractu iurato quæſitũ fuit ius uniuerſitati, quod nequeũt adminiſtratores quoquo modo auferre [e], deniq; Cæſaris illa lex uires nõ porrigit ſuas ad illos, qui dolo malo carent [f], dolus autem adminiſtratorum
5 uniuerſitati obeſſe non debet [g], meritò pœnam uniuerſitas nõ luet, † quinimò ſi fuiſſet inſcripta in tranſactiõe clauſula illa, & promiſerũt ſoluere Romæ, Bononiæ &c. ipſi quoq; ſingulares uniuerſitatis homines non eſſent conſtituti in mora per lapſum diei, niſi fuiſſent expreſſè interpellati [h], ſicq; non incidiſſent in periurium, aut ipſius le-
6 gis aculeos, † quę enim excuſant à mora, excuſant æquè à periurij pœna [i], ut ſi probaretur, aduerſam partem poſt duas, uel tres cõtrauen-

t .l. ſi quis maior. C. de tranſac. Mateſſi. in ſuo ſingu. ſi. incipi. quæritur quid iuris.
u In. d. l. ſi qs. maior.
x .l. nihil ff. ad munici. l. rem publicã. C. de iur. rei. pub. lib. xi.
a Bal. in. l. omnes populi. col. antepe. ff. de iu. & iur.
b In. l. generaliter. in prin. uer. quid ergo. C. de reb. credi.
c glo. in. l. aliud §. refertur. ff. de reg. iu. Bar. in. l. aut facta. § fi. ff. de poen.
d glo. in c. 1. uerſ. cõtractũ. de in integ. reſtitu. lib. 6. Alex. conſ. 21. lib. 5.
e .l. 1. §. fi. ff. de reb. eorum.
f Doc. in. d. l. ſi quis maior.
g Alex. in. l. ciuitas. ff. ſi cer. petat.
h Alex. conſ. 45. col. 5. lib. 5.
i Alex. conſ. 92. li. 4.

tiones uniuerſitatis recepiſſe nihilominus affictus debitos, cenſere-
tur omnis periurÿ pœna remiſſa [k].

k Alex. conſ. 14. lib. a.l. poſt diem. ff. de l.comiſ.

1 Fideicõmiſſarius pro re ſubiecta reſtitutioni, & quæ alienata ſit quando eam nõ uendicet, ſed pro eſtimatione eiuſdem ſolum agat cõtra diſtrahentẽ eam, & infr. numero. 8. & 10.
2 Prohibitio alienationis expreſſa plus operatur quam tacita, & tunc fideicõmiſſarius autoritate propria rem alienatam recuperat.
3 Feudum alienatum per uaſallum poteſt dominus propria autoritate uendicare.
4 Paupertatis neceſſitas conſiſtit in ſupremo gradu neceſſitatis, & ineuitabilis eſt.
5 Ventri uxoris prægnantis, quæ uxor defuncti Regis fuit, debentur homagia fidelitates, & alia futuro Regi præſtari ſolita.
6 Conceſſio de aliqua re facta maiori natu ex fratribus intelligitur etiam facta in filio ipſius maioris, qui filius patruos excludet.
7 Immediatam cauſam inſpicimus nõ autem mediatam.
8 Fideicõmiſſarius quibus caſibus rem alienatam, & ſibi ex fideicõmiſſo debitã poſſit uendicare.
9 Ignorantia unius alicui tertio non obeſt.
10 Res ſubiecta reſtitutioni ſi alienetur, quãdo uendicet illam fideicõmiſſarius contra poſſeſſores.

Caput XLVI.

Fideicõmiſſum his relictum eſt uerbis, iubeo legata-
rium nullo tempore rem a me ſibi relictam diſtrahere
quouis modò poſſe, aut ſi alienaſſet in ſolidũ uel pro
parte, mandauit, rem ſic legatam ad filios maſculos
ipſius legatarÿ, & poſt eos ad fœminas pertinere, cæ-
terum legatarius ipſe relictum agnoſcens non multò poſt prohibi-
tionis legato iniũctæ immemor rem omnem legatam diſtraxit, cui
filia hæres una tantum exiſtens alienatiõem patris reſcindere an poſ-
ſit, hæſitabatur, rem ipſam poſſidens aduerſus filiã allegabat, neceſſi-
tate coactum patrẽ legatum huiuſmodi diſtraxiſſe, & hunc extremæ
neceſſitatis caſum fuiſſe per teſtatorem à prohibitione alienandi ex-
ceptum, item alia quoq; inſurgit pro poſſeſſore ratio, quoniam filia
hæc nondum erat in lucem edita tempore obitus teſtatoris, meritò
1 admitti non poſſe uidetur ad fideicõmiſſum hoc [l], † neq; res reſtitu-
tioni ſubiectæ euinci poſſunt de manibus emptoris, cui iuſto titulo
traditæ ſunt, ſi modo uenditor uel emptor prohibitionem alienatio-
nis iuſtè ignorauit, ſed fideicõmiſſarius contra diſtrahentẽ pro eſti-
matione rei agere non prohibetur [m], quare admonuit Angelus [n],
debere actorem ſuo complecti libello, uenditorem & emptorem nõ
ignoraſſe alienationis fideicõmiſſi prohibitionem, alioqui ſucumbe-
ret in lite, Sed iſta hæc omnia certè ius filiæ competens nequaq; eli-
dunt, licuit enim filiæ diſtractam rem de manibus poſſeſſoris cuiuſ-
cunq; euincere [o], cũ ergò in caſu noſtro res, de qua agitur, eſſet ſub-
iecta reſtitutioni in caſum alienationis, ſatis liquet, poſſe alienationẽ
2 prædictam à filia in irritum iuſte reuocari, † ſi enim tacita prohibi-
tio alienationis ex fideicõmiſſo exoritur, obſeruandaq; ſit multo ma-
gis expreſſa idem operabitur, maioriſq; potentiæ exiſtimanda erit,
pro impedienda alienatione, uel ea facta, pro inducenda ipſius re-
uocatio-

l Argu. l. ſi cognatis. ff. de reb. dubi.

m Cin. Alberi. & Iaſ. in auth. res quæ. C. cõmun. de leg. per tex in l. fi. §. fi. ff. de leg. 2.

n In. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad treb.

o . l. ſi §. nemo. itaq;. &. §. ſin autem ſub cõditione. C. commu. de leg.

uocatiõe [p], ideò teſtatoris prohibitio ubi nominatim facta fuit, illũ,
cuius fauore alienatiõis prohibitio emanauit, autoritate propria poſ-
3 ſe diſtractam rem capere gloſator docuit [q], † & propterea uaſallus
feudum ſi illicitè alienaſſet, quibit dominus autoritate propria illud
recuperare [r], undè uidemus, quãdo teſtator cœpit à præcedente pro-
hibitione expreſſa & pura, poſteà ſubiecit pœnam, ut ſi alienetur res,
deueniat ad certum aliquem, tunc alienatio eſt nulla propter expreſ-
ſam & purã prohibitionem antecedentẽ, quo caſu permittitur fidei-
cõmiſſario, rem diſtractam abſq; alia reuocatiõe uendicare [ſ], ut autẽ
clarius ueritas liqueat, deductis in oppoſitum reſpondebo, nõ fuiſſe
extremam paupertatis neceſſitatem legitimè probatam inſpicimus,
iudicium quippè nullum inter patrem alienantẽ & filiam hanc, quæ
in patris ſui erat poteſtate, conſiſtere potuit [t], & filia tũc erat minor
& pupillares adhuc annos agens, nimirum ſentẽtia contra ipſam di-
cta iudicabitur prorſus inualida, quam ſine curatore defendẽte pupil
lam tractari, proferriq; minimè decuit [u], ſiecq; nõ inſtituto ſoleniter iu-
4 dicio, necq; probata paupertatis neceſſitate, † quæ in ſupremo neceſ-
ſitatis gradu conſiſtit, & quæ ineuitabilis eſt [x], credendũ erit filiũ iu-
ſtiſſimam alienata reuocãdi fouere cauſam, atq; detectam patris col-
luſionem nihil eidem obeſſe [a], obſtat itidem parum, nõ fuiſſe in re-
bus humanis filiã tempore mortis teſtatoris &c. nã ei ſat erit, quod
nata eſſet tempore, quo res per patrem fuit uenũdata, relicta ſanè eſt
eadem res filiæ ſub conditiõe huiuſmodi, ſi pater diſtraxiſſet ipſam,
itaq; non cædit relictum, niſi à die exiſtẽtis conditionis per alienatio-
nem impletæ, & ſufficit eo tempore in rebus humanis filiã extitiſſe,
aut ſaltem eo tempore cõceptam, ut pro iam nata haberetur [b], & Bal
5 dum aliquando ſic differentem legiſſe memini [c], † mortuo Rege ſi
uxor prægnans ſuperſtes fuerit, debebuntur uẽtri fidelitates, homa-
gia, & alia prẹſtari ſolita futuro Regi, perindè ſi iã natus puer fuiſſet,
quod autem ſufficiat, quem eſſe natum tempore cõditionis exiſten-
tis, licet relictum detur ſub nomine, uel ſub pronomine cognationis,
docuit ſatis alicubi Socinus [d], uel poterimus etiam dicere, quod pro
cedunt contraria, ubi teſtator relinquit aliquibus uti cognatis ſui co-
gnati, quo planè caſu nõ eſt neceſſe, illos huiuſmodi eſſe cognatos te
ſtatori tẽpore ipſius mortis, ſed ſufficit, quandocunq; cognatos fieri
illi, qui teſtatoris cognatus ſit, ſub cuius cõmemoratione teſtator le-
6 gauit, † itaq; ſi in conceſſione aliqua dicatur, concedo rem iſtam uo-
bis, ut poſt meum obitum ueſtrum maior natu ſuccedat, & alij filij
& filiæ adſint, quæ ab ipſo concedente deſcendant, filium tamen ma
ioris præferendum patruo ſuo, Caſtrenſis putauit [e], atq; Socinus il-
la ratione non aſpernatur [f], quia cõcedens uocat maiorem illiuſq; fi-
lios, & ſicut maiorẽ exiſtentẽ tempore mortis prætulit, ita quoq; cẽ-
ſetur illius filios gratia paris determinationis prætuliſſe, & ex prędi-
ctis agnoſcimus, poſt teſtatoris mortẽ natos ac progenitos iuſtè ſuc
cedere cum uideatur defunctus cogitaſſe maioritatem patris princi-
paliter

p glo. in. l. cum. pater. §. libertis. ff. de leg. 2. l. imperator. & ibi Bar. ff. de fideis com. lib.
q In. §. cæterũ. uer. licentiam damus. in auth. ut. de cæte. co muta. non fi.
r Bal. in. c. cæterum col. 4. de iudi.
ſ Iaſ. in. l. filius famil. as. §. diui. col. 6. uer. 2. noto. ff. de. leg. i.
t . l. lis nulla. ff. de iudic.
u . l. i. & ibi Bar. C. qui. legi. perſo.
x . c. ſi. 26. q. 6.
a Bar. i. d. §. diui. uer. ſumus expediti.
b . l. cum quidam. §. ff. de acquir. hære.
c In. l. qui in utero. ff. de ſta. homi.
d In. l. ſi cognatis. col 3. ff. de reb. dub. Pau. Caſtren. conſi. 76. uiſo puncto.
e In conſi. 161. in præſenti cauſa.
f In. d. l. ſi cognatis col. 2.

principaliter, ideo ſatisfactum eſt diſpoſitioni, quando filij ſunt ipſius maioris, licet non ſint ipſimet maiores, conſequens eſt igitur in caſu noſtro, quo teſtator uoluit, rem legatam peruenire ad filios ſeu filias legatarij, & conſiderauit legatarij cognationem immediatam, & qui legatarius tempore mortis teſtatoris eidem cognatus erat, idẽ ius ſtatui oportere, quamuis filia legatarij poſteà nata non eſſet teſtatoris cognata, prodeſt nihilominus, quod ſit poſteà cognata legatarij, qui tẽpore mortis teſtatoris erat teſtatori cognatus, † inſpicimus namq; immediatam cauſam non etiam mediatam [g], nouiſſimo loco in contrarium adducta tolles, † ſi legatarium alienationis tempore non fuiſſe ſoluendo probaueris, tunc haud immeritò uendita res emptoribus ſeu poſſeſſoribus legitimè euincetur, tametſi probabilis ignorantia uel ex parte legatarij uenundantis, uel poſſeſſoris ementis interceſſerit [h], † ignorantia unius quantumcunq; iuſta tertio alicui non obeſt [i], ſic Paulus Caſtrenſis ignorantiæ tali caſu allegatæ non fieri locũ tradit [k], ſic Iaſon limitat [l], & moderni hoc ipſum haud ſecus intelligunt [m], † Poterimus illam deniq; obiectis reſponſionem afferre, contraria rectè procedere, ubi alienatio per teſtatorem fuit tacitè ſolum uetita ratione ſimplicis fideicõmiſſi, tunc quidem ab initio quoniam alienatio nõ eſt nulla ſed annulanda eſt poſtmodum, ut fideicommiſſario ſuccurratur, lex noluit, eam indiſtinctè reuocari, ſed ita demum ſi ignorantia utrinq; non fuerit, at nos uagamur longius ab his finibus, uetuit nominatim teſtator alienationem rei legatæ, quæ prohibitio expreſſa operatur plus reddens alienationem eo ueſtigiò nullam ipſo iure, ut anteà diximus, quãobrem argumentari nobis non licuit de tacita ad expreſſam hoc pacto, ſi alienatio ualida non reuocatur niſi prohibitio alienationis nota ſit alienanti & ei, in quem alienatio fit, ergo & inualida, ſeu nulla nõ poteſt reuocari, hoc enim eſſet argumentum ab eo, de quo minus ineſt, ad id, de quo ineſt magis negatiuè, quæ argumentatio nec proba nec ualida apud nos eſt, ſicut non ſequitur unus homo non poteſt oppidum expugnare, ergo nec centum uiri id aſſequi poterunt [n], ſic ego Paulum Caſtrenſem in ſimilibus hoc terminis diſceptaſſe comperi [o].

7 (margin, beside "rij, qui tẽpore mortis teſtatoris…")
8 (margin, beside "in contrarium adducta tolles…")
9 (margin, beside "interceſſerit…")
10 (margin, beside "cus intelligunt…")

g .l. ſocium qui in co .§.1.ff. pro ſoci.

h .l. plane. la. 2. §. arrogatus. ff. de leg. 1.

i .l. qui aũt. §. ſi quid cũ pupillo. ff. de his quæ in frau. credi. l. iniquiſſimũ. ff. de iur. & fac. ignor.

k In. conſ. x. clarũ eſt in iure.

l In. d. auth. reſcq;.

m In. d. l. Marcellus. §. res quæ.

n Argũ. auth. multo magis. C. de ſacro. ſanc. eccle.

o In conſi. 247. in caſu quæ uertitur. Saonæ. lib. 1

1 Donatio facta nõ reſcinditur obtentu reuerentialis metus, niſi uerbera, aut minæ præceſſerint.

2 Iudicis aut propinquorum præſentia facit omnem metus ſuſpicionem ceſſare.

3 Læſio enormis in donationibus eſſe nõ poteſt.

4 Reſciſſio contractus iurati ratione læſionis enormis regulariter peti non poteſt.

5 Donatio non reſcindetur per liberorum ſuperuenientiam, quando tempore donationis cogitauit de liberis futuris donator.

6 Donatio remuneratoria non reſcinditur per liberorum ſuperuenientiam.

7 Donatio ſequens poſt benemerita donatarij, præſumitur intuitu meritorum facta.

8 Clauſula, omni meliori modo &c. facit ualere actum, quo meliori modo & uia poteſt.

Caput XLVII.

Donationem

DOnationem obtentu reuerentialis metus reſcindi nõ
1 oportere arbitror,† nõ enim conſtat, minas, aut uer=
bera præceſſiſſe,quæ reuocationem anteire neceſſariò
debent [p],atq; ſic obſeruari & cõmuni calculo receptũ
hoc eſſe, Aretinus teſtatur [q],dicens concluſionẽ hanc
2 procedere ſine cõtradictore,† ubi iudicis preſentia adfuit,uel propin
quorum conſenſus interuenit, metus tunc ſuſpicio omnis exolet [r],
itidem putarim ego,prætextu enormis læſionis donationem ipſam
3 infringi non poſſe,† nam læſionem , quam enormem nos appella=
mus, nullam in donationibus poſſe conſpici Bartolus, Baldus [ſ],&
Alexander [t],probarũt,quæ maximè recipienda mihi uiſa ſunt pro=
pter iuriſiurandi adhibitam religionem,cui locus in donationis etiã
4 contractu meritò fit [u],† quin etiam in contractibus his, in quibus
reſciſſio ob enormem læſionem ſolet concedi, iuramentum ſi adhi=
beatur,expugnari quod geſtum fuit, minimè decet,ni docuerit iu=
rans,ſe ignoraſſe damnum & læſionem prædictã tempore,quo dei=
erauit,enormem adfuiſſe,aliud cum ſciuerit,idq; eo tempore cogno
uerit,quoniam ſcienti & uolenti dolus non infertur [x],uerum hic do
mina,quæ iurauit,non oſtendit ſe læſam per ignorantiam eius, ſed
contrarium in manifeſto omnibus liquet, faſſa quidem eſt in contra
ctu ſuæ donationis,non ui,non dolo , non metu , aut blanditijs, uel
errore aliquo coactam, ſed ſpontè,liberè & ex certa animi ſcientia do
5 naſſe,† Poſtremò per liberorum ſuperuenientiam non reſcindetur,
cogitauit enim inter donandum de nuptijs futuris, undè liberorum
etiam,qui procreari poſſent ex matrimonio meditata cenſetur, ideir
co non extinguitur tunc propter liberorum exiſtentiam facta dona=
tio [a],demum prætermittere nefas crediderim,donationem hanc nõ
6 prius factam,quam donatarij merita illam præceſſerint,† hinc con=
ſequens eſt remuneratoriam rectius nuncupari,& reuocatione pro=
pter liberorũ ſuperuenientiam non elidi [b],offendit nos minus,quod
non ſit in donatione expreſſum,illam propter benemerita fieri, ſatis
& ſuper ſufficere exiſtimatum eſt,ut re ipſa benemerita donationem
7 anteceſſerint,† quia ſubſequens poſt modum titulo donationis libe
ralitas & munificentia præſumitur intuitu meritorum ſequi [c],quod
ex eo quoq; depræhendimus ,quoniam adiecit clauſulam in dona=
tione illam donatrix,omni meliori modo,uia,iure,& forma quibus
melius fieri poteſt,quę uerba nobis oſtendunt,donationem iure re=
8 munerationis uires accipere, ut ualidior donatio ipſa eſſet,† talis e=
nim interpoſita clauſula facit ualere actum,quo meliori modo & uia
ualere poteſt [d].

p c. accedens de con= uer.coniug. & in.c. i. eod.tit.Bar.in.l. ad inuidiã. C.quod met.cau.

q In conſ.24.

r l.non eſt uериſimile, in prin.ff.quod met.cau.l.i.C.de præd.curial. lib.x. Bar.in.l.2.ff.de cu=ſto.reor.

ſ In.l.2. C.de reſci. uendi.

t Conſi. 125. lib.i.& con. 59.lib.4.

u Glo. in auth.ſacra= menta.in uer.con= tractibus.C.ſi ad= uer.uenditio.

x l. cum donationis. C.de tranſac. Alex. conſi.53.lib.5.

a Moder.in.l.2 ff.ſol. matr. per.l.i. & ibi. notat.C.ſi dos.con= ſtan.matri.&.§. do tes.in auth.de nup.

b Cor.conſ. 194. col. i.lib.5.

c l.ſi uero non remu= nerandi.§.idem Pa= pinianus. ff. mand.

d Docto.in.l i.§.ſig= ita.ff. de uerbo. ob lig. in.l. cum pater. §.filius matrẽ. ff.de leg.2. & ego dixi in reſpõſ.21.in. lib.re= ſponſorum.i.

1 Moræ purgatio in eccleſiaſtica emphy= teuſi iurata an concedatur.

2 Clauſula , promiſit ſoluere Romæ. Bo= non.& ubicunq; locorum,excuſat à mo ra,licet dies uenerit.

3 Mora item periurium non creditur cõ= miſſum , niſi probet creditor, ſe fuiſſe in loco,eo die,qua ſolutio facienda erat.

4 Præſumimus ex præterito in præſens & in futurum.

Caput XLVIII.

AMbigere diu ueteres, num de iure Canonico mora
purgari atq; dilui poſſit in eccleſiaſtica emphyteuſi, in
qua iuriſiurandi uirtus inſit, contradicere inuicem ſibi
iuriſperitos, Alexander retulit [e], ego autem illorum
1 ſententiæ facile aſſentior, † quibus moram iuſtè pur-
gari placuit, in dubijs namq; amplexanda illa uidetur opinio, quæ
moræ purgationem concedit, æquiorem illam benigniorem uè ſen-
tentiam eſſe, præferriq; oportere Iaſon non diffitetur [f], & eam pur-
gari ſecundum Canonicæ ſanctionis decreta, Baldus contendit [g], A-
lexander & Iaſon ſequuntur [h], & Decius noſter non refellit [i], Lan-
francuſq; idem animaduertit [k], & ante hos omnes huius opinionis
gloſſatores meminerunt [l], nec obeſt, quoniam dixere quidam, au-
toritati illius gloſſatoris fore locum in foro animæ tantum, quando
quidem nuper relati doctores putent, gloſſam ipſam procedere etiã
de iure Canonico, et licet contraria opinio cõmunior foret, non pro-
cederet tamen, ubi non eſſet deductum et probatum iurantem fuiſſe
tempore contractus ætate maiorem [m], nec uidetur in propoſito ca-
ſu, licet maior natu fuerit emphyteuta, periurium aliquod incurriſſe,
ideò qui aduerſus iuramentum præſtitum nihil egit, purgare morã
non prohibebitur [n], quod autem contra iuſiurandum nil cõmiſerit
emphyteuta uel ob id agnoſcimus, quia iuramento non promiſit ſol
uere in die natiuitatis Domini, ſed ſpopondit, ſe in feſto natiuitatis
eiuſdem, quod feſtum perdurat ab ipſo natiuitatis die ad Epiphaniã
uſq; [o], quocirca non ab re dicemus, hunc moram haud perpetraſſe,
non ſoluendo penſionem ipſo natiuitatis die, cum infra Epiphaniã
debitum exoluerit, itemq; ex alio id ipſum manifeſtè conſtat, ſi præ-
monuerim, quod omnis cauſa, quæ excuſat à mora, excuſet itidem à
periurio [p], enimuerò in emphyteuſi contractu adſcripta illa clauſula
fuit, promitto ſoluere penſionem Bononiæ, Romæ, Mutinæ, & ubi-
2 cunq; locorum, † quæ clauſula tantum præſtat, ut mora abſq; inter-
pellatione nõ contrahatur, licet uenerit dies ſolutionis faciẽdæ [q], igi-
tur opitulãte clauſula huiuſmodi nõ potuit ulla mora abſq; interpel-
latione expreſſa emphyteutę adſcribi, per cõſequens impediri nequi-
3 bit, quominus morã expurget, cũ periuriũ nõ incurrerit, † Bartoluſ-
q; notat [r], morã & periuriũ cõmiſſũ nõ credi, niſi probet creditor, ſe
fuiſſe in loco ſolutionis eo die, quo ſolutio debiti fieri debuerat, &
Bartoli hoc dictum Alexander nõ aſpernatur [ſ], huiuſq; ratio potuit
illa eſſe, quod debitor non poteſt dici moroſus & periurus, ſi credi-
tor tempore ſolutionis aberat [t], quare fundamentum actoris aſſeue-
rantis emphyteutam cõſtitutum in mora uel in periurio cũ hac qua-
litate producitur ut ipſe fuerit præſens eo in loco illa die, quibus ſolu
tio faciẽda erat, ſicq; qualitatẽ iũcta, quę eſt cauſa ſuę intẽtionis in pri-
mis legitimè docebit, tãto magis hęc recipiẽda ſunt, quia rector eccle-
ſię, cui canõ eſt debitus, fuit abſens à ciuitate antè tẽpus fiẽdę ſolutio-

e In. l. ſi quis maior. C. de tranſac.

f In. l. ſi ſeruum ſti-chum. §. ſequitur. ff. de uerb. obliga.

g In. l. qui crimen q. 21. C. qui accuſa. nõ poſſu.

h In. d. l. ſi quis maior.

i Conſ. 138.

k In. c. quoniã cõtra. in uerb. teſtium de poſitiones. uer. ſub-ſequenter. de prob.

l In. c. apud miſeri-cordem. 32. q. 1.

m Cor. conſ. 208. lib. 1.

n Docto omnes in. d. l. ſi quis maior.

o L. omnes dies. C. de feri.

p Nota. in. d. l. ſi quis maior. Iaſ. in. l. la-beo. ff. de iureiur.

q Alex. conſ. 45. col. 3. lib. 5.

r In. l. item illa. in 2. & 3. q. ff. de conſti. pecu.

ſ In con. 41. lib. 4.

t Alex. conſi. 92. uerſ. alia etiam. lib. 1.

nis

dis, quocirca ut excuſetur emphyteuta cum à periurio tum à mora, præſumemus, illũ ſimili modo abfuiſſe tempore & die ſolutionis [u],
4 † ex præterito quidem præſumitur in futurũ uel in præſens [x], nimirũ extra periurij notã & moræ deſidiã emphyteuta iudicandus erit.

u Argu. l. merito. ff. pro ſoc.

x Glo. & Bald. in c. l. de pace. iuram. firma. Bal. in. l. ex perſona. col. fi. & in. l. fi. qui adulterij C. de adulter.

1 Remedium. l. fi. C. de acqui. poſſeſſ. habet locum aduerſus illum, qui poſſeſſionem etiam bona fide & iuſto titulo accepit ab illo, qui precarij nomine ab altero poſſidebat.

2 Creditor, cuius poſſeſſionem debitor poſſidens interuertit, poteſt illam recuperare ex remedio. l. fi. C. de acqui. poſſ.

3 Poſſeſſio propria & uera transfertur ex conſtituto, uel ex precario.

4 Declaratio ad. l. fi. C. de acqui. poſſeſſ.

5 Prodere, ſolum poteſt intelligi cum dolo malo, ſed tradere, cum dolo & ſine dolo, deqꝫ nonnullis horum uerborum ſignificationibus diuerſis.

Caput XLIX.

POſſeſſionem, quam debitor per conſtitutum transtulerat in creditorem & precario nomine poſſidebat, ac eidem creditori poſtea interuerterat eandem transferendo in alium uenditionis titulo, non poſſe auxilio Iuſtinianæ legis [a], tertium hunc poſſeſſorem de poſſeſſione ipſa per creditorem expelli, pleriqꝫ opinantur, quamquã uideatur, talia bona per debitorem ſic alienata eo Iuſtiniani auxilio creditori oportere reſtitui, non obſtante aliqua excuſſionis exceptione [b], ueruntamen Franciſcus Aretinus [c], limitat modificatqꝫ illud procedere, ubi ille, cui eſt facta traditio uera, ſciebat tradentem eſſe ſimplicem detentatorem, & poſſeſſionem ad alium ueram pertinere, aut etiam ſi illud ſcire debebat, rationẽ huius illã eſſe ait, quia appræhendens poſſeſſionem eſt in dolo uel lata culpa tunc, meritò ſanctione eadem coercetur, at ſecus quando ipſe hoc ignorabat, & res à debitore, quem nomine alterius ueri poſſeſſoris detinere poſſeſſionem neſciebat, ſibi tradita fuit, neqꝫ Auguſti Cæſaris lex habet locum, niſi detinens nomine alterius non tradit poſſeſſionem tertio, ſed ſolum quando relinquit uel prodit poſſeſſionem, & illam ſic derelictam & uacantem tertius aliquis occupat, eo caſu quiſquis appræhenderit poſſeſſionem uacuam, nemine ſibi illam tradente, non caret culpa [d], quæ ceſſat, ubi ille, qui recipit rem ex traditione ſibi facta, probabiliter ignorat, tradentem detinere illam alterius nomine, propterea ad hunc caſum non debet extendi illud Iuſtiniani remedium, cum ſit ratio diſpar atqꝫ diuerſa, ſubijcit idem Aretinus, Bartolum uoluiſſe [e], quod illa lex non loquatur in caſu, quo detinens tradit alteri poſſeſſionem, hic igitur debitor detinens rem creditoris ex pacto cõſtituti et precarij nomine ipſius creditoris, cum alienauerit tradideritqꝫ eam cuidam tertio prædicta ignoranti, uidetur non fieri locum allegato remedio Cæſaris, ſicqꝫ excuſſionis obſtet agenti exceptio, cæterum
1 propoſita hæc omnia à uero latè diſcedere proculdubiò reor, † & ſupraſcriptum remedium competere tum quoqꝫ dixerim, quando debitor poſſidens rem nomine creditoris ex conſtituto eã alteri alienãdo tra-

a In. l. fi. C. de acquir. poſſe.

b Docto. omnes in d. l. fi.

c In. l. exitus. ff. de acquir. poſſe.

d d. l. fi. C. unde. vi.

e In. d. l. fi.

do tradit, nec diſtinxero, an tertius ille huius rei fuerit conſcius uel ignarus, quã mihi ſententiam autoritate Bartoli [f], facilè ſuadeo conſitentis, ſi debitor conſtituerit ſe creditoris nomine poſſidere, & tra-
2 diderit poſſeſſionem alteri, priuabit creditorem poſſeſſione, † & creditor non prohibebitur eam recuperare, in eiuſq; recuperatione uti præallegato legis auxilio, itaq; uoluit Bartolus, remedium hoc etiã uires habere, quando debitor nomine creditoris rem detinens illam tertio alteri tradit, nec diſtinctionem adhibuit, utrum ille tertius ſciuerit uel ignorauerit, & ex Imolæ, Angeli, & Alexandri rationibus [g], concluſioni huic aſſentior, & ipſam ſimuli modo Baldus ueriorem appellat [h], Angeluſq; rurſus comprobat [i], Aretinus & Iaſon minimè negant dicentes [k], quando debitor conſtituit, ſe poſſidere bona
3 ſua nomine creditoris, uel ex cauſa precarij, † quibus caſibus quæritur creditori uera & propria poſſeſſio [l], & debitor tunc poſteà alienaret bona, poſſent creditores tanq; priuati ſua poſſeſſioẽ agere ad reuocandã eam nulla facta contra debitorem excuſſione, & ita omnes hãc pro cõmuni opinione concluſionẽ habitã eſſe addicũt, atq; illa ratione ipſe cõfirmo, nã Cæſar [m], motus imprimis fuit, nè dolus malus uel culpa derelinquentis poſſeſſionẽ domini damnũ ipſius pareret, ſed iſta ratio locũ etiam habet, ubi detinens alieno nomine rẽ alteri tradit, quia inficiari nequimus, quin ſit in dolo malo, itaq; ne ſentiat creditor ex alterius dolo damnũ aliquod, idẽ iuris ſtaduendũ erit, quando debitor tenens rẽ nomine creditoris tradit eã alicui tertio etiã ignoranti, ſufficit enim, tradentẽ eſſe in dolo quãuis recipiens illũ ſit doli expers, Iuſtinianus namq; ponderauit ſolũ deſidiam & dolũ ipſius derelinquentis poſſeſſionem, ne hoc ex aliena malignitate damnum poſſeſſori emergat, quod accideret tunc, quando tradens, eam in dolo fuiſſet, licet recipiens eſſet doli ignarus, idcirco identitatis ratione dicendum eſt, Cæſaris conſtitutionem habere locum eo etiam caſu, quo debitor poſſidens rem nomine creditoris tranſtulit eam tertio ignoranti, hocq; muniri alia ratione itidẽ poteſt, quoniam Iuſtinianus ibi nedum quo ad rationem ſuæ legis comprehẽdit hunc caſum, uerum etiam uerba eius prædicto caſui ſatis conc-
4 gruũt, † itaq; pro intellectu admonuiſſe uolui, uerbum, prodere, & uerbum, tradere, uti excedentia & exceſſa inuicem differre, aliquo enim reſpectu unum eſt generalius altero, item alio reſpectu eſt ſpecia-
5 lius uerbum, prodere, in hoc ſpecialitatem continet, † quia intelligitur ſolũ proditio fieri dolo interueniente, ſed tradere, poteſt cũ dolo & abſq; dolo per ſe ſtare [n], & eadẽ poſſeſſio dolo malo ad aliũ tranſlata eſſe dicitur, uerum alio reſpectu uerbum, prodere, eſt generalius uerbo, tradere, nam tradere, eſt propriè, ubi quis actu & re ipſa rem transfert in aliũ, prodere, uerò poteſt duobus cõtingere modis, uel actualiter transferendo rem in alium, uel derelinquendo poſſeſſionem eo animo, ut alius occupet eã, ſecunda manifeſtior eſt ſignificatio, quã tradunt alicubi omnes [o], primam autem ſignificationem

his

[f] In l. creditores, uer. ſed pone quod debitor. C. de pignor.

[g] In d. l. exitus.

[h] in hi. col. fi. uer. quæro. quid ſi debitor &c. C. de reuoc. his. quæ in frau. credito. & in. d. l. fi. uer. ſequitur in textu uel quiſpiam alius.

[i] In. l. ait prætor. §. fi. ff. de his. quæ. in fraud. credi.

[k] In. §. item ſi quis in fraudẽ. inſti. de actio.

[l] l. tertiẽ. §. i. ff. de preca. Bar. in. l. ab emptione. in fi. ff. de pac.

[m] in d. l. fi.

[n] l. fi. C. de delat. li. x. l. omne delictum. §. exploratores. ff. de re milit. l. dolo. ibi nota. ff. ſi uẽt. nom. mul. in poſſ. miſſa. ſit.

[o] In. d. l. fi.

his à Iureconſulto uerbis, enarratam legi [p], ſed etiam quæ circumſcribendi alicuius cauſa clam & per quandam machinationem in poſſeſſionem introducat &c. ſicq; uoluit inibi Iureconſultus, illum, qui doloſè intromittit aliquem in poſſeſſionem alterius, & ſic eam alicui tradidit, circumſcribere, ideſt, decipere, & prodere, intelligi, quodq; exemplo facilè oſtendimus, uulgò enim dici ſolet, oppidum à duce illo proditum hoſtibus fuiſſe, & licet nedum doloſè dereliquerit cuſtodiam eius, ut ingrederentur hoſtes, ſed etiam ſi re ipſa intromiſerit hoſtes, eiſque poſſeſſionem oppidi tradiderit, & Saluſtius ait, antequam arcem hoſtibus proderent &c. huic expoſitioni uerba Iuſtiniani nequaquam inſcitè conueniunt, dicentis, dereliquerit, uel alij prodiderit, ſiquidem intellexiſſet prodere pro derelinquere, ut alius derelictam ingrederetur, certe fuiſſet ſuperfluus Cæſar, cum hoc idem compræhendi potuiſſet in illo anteriore uerbo, dereliquerit, undè ut operetur aliquid illud uerbum, prodiderit, intelligemus per illud compræhendi etiam caſum, quando actualiter tradidit rem proditorie & doloſè contra poſſeſſoris ueri commodum, necq; aduerſam de hoc Bartolus ſententiam tulit [q], dum inquit Auguſti legem illam nõ habere locum quãdo ſeruus, uel colonus, aut ſimiles uendunt rem & tradunt, reor equidem non ſic indiſtinctè Bartolum fabulari uoluiſſe, perperã utícq; iudicium feciſſet, quũ aliter Petro, Cino, Paulo Caſtrenſi, & alijs denicq; omnibus ibi dicere collibuit, tũ quod ex rationibus Paulò ante relatis cõtrarium uerius eſſe nõ obſcurè conſpicamur, quamobrẽ eam Bartoli opinionem fuiſſe dices, ut ſeruus uel colonus uẽdens & rem ipſam tradens uerus poſſeſſor ſua priuetur poſſeſſiõe [r], licet ſit ſecus, ubi ſeruus, uel colonus derelinquit, aut prodit poſſeſſionẽ, nã ſcire oportet pro intelligẽtia Cęſareæ ſanctionis, ipſam cõmuni iuris profeſſorum uoto in derelinquẽte poſſeſſionẽ intelligi, ut ex hoc nullũ generetur iuſto poſſeſſori præiudicium, & ſic quod dominus nõ amittat poſſeſſionem naturalẽ nec ciuilem immò pro detentatione facti exiſtente apud ingredientem competet ad eius recuperationẽ ex dicta Cæſaris lege condictio, & in hoc omnes ferè cõueniunt, ſed hæſitatur, utrum lex illa ſuas extendat uires, quando detinens nomine domini tradit actualiter poſſeſſionem alteri, quæ planè contentio dupliciter uerti poteſt, primo an in iſto caſu traditionis factæ dominus nõ amittat poſſeſſionem ſed retineat, ſicut in caſu derelictiõis, & debeat ſolũ agere ad recupenandam detentatiõem, & habeat cõdictionẽ ex ea lege, alio modo poteſt exponi, eſto, quod poſſeſſio tali caſu perdatur, nunquid ad illam recuperãdam cõpetat ex prædicta lege condictio, quòd ad primam expoſitionem attinet, uariæ inſurrexerũt prudentũ opiniones, quidam putãt, etiam in caſu traditionis legẽ ipſam Cęſaris uiribus nõ deficere, ut dominus non priuetur poſſeſſione, ſed illã nihilominus retineat, & agat ſolum pro detentatione recuperanda, ſic Petrus, ita Cinus, idẽ Paulus Caſtrẽſis, & alij plericq; multi proba

Y iij runt,

[p] In d. l. dolo.

[q] In d. l. ff.

[r] per. l. 3. §. quod. ff. de acquir. poſſe. l. pe regre. §. quibus. co. tius.

runt, qui rationibus huiuſmodi permoti fuere, in caſu namq; iſto eadẽ ratio eſt, nè ex malignitate alterius damnum ſentiat dominus, cæterum ab his omnibus deficiunt Ioannes, & Bartolus, quorum ſententias emulatus alibi Alexander creditur [f], iure enim digeſtorum ſi detinens poſſeſſionem nomine domini illam tradat alteri, exuit dominum ſua poſſeſſione, quare non debemus Iuſtiniani prædictam recentiorem legem extendere atque etiam producere ex rationis identitate etiam ibidem expreſſæ, præſertim nè ſequatur alterius legis [t], correctio, & tanto magis quoniam iſte caſus traditionis non compræhenditur aliquo pacto ſub Iuſtiniani uerbis, cuius argumenti & rationis autor Alexander ipſe fuit [u], & quamquam Petri, Cini, Caſtrenſis, & ſequacium iuſtiorem ſententiam eſſe putem, congruit enim Cæſaris lex caſui quoque traditionis per proditionem & dolum malum factæ, uti ratio ibidem expreſſa & uerba quoque ipſius legis id nos præmonent, tamen hoc impræſentiarum minimè curamus, in hoc non conſiſtit ea, de qua nunc agitur, difficultas, quæ tantum decidi poteſt per ſecundam proximè relatam expoſitionem, ut ſi dominus ſua poſſeſſione per traditionem ſit priuatus, an ei detur condictio ex Cæſaris illa lege ad poſſeſſionem amiſſam tecuperandam, & ab hoc diſſentit nemo, ſed uolunt omnes, condictionem ex prædicta Iuſtiniani lege domino dari, quod & Baldus cum alijs non eſt inficiatus [x], dicens, ſi poſſidens nomine domini tradiderit uerè poſſeſſionem alteri, tunc ſecundum Ioannis opinionem dominus poſſeſſionem perdit, ſed pro illa recuperanda tribuitur ex lege illa condictio, rationemque ſic refert, nam caſus iſte traditionis & ſi non compræhenderetur ſub uerbis illius legis, prout non pauci autumarunt, ex identitate rationis uetuntamen ibidem expreſſæ, quantum ad hoc, lex illa debet extendi ad caſum iſtum, nec talis extenſio correctionem alterius legis parturiet, ſed ſuperadditur duntaxat nouum quoddam remedium pro domino, qui malignitate ſerui aut coloni ſui priuatus eſt poſſeſſione ſua itaq; creditor iſte cum fuerit ſua poſſeſſione per debitorem poſſidentem nomine ipſius creditoris priuatus, conſequens eſt, nulla excuſſionis exceptione obſtante, poſſit condictione Iuſtinianæ legis ſuam uendicare poſſeſſionem amiſſam.

f In.d.l.peregre.§.quibus.eod.tit.

t In.d.§. quod ſi ſeruus.

u In.d.§. quibus. per glo.in Clemen. auditor. in uerſ. Romana curia. de reſcrip.

x In.d.l.ſi.ad ſi. in uerſ. quandoq; tradit uere.

1 Poſſeſſionem alicui abſenti & ignoranti poteſt quiſquam etiam ſine mandato acquirere, dummodo ratificet geſta ſuo nomine, ubi reſciuerit ea.
2 Teſti deponenti de re ſibi commiſſa creditur.
3 Diuerſitas cauſarum & reſpectuum facit in eodem ſubiecto ceſſare contradictionem.
4 Teſti deponenti primo extra iudicium uno modo, poſteà in iudicio contrarium, & ècontra, an & quibus caſibus fides danda ſit, itemque pœna falſi an iniungenda ſit.

Caput L.

Donauit

DOnauit fundum Sēpronio mulier, cōſtituitq; ſe no-
mine Sēpronij poſſidere, an poſſeſſionem fundi in eū
cōtulerit, anxiè dubitabatur, in ipſum autē, qui abſens
& ignarus tempore donatiōis fuerat, nō uideri colla-
tam, ratio illa ſuadebat, quia poſſeſſio acquiri nō po-
teſt niſi ei, qui animū poſſidendi habet [a], uerū ignorās et abſens non
habet animū poſſidēdi uel poſſeſſionē adipiſcendi [b], idcircò conſti-
tutū illud nō opitulabitur, uidemus etenim illū, qui ignorat, ſibi hæ-
reditatē fuiſſe delatam, nō poſſe illam adire [c], quia animus acquirē-
di eam illi deeſt, & ſine animo nō aditur hæreditas ulla [d], quę in pro
poſito caſu ideò ueriora uidentur, quoniā obijt mulier priuſq; in poſ
ſeſſiōe fundi naturaliter Sēpronius eſſet, undè omnis poſſeſſio, ſi quā
habuiſſet, illi ſtatim perijſſet [e], At uerior mihi altera eſt amplexanda
opinio, mulier iſta, quæ actu poſſidebat, tranſtulit titulo donationis
poſſeſſionem fundi in illos ſcribas, qui eiuſdē donationis inſtrumē-
tum perſcribere fuerūt rogati, & qui receperunt nomine Sēpronij ab
1 ſentis donatiōem & rei donatæ poſſeſſionē, † quo ſanè caſu ſine du-
bio eſt quæſita poſſeſſio ipſi Sēpronio licet abſenti & ignorāti, ſicuti
ſcimus in ſimili per procuratorē acquiri poſſeſſionē domino abſenti
& ignorāti [f], maximè ubi pactum cōſtituti intercesſit [g], quæ omnia
non mediocriter etiam iuuat, quoniam in dicta poſſeſſione fundi ſte
tit colonus nomine ipſius Sēpronij, igitur Sempronio etiam abſente
poſſeſſionem colonus quæſiuit [h], nec contradicit, ſi obijciatur illud
uerum eſſe in poſſeſſione acquirenda per procuratorem habentem
mandatum ſecus in acquirenda per eum, qui nō habet mandatum,
nam talis ſine mandato recipiens nomine abſentis domini, nihilo-
magis poſſeſſionem illi quærit, ni poſteà ratihabitione geſta ſuo no-
mine cōprobet omnia dominus [i], dixerim ipſe, conſtare ſatis, Sem-
pronium ſciuiſſe & ratificaſſe dictam appræhenſionem poſſeſſionis
per ea, quæ mihi ex teſtiū dictis in facto relata ſunt, maximè id appa-
rere iudico, propter teſtificationem duorum, qui teſtimonia perhi-
bent de ratihabitione facta per Sempronium, & de eo, quod per eū-
dem ipſis circa fructuum illius fundi diſtributionem mandatū fuit,
2 † eiſdem namq; adhibenda eſt fides de re ſibi cōmiſſa teſtificantes ut
Bartolus fatetur [k], Baldus animaduertit [l], Alèxander concedit [m], re-
ſcribens, quod ratam habere aliquis dicitur poſſeſſionem ſuo nomi-
ne appræhenſam, ubi percepit fructus fundi, de cuius poſſeſſione a-
gitur, Supereſt nunc in cōtrarium adductis reſponſionem afferre, ad
primū itaq; haud immeritò replicari poterit, ignorantiā in donata-
rio nullā, ſicut ex ſuperius dictis liquet, dignoſci poſſe, minus cōclu-
ſionem noſtrā offendit, quoniam teſtis hac de re interrogatus teſtifi
cetur, primo ſe uſufructuariū illius fundi eſſe, demū poſteà aſſeueret,
ſe uti procuratorem Sempronij poſſidere eundem fundum nomine
3 eiuſdem, † diuerſis porrò reſpectibus poſſunt hæc ſimul conuenire,
ut proprio nomine hic teſtis in fundo eſſet ratione uſusfructus ſibi
debiti,

a .l. 1. §. adipiſcimur. l. poſſideri. in prin. l. quemadmodum. ff. de acquir. poſſ.
b Glo in. l. peregre. §. quæſitum. in uerb. ut animo ſolo. ff. eod.
c .l. qui hæreditatem. ff. de acquir. hære.
d .l. gerit. ff. de acqu. hæred.
e Per not. per Doct. & Alex. in. d. l. peregre. §. quibus.
f .l. poſſeſſio. §. & ſi poſſeſſio. ff. de acquir. poſſ.
g .l. 1. §. per procuratorem ff. eod.
h .l. ſi me in uacuā. l. cōmunis ſeruus. ubi not. ff. de acqu. poſ. l. ſi ego. ff. de neg. geſt.
i .l. cōmunis ſeruus. § .1. ff. de acquir. poſſ. d. l. ſi me in uacuam in fi. Alex. cōſ. 110. col. 2. li. 2. & in cōſi. 58. li. 5.
k In. l. ex ſententia. ff. de teſtamen. tute. in .l. ne in arbitris. C. de arbit.
l In. l. iudices. C. de fi. inſtru.
m In. d. conſi. 58. col. penul.

debiti, & etiam procuratorio nomine dicti Sēpronij, diuerſitas enim
cauſarum omnem prorſus abolet cōtradictionem, ſic itaq; uidemus,
licet uno & eodem reſpectu non poſſit aliquis eſſe legitimus & ille-
gitimus, aut paterfamilias & filius familias, diuerſis tamen reſpecti-
bus poteſt contrarias qualitates iſtas habere [n], rurſus reſponderi po-
4 terit, † ſi quiſpiàm dixit aliquid in iudicio uel extra non ut pars ſed
tanq; teſtis, ſi poſteà contrariū deponeret, nulla ei daretur fides, pri-
mum namq; illius dictum non eſt omninò nullum, ſed potius eſſe
alicuius fidei exiſtimatur, & derogat ſequenti contrario eius dicto, ſe
cus eſt, ubi prius dixerit aliquid non uelut teſtis, ſed uti pars & in ſui
fauorem, eo planè caſu deponens contrarium poſtea ut teſtis, nō de-
rogabitur per primum eius dictum ſequenti, primum namq; dictū,
quod ipſe dixit uti pars ad ſui fauorē, nullius fidei eſſe prorſus iudi-
camus, niſi idoneis probationibus alijs uerū eſſe probaretur, itaq; ſe-
quenti depoſitioni ſuæ in iudicio ſecundum iudicialis fori uſum fa-
ctæ non detrahetur per antedicta fides, & hæc Bartoli autoritate fi-
ſus recipi omnia poſſe duxerim, ad hunc namq; modum de falſidi-
cis teſtium depoſitionibus ipſe loquens ſic inquit [o], ſi aliquis ut te-
ſtis dicat primo unum extra iudicium, demum dicat contrarium ex-
tra iudicium, non creditur ei, quinimò de falſo plectēdus eſt, at uerò
prius dicens unum in iudicio poſteà contrarium aſſeuerans extra iu-
dicium, ſtabitur primo eius dicto, quod alicuius fidei eſt, & derogat
ſequenti eiuſdem dicto, quare in propoſito fatebor alteram huius te
ſtis depoſitionem in iudicio legitimè factam uiribus non carere, ſed
alteram extra iudicium ſcriptam penitus deficere atq; collabi.

n .l. 1. §. in. filij. & ibi nota. ff. ad trebș.

o In. l. eos. uerſ. & iō pro declaratione. ff. de falſ.

1 Poſſeſſio probatur ex locatione, & affi-ctuum ſolutione.
2 Colonus recedens à fundo quando pri-uet dominum ſua poſſeſſione.
3 Poſſidens precario quando priuet domi-num ſua poſſeſſione.
4 Poſſeſſionem ciuilem quibus caſibus a-mittat dominus ex facto illius, qui natu-raliter tantum poſſidet.
5 Scientia alicuius facti quando præſu-matur.
6 Probatio à communiter accidentibus ualet.
7 Poſſeſſio occupata ab alio ex negligen-tia domini quanto tempore amittatur, & quanto etiam tempore negligentia concipiatur.
8 Modicum tempus datum ad recuperan-dam poſſeſſionem fundi ab alio occupa-tam arbitrio iudicis penſatur, & quale debeat eſſe arbitrium.
9 Timere aliquem ſe poſſe expelli, ſi ad poſ-ſeſſionem recuperandam acceſſiſſet, præ-ſumitur in dubio.

Caput LI.

INter diſſerendum adeò nuper de poſſeſſione incidit
fortè in manus noſtras poſſeſſionis itidem diſputa-
tio Ioannis Croti iuriſperitorum medius fidius peri-
tiſſimi, qui & ſi plurima temporibus ſuis in iuris ci-
uilis penore memorabilia condidit, ex omnibus ta-
men his hoc præcipuum uideri ad poſſeſſionis tractatum perſpicua
lectione noſtra conſpexi, cuius loci uerba hæc ſunt, In cauſa Ioannis

Baptiſtæ cum Traiano dicitur, dictum Traianum eſſe uerum poſſeſſorem prædij, de quo agitur, & quod de eius poſſeſſione conſtat ex inſtrumento locationis per eum factæ Agiſilao de Saneſijs pro certo annuo affictu, quem ipſe ſoluit, xvi. annos continuos, † ex qua quidem ſolutione affictuum & locatione probatur poſſeſſio dicti locatoris, niſi aliud probetur in cõtrarium, ut per Bar. & alios in. l. qui uniuerſas. §. per colonum. ff. de acquir. poſſ. de eius etiam poſſeſſione conſtat ex eo, quia fuit locata dicto Agiſilao, aduerſus quem alias mouit item præfatus Ioannes Baptiſta aſſerens in libello, dictũ Agiſilaum occupaſſe & occupatam detinuiſſe dictam poſſeſſionem per annos. xvi cuius aſſertioni ſtandum eſt contra ipſum libellantem. l. cum precũ. C. de liberali. cauſ. & l. ij. C de inſtitut. & ſubſtitut. ſub. condit. facti. in uerbo, ex his quæ precibus complexa es, conſtito itaque de iſtis duobus extremis, uidelicet, locatione facta dicto Agiſilao, ipſiuſq; detentatione infertur, quod ipſe Traianus poſſidet ciuiliter, ideò propria autoritate poteſt expellere poſſidentem naturaliter Bar. in. l. prima. §. interdictum. ff. uti. poſſider.

Nec obſtat ſi dicatur, Traianum fuiſſe priuatum poſſeſſione Agiſilao diſcedente de fundo, l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poſſ.

Quia illud procedit in colono expulſo, ſed Agiſilaus non fuit expulſus, ſed diſceſſit à fundo animo reuertendi, ideò dominus retinuit ciuilem & naturalem poſſeſſionem. l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff. de acquir. poſſ. Secundo reſpondetur, quod licet diſceſſiſſet non animo reuertendi, nihilominus Traianus non amiſit ciuilem etiam alio ingrediente, per ea, quæ uult Bar. in. l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff. de acquir. poſſ. Item & tertio reſpõdetur, quod cum per dictã locationẽ, quæ facta reperitur ad lõgum tempus, fuerit tranſlata poſſeſſio naturalis in ipſum conductorem, ut uoluit Alex. in conſ. i. col ij. in. iiij. lib. non potuit Traianus amittere poſſeſſionem ciuilem, licet conductor amiſiſſet naturalem, quia hoc caſu poſſeſſio ciuilis non requieſcit ſuper naturali, cum talis conductor ſibi naturaliter poſſideat non domino, iſtud probatur ex dictis Bar. in. l. peregre. §. quib9. ff. de acquir. poſſ. dum dicit, quod ſi uſufructuarius deijciatur, ex hoc proprietarius nõ priuatur ſua ciuili poſſeſſione, quia uſufructuarius naturaliter poſſidet pro ſe ipſo non pro domino, & idẽ uult glo. in. l. prima. in fine. ff. uſufruc. quemad. caueat.

Non obſtat etiam ſi dicatur, Traianum amiſiſſe poſſeſſionem naturalem & ciuilem ob eius negligentiam, quia illud procederet, quando diſtuliſſet per decem annos, ſed minus tempus non ſufficit ad amittendam ciuilem poſſeſſionem. l. furtum. § fundi. ff. de uſucap. in uerbo diu, quod uerificatur in tempore. x. annorum. l. ſi cum fideicõmiſſa. §. Ariſto. ff. qui. & à quibus. not. glo. in l cũ de in. rem uerſo. ff. de uſur. & in l. ſi filius. C. de petiti. hæred. tat. & ita cõcludunt Bar. & cõmuniter Doctores in. d l. ſi de eo. §. ſi fortè. ubi Areti. poſt lõgam diſcuſſionem tãdem idẽ cõcludit, præterea ipſe Traianus ignorauit

ſauit fundum per alium fuiſſe occupatum, quod in dubio præſumi-tur, ideò non amiſit ſuam ciuilem poſſeſſionem, ut habetur per Bar. in.d.§.ſi fortè.

Item null. bi conſtat quod timuerit ſe poſſe repelli.

Non obſtat etiam ſi dicatur, quod cum Ioannes Baptiſta adeptus fuerit tenutam autoritate iudicis, Traianus amiſit ſuam ciuilem poſ-ſeſſionem, prout amittitur facta traditione per colonum, quia factū iudicis, cēſetur factum partis.l.ſi ob cauſam.C.de euicti. & hoc uult Ioan.de Imol.in.l.ſæpe.car.penulti.ff.de re.iudica. poſt Innoc.in.c. cum ſuper.de re.iudica.

Nam huic obiectioni reſpondetur, quod aliud eſt in traditione facta per colonum.l.ij.§.quod ſi ſeruus.ff.de acquir. poſſ. aliud eſt in traditione facta per iudicem, & ratio diuerſitatis eſt, quia traditio coloni eſt uoluntaria, traditio autem, quæ fit à iudice pro executione ſententiæ, eſt neceſſaria, ſed non idem operatur actus neceſſarius, quod actus uolūtarius l.ſi fideiuſſor.§.neceſſariç.ff.qui ſatiſdar.co-gantur.glo.in c.ab arbitris.de offic.delegati.in.vi.& iſtud in termi-nis iſtis per ea, quæ habentur in.l.intereſſe.ff. de acquir. poſſ. & ita tenent Innoc.Hoſtien.Ioan.And.& Butrius in.c.quoniam frequē-ter.§.ſi ſuper.extra ut lite.non conteſtata. Bar. in.l ij. C.ubi in rem. actio.& tradit dominus Alex.in cōmento.l.ſæpe.ff.de re.iudic:car-ta penul.col.ij.qui reſpondet rationi Ioan.de Imo.ſuperius adductæ dicens, quod factum iudicis non cenſetur factum partis quo ad ea, quę uerisimiliter ſunt contra mentē iudicis, arg.l.non omnis in prin. ff.ſi certum petat ſed eius mens nō præſumitur eſſe, quod uelit aufer-re ius alterius.l.ſi ex teſtamēto. ff.de excepti.rei.iudicatæ.igitur. Hęc ſunt, quæ adduci poſſe uidentur in fauorem dicti Traiani, Quibus tamen non obſtantibus, diuerſam ſententiam arbitror ueriorem, & prædictis exceptionibus ex ordine reſpondendo, dico primam non obſtare in quantum dicitur, quod per inſtrumentum locationis &

2 ſolutionis affictuum conſtat de poſſeſſione Traiani, hoc admitto, ✝ dico tamen, quod cum Agiſilaus conductor diſceſſerit ex fundo ani mo nō reuertendi, omni poſſeſſione cenſetur fuiſſe priuatus præfa-tus Traianus.l.ſi de eo.§.ſi fortè.ff.de acquir.poſſ. ubi inquit Areti-nus ponderando uerbum, ſpontè, quod quando colonus recedit ſi-ne cauſa de fundo & exit longè à conſpectu rei, uidetur deſerere poſ-ſeſſionem, ſecus ſi excat ex aliqua cauſa iuſta, ut ibi per eum, de qua minimè conſtat in caſu iſto, igitur dicendum eſt, quod ob illum diſ-ceſſum conductoris Traianus ſua poſſeſſione fuerit priuatus.

Secundę principali obiectioni reſpondetur, quod immò colono diſcedente de fundo animo non reuertendi, dominus priuatur ſua ciuili poſſeſſione alio ingrediente fundum.l.ſi colonus.ff.de acquir. poſſ.&.d.§.ſi fortè.ubi Bar.& alij hoc expreſſe uolunt.

Tertiæ rationi reſpondetur, quod licet in cōductorē fuerit tranſ-lata poſſeſſio naturalis, attamen adhuc procedit diſpoſitio tex.in di-

cto

cto,§.quibus,qui ſimpliciter loquitur de colonis,coloni autẽ dicun-
tur ſiuè conducant ad longum tempus ſiuè ad minus,pręterea is,cui
fuit conceſſa res precario,poſſidet naturaliter,concedens uerò ciuili-
3 ter,† & tamen ſi expellatur is,qui rogauit precario,uel rem alteri tra-
dat,priuatur concedens ſua ciuili poſſeſſione,ita uult gloſſa ſingula-
ris in. l. interdũ.§.fi.ff.de acquir. poſſ. Paul,de Caſtro,in.d. §. qui-
bus, & ibi dominus Alex. in uerſ.eſt. xi.caſus,patet ergò quod ea,
quæ traduntur in.d.§.quibus,procedunt & in eo,qui poſſidet natu
raliter,ſicut & in detinente,& ad ea,quę uult ibi Bar.de uſufructua-
rio,reſpondeo conſiderando duos caſus.

4 Primus eſt,† quãdo quis poſſidet naturaliter & illa naturalis poſ-
ſeſſio nullo modo habet reſpectum ad ciuilem, prout eſt poſſeſſio
uſufructuarij,& tunc uerum eſt, quod ex amiſſione naturalis nullũ
infertur præiudicium poſſidendi ciuiliter,quia illa ciuilis nullo mo-
do requieſcit ſuper naturali & ita procedant dicta Bar.in,d.§.de qui-
bus, ideò dicit idem Bar.in,l.ſiquis in tantam,in ultimis uerbis. C.
unde ui.quod uſufructuarius habet ſuam naturalem poſſeſſionem
contemplatione ſui,non contemplatione domini, dominus uero ha
bet ciuilem ſui contemplatione tantum, ideò uno expulſo alter non
uidetur expelli,hæc ſunt dicta ſua formaliter.

Secundus caſus eſt,quando quis poſſidet naturaliter, illa tamen
naturalis habet reſpectum ad ciuilem,pro ut eſt in colono, qui poſ-
ſidet contemplatione locatoris,quem in dominum recognoſcit, ſol-
uendo ei annuum affictum,ob quem dici poteſt ipſum poſſidere ad
utilitatem domini,cũ loco fructuum ſoluat locatori annuam penſio
nem,& tunc dico,quod amiſſa naturali amittitur etiam ciuilis poſ-
ſeſſio per ea,quæ dicta ſunt de poſſidente rẽ precario, & iſtud eſt de
mente Bar.in.d.l.ſi quis in tantam,dum dicit,quod expulſo colono
dominus cenſetur expulſus, quia colonus poſſidet pro domino &
eius contemplatione,et ſic Bar. uult,quod idem iuris ſit ſiuè colonus
detineat ſiuè poſſideat,qui poſſidendo dicitur poſſidere contempla
tione domini,& iſta eſt uera diſtinctio de mente iurium & Docto-
rum,per quam uerè reſpondetur prędictæ obiectioni.

Præterea quando poſſeſſor ciuilis ſcit naturalem ſuam eſſe occu-
patam,ſi negligit eam recuperare,per hanc negligentiam priuatur ci-
uili,ueluti ſuſpicatus ſe poſſe repelli.l.quod meo.in fine.&l.quãuis.
ff.de acquir.poſſ.Bar.& Doct.in.l.ſi de eo.§.fi.ff.eo,itaq; cũ dictus
Ioãnes Baptiſta ferè per tres annos cõtinuos poſſiderit palã & pub-
licè dicta prędia,& infra dictum tempus Traianus neglexerit illa re-
cuperare,abſq; dubio dicẽdum eſt,eum amiſiſſe ciuilem poſſeſſionẽ.
Non obſtat dum dicitur,eum ignoraſſe dictã occupationẽ & quod
5 in dubio ita præſumitur,† quia immò pręſumendum eſt, illum ha-
buiſſe noticiam dictæ occupationis, cum fuerit præſens in ciuitate,
item ſit uicinus,& ſimus in his,quæ habent tractum ſucceſſiuum,&
ſic,quæ uicinos uerisimiliter latere non poſſunt,iuxta ea, quæ tradit

Bar. in. l. i. ff. ſi certum. petat. ubi Moderni Papien. col. v. uerſi. ꝓ
adde.
6 † Item ualet probatio à communiter accidentibus glo. in. l. neq;
natales. C. de probati. quam ibi Bal. & Salice. extollunt idem Bal. in.
l. conuenticulam. in quinta col. C. de Epiſcop. & cleric. ſed cum pro-
batum ſit dictum Ioannem Baptiſtam poſſediſſe per triennium bo-
na, de quibus agitur, ex hoc inſurgit ueriſimlis probatio, quod Tra-
ianus hoc non ignorauit, ueriſimile enim eſt, quod ſi per tantum tẽ-
pus occupaſſet dictus Ioannes Baptiſta rẽ minimi ualoris ad ipſum
Traianum ſpectãtem, quod ad eius noticiam hoc perueniſſet, quod
ergò eſt ueriſimile, cõtinet ueritatẽ, ſicut ècõtra, quod nõ eſt ueriſimi-
le, eſt quędã imago falſitatis. c. quia ueriſimile. de præſumpti. & l. nõ
eſt ueriſimile. ff. quod metus. cau. Bal. in. l. i. C. de ſeruis. fugitiuis.
Præterea in ueritate huius poſſeſſionis noticiam habuit Traianus
& ſuper hoc offertur probatio in continenti, ergo fuit priuatus ex
hac negligentia ſua poſſeſſione.
Non obſtat dũ dicitur, quod ante decenniũ non cauſetur dicta ne-
gligentia, hoc enim negatur, & pro ſolutione conſiderandi ſunt duo
7 caſus, † Primus eſt, quando poſſeſſor ignorauit ſuam naturalem ab
alio fuiſſe occupatam, & tunc amittitur ciuilis propter negligentiam
tanti temporis, ex quo reſultat obliuio, & quantum eſſe debeat hoc
tempus communiter concluditur, quod requiritur tempus. x. anno-
rum ut dictum eſt ſuperius, & iſte non eſt caſus noſter.
Secundus caſus eſt, quãdo poſſeſſor ſcit naturalem ab alio eſſe oc
cupatam, & tunc ſi per modicum tempus negligit eam recuperare, a-
mittit ciuilem ita Bar. in. d. §. ſi fortè. Bal. in. l. i. C. de ſeruis. fugitiuis
8 in fine. et dicit dominus Alex. in. d. §. ſi fortè, † quod iſtud modicum
tẽpus eſſe debet tantũ, infra quod dominus ueriſimiliter ſe prępara-
ret ad recuperandum poſſeſſionem, quod arbitrio iudicis declaratur
inſpecta qualitate facti, ut per Bar. in. l. iij. §. cum igitur. ff. de ui, & ui
armata. ubi inquit, quod ſi unus homo priuatus deiecit alium, modi
cus apparatus requiritur ad recuperandum poſſeſſionem, ſed ſi unus
nobilis expellat aliquem de uno Caſtro, tunc ad illud recuperandum
requiritur magnus apparatus, qui non poſſet fieri in ſex menſibus, ſi
ergo in recuperatione Caſtri reputat Bar. longum tempus, quando
excedit ſex menſes, multòmagis in recuperanda poſſeſſione occupa-
ta ab homine priuato, longum tempus dicetur, quod excedit metam
ſex menſium, & licet glo. in. c. i. prima. diſtinc. dicat, quod res, quæ eſt
difficilis ad recuperandum, pro ut eſt fortilicium, dicatur in continẽti
recuperari uſq; ad decennium, attamen hoc intelligitur ſi infra illud
tempus non ceſſauerit ſpoliatus facere præparamentũ ad bellum, uel
bellũ inferre, ita declarat Aret. in. d. §. ſi forte. col. viij. ſed per tempus 9
triennij, quo reperitur Ioannes Baptiſta poſſidere dicta bona, nulla
probantur præparamenta fuiſſe facta ex parte dicti Traiani pro recu
peranda dicta poſſeſſione, ergò cenſetur eam amiſiſſe.

Non

Non obſtat etiam dum dicitur, non conſtare, quod Traianus ti-
9 muerit ſe poſſe repelli,† quia in dubio hoc preſumitur, niſi contrariũ probetur ex aliquibus coniecturis, ita tenet Bar. in. d. §. ſi fortè, ubi inquit Areti. in uer. aduerte tamen &c. quod communiter Doctores ita tenent & benè, quia iura dicunt ſimpliciter, quod qui non expelli ſit occupantes ſtatim amittit poſſeſſionem. §. cum igitur. ff. ui & ui armata.

Comprobantur præmiſſa, nam Ioannes Baptiſta adeptus fuit poſſeſſionem uirtute executionis ſententiæ latæ contra Agiſilaum, itaq; cum Traianus fuerit negligens in recuperatiõe ſuæ poſſeſſiõis, quam ſciuit ab alio occupari, amiſit ciuilem, ueluti ſuſpicatus ſe poſſe repelli, hoc uoluit Butrius in. c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper. ut lite, nõ conteſtata. Io. de Imola in. l. à ſententia. C. de appellati. Alex. in. l. ſæpe charta penultima. ff. de re. iudic.

Et ex iſtis apertiſſimè cõcluditur, Traianum nullo modo eſſe audiendum ſuper cõſeruatione ſuæ poſſeſſionis, quia nullã habet, laus Deo.

Et ita cõſulo & iuris eſſe arbitror ego Ioannes Crotus de mõte ferrato. Iu. v. Doctor in cuius fidem me propria manu ſubſcripſi, & ſigillum, quo in talibus utor, apponi iuſſi. laus Deo.

1 Poſſidens ciuiliter ſi intellexerit poſſeſſionem ab alio occupatam fuiſſe præſumitur illico ſuſpicatus ſe poſſe repelli, idcirco poſſeſſionem perdit, quod fallit ut infra numero. 4.

2 Bartolus ueritate & æquitate cunctos ſcribẽtes antecellit, & in eo ſubſtantia eſt ueritatis.

3 Habens reſtitutionem in integrum non dicitur à re excluſus.

4 Poſſidẽs ciuiliter ubi cognouerit, poſſeſſionem ab illo fuiſſe occupatam, qui uiribus debilior ſit ipſo ciuiliter poſſidente, licet ſtatim non recuperet eam, nihilominus tamen eandem ciuilem amittit.

5 Præſumptio minor eliditur ab altera preſumptione maiori, quæ attendenda eſt.

6 Poſſeſſionem non amittit, qui exiſtens in una parte fundi ſcit alteram partem eiuſdem agri fuiſſe occupatam, licet non recuperet ſtatim.

7 Dubium eſſe non dicitur id, pro quo eſt regula iuris, quamuis exceptiones multæ inſint.

SVPRASCRIPTI RESPONSI CONFIRMATIO NON MEDIOCRIS AB EODEM CROTO ADIICITVR.

Plura alias deduxi conſulendo in fauorem Ioan. Baptiſtæ aduerſus Traianum & fratres, quæ non obſtantibus his, quæ dicuntur, arbitror in ſuo robore permanere, circa unum tãtum inſtabo, à quo pendet uictoria cauſæ, uidelicet, utrum, ex eo, quod dictus Traianus ſciuit fundum, de quo agitur, occupatum amiſerit poſſeſſionem ciuilem, prout concluſi in dicto conſilio, Et dicitur quod non quia illud ſolum procedit quando ueriſimiliter apparet, & indicijs conſtat, quod ille, qui ſcit poſſeſſionem occupatam fuiſſe, ſuſpicatus ſit, ſe poſſe repelli, alias non, ſecundum Innoc. in. c. querelam.

 de electi.

de electi,quem refert & ſequitur Bal. in.l.ij.in.iij.charta. C. de ſeruitutibus.& aqua.uerſ.ſed quanto tempore in dubio, itaq; nõ præſumitur,quod poſſeſſor ſuſpicatus fuerit,ſe poſſe repelli,niſi ex indicijs et aliquibus cõiecturis probetur,& idẽ uult dominus Alex. in.l. ſi id quod.§.ſi fortè.ff. de aequir.poſſ.per tex.iuncta glo.in.l.quod meo.§.fi.in uerbo non facile. ff. de acquir.poſſ.cum qua communiter tranſeunt ibi Doctores prout atteſtatur dominus Alex.

Sed hoc non obſtante,uera eſt cõcluſio deducta in dicto cõſilio ui
1 delicet,† quod poſſeſſor ſciens poſſeſſionem ſuam eſſe occupatam,ſi illam infra modicum tempus non recuperet protinus amittit ciuilẽ poſſeſſionem, quia in dubio præſumitur ſuſpicatus ſe poſſe repelli, quæ quidem præſumptio transfert onus probandi contrarium in partem aduerſam.l.generaliter.§.petitũ.ff.de fideicom. liberta.&.l. ſiuè poſſidetis.C.de probati.& ita tenet Bar.in.l.ſi id quod.§.ſi fortè.ff.de acquir.poſſ.ubi alij Doctores idem tenent,& hæc eſt cõmunis opinio,prout expreſſè atteſtatur ibi Aretinus, ab illa ergo in iudi
2 cando non eſt diſcedendum,maximè cum Bar.eam approbet, † qui ut inquit Abbas in.c.cum nobis,de præſcrip.col.penul.omniũ iudicio cunctos ſcribentes ueritate & æquitate præceſſit, & dicit Roma. in cõſilio cccdxix.incip.quo ad primum.in fine primi quæſiti, cõſulendo nõ recedo ab opinione Bartoli,in quo ſemper ſolet eſſe ſubſtãtia ueritatis,& ultra allegata idẽ uult Paul. de Caſtro in.l.iij.§.ſi quis nunciet.ff.de acquir.poſſ.dum dicit, Item dico, quod timuit à poſſeſſione repelli hic,qui ſciuit eam occupatam, uult ergò Paul.de Caſtro,quod ex ſola ſcientia in dubio lex præſumat poſſeſſorem fuiſſe ſuſpicatũ ſe poſſe repelli & ita expreſſè loquũtur iura, uidelicet,dicta lex.ſi id quod.§.ſi fortè.& lex.quamuis.ff.de acquir.poſſ.

Non obſtat,quod in dubio nõ præſumatur remiſſio iuris,ſeu donatio, quia licet amittatur poſſeſſio ciuilis, per hoc non eſt extinctũ ius prioris poſſeſſoris, cum ſibi cõpetat interdictum, unde ui, ad recuperandam poſſeſſionem, ita inquit tex.in.l.ſi quis ui.in princ.ff. de acquir.poſſ. ubi deiectus per uim cenſeri debet ac ſi poſſideret, cũ ex interdicto recuperandæ poſſeſſionis facultatem habeat, facit tex. in.l.labeo.ff.de uerborum,ſignifi.& tex.in.l. nemo.ff.de in integr.
3 reſtitut.† ubi quis non cenſetur à re excluſus, quam conſequi poteſt beneficio reſtitutionis in integrum,patet ergo quod hæc opinio nedum eſt communis ſed uera.

Non obſtant ea,quæ obijciuntur.

Et primo autoritas Baldi in.d.l.ij.quia ipſe nihil dicit cõtrarium.

Non obſtat etiam autoritas domini Alexandri in.d.§.ſi fortè.ſuper qua fieri uidetur præcipuum fundamentum, nam ad illam reſpondetur dupliciter.

Primo quod illa non ſit conſideranda cum habeamus opiniõem Bartoli & aliorum in contrarium,quorum autoritas præualet autoritati domini Alexandri.

Prout

Prout in ſimili dicit Socinus loquens de Petro de Ancharano in. l.cum auus.col.ultima.ff.de condit.& demonſtr.

Præterea dominus Alex. ſi eius uerba bonis oculis inſpiciantur, nõ diſſentit ab opinione Bartoli,ſed eam modificat,ut non procedat
4 quando ex aliquibus indicijs oſtenderetur contrarium,† ut quia cõſtat iudici,quod ualdè potens ſcit, debilem uirum ſuam poſſeſſionẽ occupaſſe,Nam tunc ſecundum eum uidetur ridiculum dicere domi
5 num ſuſpicari, ſe poſſe repelli, & ratio eſt, † quia una præſumptio minus potens eliditur per aliam præſumptionem magis potentem. l.diuus.ff.de in integr.reſtitut c.afferte mihi gladium.de præſumpt. & quod iſta ſit intentio domini Alexandri patet etiam ex adductis per eum,nam primo adducit Paul.de Caſtro in.d.§.ſi quis nunciet. qui dicit,quod ut primũ quis ſcit poſſeſſionem ſuam eſſe occupatã, tunc uidetur in dubio ſuſpicatus ſe poſſe repelli, ideò amittit ciuilem poſſeſſionem,Adducit etiam Io.de Imo in.d.l.quod nemo.§.fi. qui dicit,quod ibi in dubio nõ perditur poſſeſſio partis fundi, quẽ alius ingreſſus eſt,quia tunc in dubio ueriſimiliter non fuit ſuſpicatus, ſe poſſe repelli,quia ibi erant indicia ex parte poſſeſſoris.

Nam retinendo partem fundi, poſſeſſionem alterius partis præſumitur uoluiſſe retinere,iſtud etiã uult dominus Alex.in.d.l.quod meo.§.fi.ubi inquit,quod non diſtinguitur, an ſciente uel ignorãte me alius fundum ingrediatur,quia utroq; caſu & eodem modo perditur poſſeſſio præterquàm quo ad unum,quia quãdo ſcio & negligo recuperare,poſſeſſionem illam amitto, ſecus ſi ignoro,quia tunc requiritur tantus lapſus temporis ex quo cauſetur obliuio.

Non obſtat una ratio, quæ adducitur per conſulentem, qui dicit hoc eſſe contra omnem rationem,quòd oriatur præſumptio in fauorem occupantis argu. l.ſiuè hæreditaria.ff.de nego. geſt.& quia non debet ſpoliator imputare negligentiam poſſeſſori,ex qua cõmodum ſentit.l.cum in fundo.§.primo.ff.de iure.dotium.&.l.nupta.§.primo.ff.ſoluto.matrim.quia immò iſtud eſt ſecundum rationem.

Nam in amittenda poſſeſſione ſolus animus poſſidentis conſideratur.l. prima. §. ſi uir uxori &.l.iij.§. in amittẽda.ff.de acquir.poſſ. Præſumit ergò lex eum, qui nõ recuperat poſſeſſionem in cõtinenti quum ſcit ab alio fuiſſe occupatam, non habere animum poſſidẽdi, ideò amittitur ciuilis poſſeſſio & negligentiam obijcere poteſt ſpoliator priori poſſeſſori,licet ex ea cõmodum conſequatur, ita uoluut Bar.& omnes in.l.iij.§.cũ igitur. ff. de ui & ui armata. & in.d.§.ſi fortè.& in.l.quod meo.§.fi.ff.de acquir. poſſ. & fatuum eſt dicere contrarium & nullus unquam hoc ſomniauit, ex præmiſſis ergò reſultat cõcluſio,quod in dubio poſſeſſor ſciẽs rem, quã poſſidebat ab alio,eſſe occupatã, amittit ciuilẽ poſſeſſionẽ, ueluti ſuſpicatus ſe poſſe repelli,Hoc tamẽ modificatur, niſi ex aliquibus indicijs cõtrarium poſſet oſtendi,ut quia ualdè potens ſcit fundum,quem poſſidet, oc-
6 cupatum eſſe à minus eo potẽte,† uel quia exiſtẽs in parte fundi ſcit

aliam

aliam partem eſſe occupatam, his enim caſibus poſſeſſio non amittitur, ſicut dixi loquitur dominus Alexander in.d.§.ſi fortè.& Io.de Imo.in.d.l.quod nemo.§.fi. ſed ex parte dicti Traiani nulla indicia extant, neq; probata ſunt, ex quibus dici poſſit ipſum non fuiſſe ſuſpicatum ſe poſſe repelli, ergò dicetur amiſſa ciuilis poſſeſſio, probãda enim erant ex parte eius dicta indicia uel ſimilia, cum regula ſic cõtra eum, quæ diſponit, quod ſciens rem, quam poſſidebat, fuiſſe ab alio occupatam amittit ciuilem poſſeſſionem.l.ab ea parte.ff.de probati.l.ſuus quoq;.uerſ.puto.ff.de hæred.inſti. ſtandum enim regulæ eſt, donec de exceptiõe doceatur ſecundũ Albericũ de Roſate in.ij. parte ſtatutorum.q.clix.quæ incipit ſi ex forma ſtatuti eligantur cu-
5 ſtodes,† & dicit Bar.in.l. quotiens.ff.ſi quis. cauti.non dicitur eſſe dubium, de quo eſt regula iuris, licet ſint aliqui caſus excepti, niſi de illis caſibus ſpecialibus doceatur, & pro hoc multa adducit dominus Iaſ.in.l.ij.col.ix.ff.ſi quis.in ius.uocat.non ierit.& ex iſtis cõcludo ciuilem poſſeſſionem per dictum Traianum fuiſſe amiſſam, & hoc caret probabili dubitatione, circa alia, ut dixi, non inſiſto quia hoc ſolum ſufficit ad obtinendum in hac cauſa. laus Deo.

Et ita iuris eſſe arbitror ego Ioannes Crorus de monte ferrato.i. v.doctor, in cuius fidem me propria manu ſubſcripſi & conſuetum ſigillum apponi iuſſi.

1 Conteſtationem litis quibus uerbis factam eſſe defendi meritò poſſit.
2 Conteſtatiõis litis diffinitio multiplex.
3 Conteſtatio litis quando fiat per ſolam facti narrationem abſq; ulla petitione, interueniẽnte tamen reſponſione rei.
4 Conteſtatio litis nullis uerbis fit, ubi reus proteſtatus fuit, ſe non animo conteſtandi litem reſpondere.

Caput LII.

1 Conteſtationem litis factam eſſe, ubi in iudicio reus uerba hæc dixerit, † nego narrata prout narrantur & petita ut petuntur fieri debere &c. defendi poſſe dicebam, conuertitur cum diffinitione quidem diffinitũ, & argumentari à diffinitione ad diffinitum licere nobis, legum latores palàm profitentur p, uerum litis conteſtationem
2 ſecundum communes maiorum traditiones diffinimus, † quod ſit principalis negocij hinc indè apud iudicem facta narratio & ſubſequuta reſponſio q, & in caſu noſtro reſponſum fuit narrationi hinc indè factæ, ergò lis cõteſtata erit, aut ſi Hoſtienſi r, credere libeat magis, conteſtationis litium diffinitio illa erit, litis conteſtatio eſt fundamentum iudicij per petitionem in iure propoſitam & congruam reſponſionem ſubſecutam animo conteſtandi litem, quo omiſſo, ſi in figura iudicij procedatur, uexantur inanibus laboribus & expenſis litigantes &c quam diffinitionem Ioannes Andreas, Antonius Butrius, Cardinalis Zabarella, nec non Ioannes de Imola minimè refellunt

p l.1.§.dolũ.ff.de dolo.l.ſi.in princ. ubi glo. in uer. præſentis.ff.de uerb.ſigni.

q Glo. poſt alios in.c.1.de lit.conteſt.

r In.d.c.1.& in ſumma eiuſdem titu.in.§.1.

refellunt [f], ſecundum hanc quoq; conteſtationis diffinitiònem eſt
nobis compertum ſatis, per illa uerba fuiſſe litem conteſtatam, alia
deniq; uerborum forma conteſtationem hanc litium diffiniuit Ma-
rianus [t], qui ait, litis conteſtationem eſſe actum iudiciarium, per
quem in iudicio ordinario, uel arbitrario iudicij inſtar ſe habente fa-
cta narratione & petitione expreſſa, uel incluſa negotij principalis in
ſcriptis per actorem coram iudice competenti, uel arbitro ipſo maxi-
mè iudice uel parte interrogante, ſeu parte intentioni ſuæ inſiſtente,
reus reſpondet negando uel confitendo, aut per uerba æquipollen-
tia ad litis conteſtationem conuenientia &c. At in propoſito thema-
te prædicta interuenerunt omnia, igitur conteſtationem litis ob id
factam arbitrabimur, Præterea omnes lites & quæſtiones, ſic enim
municipali iure iſto cauetur, cognoſci atq; terminari debent reiectis
cauillosis exceptionibus, & ſola rerum ueritate inſpecta, ſummarie,
3 de planò, ſine ſtrepitu, ac figura iudicij &c. † quocirca officium
iudicis in cauſis huiuſmodi ciuilibus non parum præſtat, & per ſo-
lam facti narrationem abſq; petitione cum reſponſione debet lis
conteſtata cenſeri [u], tanto quoq; magis hoc recipi oportere dixe-
rim, quia etiam regulariter ſufficere petitionem expreſſam uel in-
cluſam Marianus in diffinitione propoſita uoluit proindè reus ne-
dum reſpondendò negauit narrata uti enarrabantur, uerum etiam
inficiatus eſt petita, ut potè, animaduertens, dictæ narrationi in-
eſſe petitionem, & ſi non expreſſam, ſaltem tacitam, Nec me mo-
uet, quòd uerba congrua ſint adhibēda in petitione quantumcun-
què ſummaria, & litis conteſtatione, non ſolum enim confeſſio
uel negatio eſt apta atq; idonea ad litis conteſtationem pariendam,
ſed etiam plurima alia non deſunt uerba, quibus litium conteſta-
tiones non improbè concipiuntur, ut ſi per æquipollens aliquod
uerbum litis fieret conteſtatio [x], & minimè reum illa exceptio iu-
uabit, quia non animo conteſtandi litem negauerit narrata &c. cum
in dubio ſit contrarium præſumendum, ut animo conteſtationis
4 faciendæ reus ipſe negauerit [a], † quare potuit, ſi uoluiſſet, ſibi pro-
ſpicere reus proteſtatione præmiſſa, ſe reſpondere animo non con-
teſtandi litē &c. tunc enim conteſtatio litis internoſci nulla poſſet [b].

f In. d. c. l.

t Soci. in rubr. de lit. conteſta.

u Maria. Soci. in. c. l. col. 23. uer. 7. fallis de lit. conteſta.

x Marian. in. d. rubr. de lit. conteſta. col. 2. uer. deinde ſubiunxi. & in. d. c. l. col. 22.

a Maria. in. d. rub. col 2. uerſ. deinde ſubiunxi & in. d. c. l. col. 29. & 30.

b Docto. in. d. l. l. C. eod. & in. d. c. l. ubi Mari. col. 30. &. 31. uerſ. circa ſecundū.

1 Perpetuum quod dicatur.
2 Locatio facta in perpetuum transfere utile dominium & in rem actionem conductori.
3 Effectus & rei ſubſtantia inſpicitur, non autem ſimplicia contrahentium uerba.
4 Penſio rei emphyteuticæ minima eſt, locatæ uerò debet fructibus correſpōdere.
5 Locatio fundi facta colono partiario eſt propriè ſocietas, & lato uocabulo dicitur locatio.
6 Diſpoſitio una poteſt aliquo reſpectu eſſe ſimplex & alia ratione non eſſe ſimplex.
7 Generalem rerum naturam, non etiam quod uno uel alterò caſu contingit, inſpicere debemus.
8 Diſpoſitio aut conuentio aliqua ſi fiat contra ſui naturam quando ſuſtineri poſſit.
9 Dominus promittens cuiquam, non diſtrahere propriam rem, minimè obligatur., niſi promiſiſſet illi, qui ius in re alliquod haberet.
10 Iuramentum pro his tantum præſtatur cauſis, quæ ab animo noſtro dependent.

Caput LIII.

LOcationes plurimas aliquando introſpexi,quibus ta
lia inſcribuntur uerba,& rem nuper locatam promit-
tit dominus locator neq; per ſe neq; per eius hæredes
conductori ſuiſq; hæredibus ullo tempore in futurũ
auferri, affictumq; pariter non augeri &c.quas certè
non ad longum tempus duntaxat,ſed etiam perpetuas arbitror ego,
nulla eſt enim,Iureconſultus inquit [c], uoluntatis quæſtio anceps in
1 uerbis claris recipienda,eoq; pertinet, † ut dicatur perpetuum illud,
quod certo fine non concluditur [d], ſed dubium eſt, quando locatio
hæc ipſa uel per ſolutionum promiſſi affictus ceſſationes, uel rei lo-
2 catæ deteriorationem deſinere debeat,† & quum ſub temporis perẽ-
ni incertitudine contracta fuerit,cernere cuiquã facile eſt,conductori
ius acquiſitum in re conductitia eſſe, utileq; dominium & in rem
actionem ſibi competere [e],& his minimè retragatur,quoniam loca-
tionem ſimplicem cõtrahentes appellauerint eam,plurifariam haud
3 immeritò reſpondebis, † inſpici potius oportere effectum & ſub-
ſtantiam rei,quam nuda & contrahentium ſimplicia uerba [f], uel di-
ces etiam,in illo inſtrumento nõ uocari eam ſimplicem locationem,
ut negetur ob id, eam eſſe perpetuam, ſicq; ius tribuere in re, nam
contradiceret hoc partium conuentioni, quare non erit intelligen-
dum de ſimplicitate illa,quæ induceret in uerbis cõtractus repugnã-
tiam,contractuum planè uerba ſic accipi debent, ne diſſentiant inui-
cem,ſed concordent [g], profiteor itaq; ipſe, aliò reſpectu locationem
ſimplicem à partibus nuncupatam fuiſſe, uoluerunt contrahentes
locationem iſtam,quæ perpetua erat,non egredi meræ locationis fi-
4 nes,neq; emphyteuſis uel feudi iure cenſeri, † pro emphyteutica qua
què re annuatim quid minimum penditur non correſpondens fru-
ctibus rei,at pro re conducta penſio fructibus rei proxima & æqui-
ualens præſtatur [h], qua ratione ſimplicem locationem hanc contra-
hentes appellitauere,quamquã enim ad lõgum ſeu perpetuum tem-
pus inſtituta ſit, non ideò commune aliquid cum emphyteuſis aut
alterius nominis contractu ipſa habet,neq; ſocietatis uim ullam ob-
5 tinet,quia locatus non eſt fundus colono ad fructus partiendos, †
tunc planè ſimplicis locationis imaginem non retineret, ſed ſocietas
foret,quamuis lato conductionis ſumpto uocabulo poſſet itidem lo-
catio,denominari [i],appellata eſt ergò ſimplex locatio,non quia deſi-
neret eſſe perpetua,& ius tribuere in re,ſed ut non haberet mixturam
6 alterius contractus, † abſurdum nequaquã hoc eſſe dices, eandem
diſpoſitionem uno reſpectu ſimplicẽ uocari,alio autem reſpectu ſim-
plicem non eſſe, obiectum ſuſtuleris, ſi iure conſulti exemplo pro-
baueris,ſubſtitutionem modo ſimplicem uocari unã,reſpectu dua-
rum ſubſtitutionum,modo diuerſo reſpectu ſimplicem non eſſe ſed
conditionalem tantũ [k],contrarium atq; etiam nobis nõ eſt, quoniã
duobus

c In.l. ille aut ille. §. cum in uerbis. ff.de leg. 3.

d .l. iuriſperitos. in prin.ubi Bar.. ff.de excuſati.tuto.

e Alex.in.l.ſi filio fa- mil. §. ſi uir. col. 2. uer. fallit ſi colonus ff. ſolut. matri.fact. l.i.§. qui in perpe- tuum. ff. ſi age.ue- cti.uel emphy.

f l. ubi ita donatur .ff. de donat. cau. mort.l. inſulam. ff. de uerb.oblig.

g Bar.in.l.ſi.in. ſi. C. de condi.indebi.

h Bal.in.c. literæ col. 5. de dila. Iaſ.in. l.i. col. 2. C.de iur. em- phyte.

i l. ſi merces. §. uis maior. ibi.Bar.ff.lo- cat.& in.l.ſi olei..C. eo.

k l. i. in princ. ff. de uulg.& pupil.

duobus caſibus locator uoluit finiri locationẽ, ſi defecerit in affictu- um ſolutionibus conductor, uel pro neceſſitate ac uſu ipſius locator recipere fundum uellet &c. quandoquidem non deſinat per id loca- tio eſſe perpetua, ſecundum namq; generalem naturã perpetuitatis traditam à contrahentibus ipſi locationi non licebit locatori domi- no illam in perpetuum reuocare, licet uno uel duobus ad ſummum
7 caſibus id poſſit, † nos quidem decet, generalem rerum ipſarum na- turam, non etiam illud, quod uno uel altero obiter caſu contingit, meditari, intueriq; penitus [l], hinc uulgo circumfertur, rem ſecundũ regulam iudicari debere, ni probetur aliud [m], ſic quoq; dicimus, rem diiudicari oportere ſecundum illam naturam, in qua magis incaluit [n], nec propoſitis obijcies, aduerſus locationis ſimplicis naturam, quę
8 ſemper reuocationem locatori permittit [o], factum eſſe, † per conſe- quens locationem non ualere, ut potè, contra eius ipſius uim & ſub- ſtantiam à partibus inſtitutam [p], reſponderim ipſe, obijcibus his lo- cum fieri ita demum, ſi uerba contractus nequeant ullo reſpectu con uenire cũ ipſo contractu & pactionibus eiuſdem, at ſecus reor, quan- do quoquo modo contractui & diſpoſitioni congruunt, tunc non infringitur conuentio facta, ut ſi mortis cauſa donetur pacto appo- ſito, quod nequeat reuocari, non irritatur pactum huiuſmodi, ſed reddit donationem irreuocabilem inter uiuos donationis nomen ha bentem, nam uerba contractus poſſunt aliquo modo diſpoſitioni conuenire quoniam interpretantur, quod donatio inter uiuos fuerit, mortis tamen cogitatione præcedente, nimirum ea ratione dictum fuit mortis cauſa &c. quamuis ſimpliciter & indiſtinctè non conue- niant [q], igitur quum ſit iure communi receptum, contractus à partiũ conuentione legem ſumere [r], & in contractu emphyteutico ualere pactum, ne domino liberum ſit emphyteutam perpetuo depellere, ta metſi in penſione danda moram fecerit [ſ], credendum eſt locationem tali pactione peractam omninò ualere, ex quibus non porrò iniquè inferri conſtat, alienationem fundi ſic locati à locatore uel hæredi-
9 bus eius in præiudicium conductoris non ualuiſſe, † & ſi conceda- mus alioqui, uenditionem rei, quam dominus non diſtrahere ullo tempore promiſerat, quandocunq; rectè fieri, ſpreta omni huius ge- neris captioſa promiſſione [t], non ueruntamen concluſioni prædictę locus uacat, ubi promiſſio de non alienando facta eſt habenti ius in re, tunc alienatio contra pactam conuentionem, ſi fieret, nulla iudi- catur [u], non diffiteor tamen, quin poſſet locator uel hæres ipſius, ſuæ neceſſitatis gratia, locationem reſcindere, dummodo liquidiſſi- mis probationibus appareret, locatum fundum prorſus ſibi ipſi ne-
10 ceſſarium eſſe, nec eius ſtandum iuramento ſoli putarim, † defer- tur quidem iuramentum & illi creditor in dependentibus tantum ab animo noſtro [x], cæterum quod aliquis egeat nec ne pro ſuo uſu, extrinſecus contingit, igitur deiurium non ſufficiet.

a ij Præſcriptio

l l. ſuus quoq;. §. puto. ff. de her. inſtuu.
m Iaſ. in. l. ex quacunque. col. 7. ff. ſi quis in ius. uoc. non ier.
n l. quęritur. ff. de ſtat. homi.
o l. 3. & l. fi. § ſane. C. loc.
p Bal. in. l. ſi pater. ff. de adop.
q d. l. ubi ita donatur. & ibi Bar. ff. de donat. cau. mor.
r l. i. §. ſi cõuenerit. ff. depo. l. ob res. §. i. ff de pac. dota.
ſ Gloſ. magn. in. l. 2. C. de iur. emphyt.
t l. ea lege. ibi nota. C. de condic. ob cã.
u Bar. & alĳ in. d. l. ea lege. Corne. conſ. 321. col. i. lib. 4.
x Glo. in. §. aliq. inſtitu. de actio. & ibi Docto.

1 Præſcriptio nõ reſcinditur per reſtitutionem, ubi quadrienniũ poſt præſcriptionem elapſum eſt.

2 In integrum reſtitutio aduerſus quadragenariam præſcriptionem an ſit concedenda priuato.

3 Eccleſia reſtituitur in integrũ aduerſus quadragenariam præſcriptionem.

4 Eccleſia reſtituitur etiam elapſo quadriennio poſt præſcriptionem, ubi enormiter læſa fuit.

5 Quadriennij tẽpus cõceſſum ad petendã in integrũ reſtitutionem non currit ignoranti, neq; illi, qui negligens non fuit.

6 Negligens non poteſt ille dici, qui ignorans eſt.

7 Quadriennij tempus conceſſum ad petendã reſtitutionem in integrũ quomodo utile ſit & quomodo continuum.

8 Præſcriptio centum annorum nunquam intelligitur excluſa in priuilegio uel aliqua diſpoſitione impediente quamcunq; præſcriptionem, & quando hæc regula fallat.

Cap. LIIII.

ADuerſus eccleſiam quadraginta annis præſcriptionẽ
impleri prudentum ubiq; & legiſlatorum extant tra-
ditiones [a], in ipſamq; præſcriptionem quadragena-
riam completam in integrum reſtitutionem haud cõ-
cedi, Alexander, Franciſcus Aretinus, & Decius me-
1 moriæ conſiderunt [b], † aut ſi reſtitutio à lege concederetur, quadri-
ennij lapſu omnis petendæ reſtitutionis facultas perempta fuiſſet [c],
itaq; poſt annos quadraginta ubi quadriennium exceſſerit, reſtitu-
tionem fruſtrà implorari, non ignoramus, ab ipſa tamen regula exci
pies, ſi ius in loco non fuiſſet redditũ, adeundiq; iudicis poteſtas nul-
la fuiſſet, uelut, ſi propter ingruentia bella id accidiſſet, nulla tũ recte
cucurriſſet præſcriptio [d], idemq; iuris foret, ubi Prælatus eccleſiæ tẽ-
pore præſcriptionis excommunicatus eſſet uel alias quoquo modo
agere non potuerit [e], At ego ſi nulla etiam cauſa impediens prælatũ
agere ultra cœptũ præſcriptionem probaretur, nihilominus ius pe-
tendi in integrum reſtitutionem eccleſiæ cõpetere profitebor [f], qua-
re pro clariori intellectu iurium, quæ hinc & illinc proponuntur, bi-
2 nos ſubnectã caſus, animaduertere imprimis ergò licet, † quãdo reſti
tutio petitur non ab eccleſia, ſed per aliquem priuatũ ex capite igno-
rantiæ imploratur, dubium eſt, num concedenda ſit, plerių; credide-
runt, reſtitutionem non iuſtè contra quadragenariam præſcriptio-
nem poſtulari, uti mox antea retulimus, è contrario autem non de-
ſunt alij, qui dandam reſtitutionem eſſe putent, in quorum nu-
mero Imola [g], Abbas, & Felinus [h], Alexanderq; [i], introſpiciuntur,
poſtremò adhuc quæritur, an eccleſia ſuo iure poſſit uel ex capite igno
3 rantiæ petere aduerſus præſcriptionẽ illam ſeſe reſtitui, † quo planè
caſu ambigit nemo, eccleſiam oportere contra præſcriptionem imple
tã reſtitui, uti Cardinali [k], Imolæ, Abbati [l], Ludouico Romano [m],
Alexandro [n], Decioq; noſtro [o], probare complacuit, & parũ uel ni-
hil obice illo moueor, quoniam exacto quadriennio à tempore præ-
4 ſcriptionis completæ in integrum reſtitutio concedi non ſoleat, † il-
li enim regulæ non fauemus, quotienſcunq; enormis læſio irreperet,
tunc probè dilapſo etiam quadriennio reſtituitur in integrum ec-
cleſia, quod Romanus [p], Corneus [q], Socinuſq; [r], teſtati ſunt omnes

quinimò

a Auth. quas actiões. C. de ſacro. ſanct. eccle. c. in ſumma. 13. q. 2.

b Alex. in conſi. 151. lib. 2. et in conſ. 164. col. penul. eod. lib. Areti. conſ. 104. Deci. conſ. 29.

c l. fi. C. de tempor. in integr. reſtitu. petẽ. c. 1. de in integr. reſti. lib. 6. Clemen. 1. de reſt. in integr.

d c. ex tranſmiſſa. de præſcript.

e glo. & Docto. in c. cum non liceat. de præſcri. Abb. in. d. c. ex tranſmiſſa.

f d. c. 1. & d. Clem. 1.

g in. c. fi. de præſcrip

h in. c. uigilãti. de præſcript.

i In conſ. 170. lib. 2. & in conſi. 84. & 71. lib. 1.

k In Clemen. 1. q. 9. de præſcrip.

l In. d Clemen. 1. de præſcrip. et in. c. 1. de præſcrip.

m In cõſ. 166. & Abb. conſi. 33.

n d. conſi. 71. & 84. & conſi. 170.

o Conſ. 29. & cõſ. 36.

p In conſi. 123.

q In conſi. 181. col. 19. & 20. lib. 2.

r In conſi. 266. col. x. lib. 2.

quinimò unum aliud præterea dicam, quadriēnium hoc currere nō
cœpiſſe ſtatim à tempore læſionis, uerum à tempore duntaxat, quo
5 eccleſia nouit, ſeipſam lædi, † ideò quadriennij huius tempus ab ini-
tio eſt utile & non continuum, cum ignoranti læſionem non currat
[ſ], ſic enim Alexander interrogatus reſpondit [t], Pontanus reſcripſit
[u], Aretinus conſuluit [x], Corneus affirmauit [a], & Decius pluries re-
petit [b], horumqꝫ omnium illa eſt ratio, quadriennium prædictum
6 non currit contra illum, qui non fuit negligens [c], † cæterum qui ig-
norat, nequaquam poteſt negligens dici [d], meritò reſtitutiōe indig-
nus eſſe non creditur, & illud, quod Pontifex ſua clementina ſtatuit
quadriennij tempus continuum cenſeri debere à tempore læſionis
7 &c. contrarium propoſitis minime eſt, † quadriennium profecto
huiuſmodi, poſteaquam cœpit currere, continuum prorſus erit, ſed
à principio non eſt ſimpliciter continuum, ſed aliquo reſpectu utile,
& altero continuum iudicatur continuum imprimis illa ratione ar-
bitramur, quod diebus etiam feriatis currat, utile autem, quoniam
agere non ualenti ſeu ignoranti non currat, eo ſenſu clementinæ uer-
ba à Cardinali [e], ſcitiſſimè expoſita fuiſſe conſpicor, quamobrem in
eccleſia Abbates uel Rectores plurimi unus poſt alterum diuerſo tē-
pore quum ſucceſſerint, qui potuerunt & iuſtam ignorātiæ cauſam
præſumuntur habuiſſe, reſtitutio in integrum haud probè denega-
retur [f], necqꝫ contrarium illud etiam exiſtimo, quia dici poſſe uide-
tur, illius quadriennij præſcriptionem ita demum non currere igno-
ranti, niſi centum anni & ultra exacti forent, eo tūc caſu non eſſe dan-
dam reſtitutionem, Felinus plura congerens admonuit [g], Abbaſqꝫ
8 poſt alios iuſſit [h], † ubi ex pacto, uel ſtatuto, aut priuilegio excludi-
tur uel impeditur præſcriptio, nunqꝫ tamen intelligitur excluſa illa,
quæ centum annis, aut tanto tempore, cuius initij memoria non ex-
tet, gigni iura uoluerunt, nam & his obicibus ipſis nullus dereline-
quitur locus, ſi præſcriptio aut tēporis curſus ob id impeditur, quo-
niam quis agere uel ignorantia iuſta, uel alia conſimili interpellatus
cauſa nequiuerit, & negligentiæ nota affici non potuerit, tunc qui-
dem & ſi labantur centum anni & plures, non ideò præſcriptio cur-
reret, atqui militat ratio eadem ſemper, quod ignorans non dicitur
negligens, neque præſcriptionem quadriennij iſtam eatenus pro-
cedere, Corneus [i], Aretinus [k], & Alexander [l], concordi fœdere
aiunt, quatenus poſtulaturus reſtitutionem ignorans & non ne-
gligens fuit.

ſ .d. c. 1. ibi notat. de reſti. in integrum. lib. 6. l. fi. ibi not. C. de tempor. in integrum reſtituti.
t In conſi. 1. col. 4. & in cōſi. 63. col. 5. lib. 4. & in conſil. 81. in fi. lib. 5.
u In conſi. 125.
x In conſi. 15.
a conſi. 164. lib. 2.
b In conſi. 96.
c d. c. 1. de reſti. in integr. lib. 6
d .c. 2. & c. quia. de conceſ. præbe.
e In d. Clem. 1. q. 29. & 25. de reſti. in integrum.
f Alex: in conſi. 340 lib. 1.
g In c. 1. uerſ. conſidera ſecundo. de præſcrip.
h In conſi. 14. col. 4. lib. 2.
i Cōſi. 164. ad fi. li. 2.
k d. conſ. 15. ad fi.
l .d. conſi. 81. in fi. & conſ. 1. & 63. & 89. lib. 4.

1 Fideiuſſor in ſolidū cum principali obligatus, & qui beneficio fideiuſſorum renunciauit, poteſt cogere creditorē, ut periculo & impēſis ipſius fideiuſſoris agat prius contra primum debitorem.

2 Renunciatio generalis ad illa tantum refertur, quæ comparebant tempore renūciationis.

Caput LV.

Dubitabat

DVbitabatur, an creditor, cui fideiuſſor in ſolidum ſe una cum principali debitore obligauerat, renunciaueratq; pariter omni fideiuſſorum beneficio, & reorum debendi quoque ſuam poſſet aduerſus fideiuſſorem hunc edere actionem priuſquam debitorem conueniſſet, ingerendæ dubitationis cauſa potiſſimum illa fuit, quod poſſet unuſquiſque pro libito fauoribus renuntiare ſuis, & quam dixerint ſibi contrahentes legem, obſeruari penitus oportere, at ſecun-

1 dum ea, quæ proponuntur, reſpondi, † in optione eſſe, utrum hic fideiuſſor malit expenſas litis creditori offerre, ſuoque periculo creditorem cogere, ut prius in debitorem iudicium creditor ipſe legitimè inſtituat, uti Paulus Caſtrenſis poſt Bartolum in lectionibus ſæpe ſuis retulit [m], quem æmulati ſunt nonnunquam recentiores [n], & palam ira profeſſi, fideiuſſor uel correus aliquis tametſi à beneficio de fideiuſſoribus, aut de pluribus reis debendi excluſus ſit per propriam renunciationem ſeu alio modo, poterit nihilominus ipſe, ad quem utilitas obligationis non pertinet, efficere, ut is, qui ex obligatione ipſa emolumentum ſentit, anteà periculo ſuo, impenſiſque ſuis omnibus conuenietur, quorum ſapientum opiniones in nihilo fermè à iuriſconſultorum ſententijs diſtant [o], his antelatis concluſionibus non oberit, quoniam fuerit à fideiuſſore ipſo renunciatum beneficio fideiuſſoribus atq; reis debendi pluribus competẽti, quis enim non uiderit iſtius fideiuſſoris allegationẽ non admodum concernere fideiuſſorum & plurium reorum aliquod beneficium, ſcimus namq; illud fideiuſſorum & reorum debendi plurium beneficium eſſe, quod principalis debitor periculo agentis prius in ius uocetur [p], enimuerò beneficium ſeu commoditas, de qua impræſentiarum quærimus, expoſtulat ſolum, quod periculo & impenſa fideiuſſoris cõueniatur imprimis ille, ad quem negotij utilitas ſpectat, itaq; non cenſetur excluſa talis cõmoditas per generalem beneficij renunciationem, ſimili modo nõ obſtat generalis renunciatio auxiliorum, beneficiorum legum, iuris, uſus, ſtatutorum &c, cum renunciatio hæc generaliter prodita parum aut nihil ſubiectæ rei deſeruiat, atq; in opere aliquo eſſe poſſit [q], cuius dicti illam præ cæteris rationem

2 adduxerim ego, † generalis renunciatio illa ſolũ cõtinet, relationẽq; habet ad iura competentia tempore renũtiationis [r], itaq; Baldus, & Alexander præfati aiunt, in generali renuntiatiõe illa non cõtineri beneficium cædendarum, cui beneficio nõ ſit in ſpecie renunciatum, id enim beneficium nõ renuntiationis tempore ſed poſt competit, idcirco Speculator, Ioannesq; Andreas haud immeritò dixerũt, renunciatiõem huiuſmodi parum operari, quoniam præſtat nihil quo ad iura futura renuntiationis tempore nõ cõpetentia, reſpectu uerò præſentium itidem parum frugi eſſe & operari, quia illis ſolet renũtiari ſpecialiter, & ſic operabitur ſolum in competẽtibus tempore renunciatiõis, quibus non eſt ſpecialiter renuntiatum, nimirũ operatur parum,

m In. l. unde quæritur. & in. l. ſi ut certo. §. ſi duobus. ff. cõmo.

n In apoſtil. ad Abb. in. c. peruenit. de fideiuſſor.

o. l. cum in plures. §. ueſtimenta. ff. loca. & d. l. ſi ut certo. §. nunc uidendũ. uerſ. plani.

p Caſtren in. d. l. unde quæritur.

q Specul. et Ioã. And. in titu. de renun. & conclu. §. 1. uerſ. itẽ generaliter.

r Bal. in. l. ſi diuiſa. C. loca. Alex. in apoſtil. ad Bar. in auth. matri & auiæ. C. quando. muli. tute. offi.

rum,

rum, quum tunc cõpetentibus renunciari ſpecialiter oporteat, uti accidere poteſt in condictione indebiti, uel ſine cauſa, aut in exceptiõe quod metus cauſa, ſed beneficiũ hoc, conueniẽdi illum prius, qui utilitatem ex re percipit &c. nõ competit tempore renunciationis, uerũ incipit competere tantũ poſtq̃ fideiuſſor ipſe conuentus eſt, ſicut & beneficium cædendarum, ergo talis non oberit huic renunciatio.

1 Aqua conceſſa uni per Principem poteſt cõcedi etiam alteri, dummodo ſufficiat pro uſu illius, cui primo conceſſa fuit.
2 Vſum uenãdi licet ſibi retinuerit domi nus nemoris, poterũt nihilominus & hi, quibus donatũ eſt nemus ipſi ſinguli in ſolidum uenari, & de ratione.
3 Puteus exiſtens inter domũ feudalẽ & alteram domũ directi domini non feudalẽ debet utriq; domui ſeruire, & quando non.
4 Minima quæque res conſiderari non debet.
5 Prohibitus domum in ciuitate habere, non intelligitur uetitus domunculam paruam habere.
6 Rem eccleſiæ minimam alienare nõ prohibetur prælatus.
7 Princeps concedens quid alicui & ſi non cum magno alterius præiudicio, cũ modico tamen conceſſiſſe intelligitur.
8 Indignus eſt beneficiorum, qui ad egeſtatem ſui culpa peruenit.
9 Aqua cõceſſa alicui ſimpliciter intelligitur, quatenus illi opus ſit, & non ultra.
10 In poſſeſſorio iudicio quis uictor futurus ſit.
11 Aquæductus ex flumine publico præſcribitur tanto tempore, cuius initij memoria non extet.
12 Titulũ aquæ ducendæ ex decennali poſſeſſione quando allegare quis poſſit.
13 Titulum ex decennali poſſeſſione allegans, debet in ſuo libello id proponere, non autem poſteà.
14 Titulum ex diutina poſſeſſione allegans ita demum auditur, ſi alias non fecit actum, qui eſſet contrarius, ſeu diuerſus titulo nunc allegato.

Caput LVI.

1 AQuam † ubi imprimis conceſſerit alicui Princeps ad certum uſum, demum poſteà ſi concedat eandem alteri, gratia alterius diuerſi uſus, ſecundus non prohibebitur, aqua ad illum deſtinatum uſum ſibi uti, dũmodò ſufficiat aquæ uſus illi, cui conceſſa anteà fuit
2 r, idq; exemplo affirmare poſſumus, † finge heroem aliquem conceſſiſſe monaſterio nemus retento ſibi uenandi uſu, ſingulares illius monaſterij omnes ex nemore uenationis uſum nihilominus capiẽt, inſolidũ quidẽ unicuiq; uenatio cõpetere poteſt, uti Paulus Caſtrẽſis, Alexãderq; monuit ſ, cui cõcluſioni adſtipulatur Baldi t, Pontani
3 q; u, epilogus, † quia inter domum feudalem & alterã directi domini ſi puteus in medio ſit edificatus, & aqua ex illo hauſta poſſit ſufficere utriq; domui, certè nequibit à dño feudatarius, neq; à feudatario dñs eiuſdẽ putei uſu priuari, ſecus uerò quando nõ ſufficeret uſui cuiuslibet domus aqua, tunc poſſet rectè feudatarius à dño directo prohiberi, quare in propoſito crediderim, paruulũ aquæ riuulũ ſecũdo petẽti à principe cõceſſum nõ poſſe per cõceſſionẽ primã impedi-
4 ri, † præſertim cum minimũ hoc ſit, quod in nulla cõſideratione eſſe
5 reperitur x, † hinc Angelus, Imola, et Moderniores inquiũt a, iubẽte ſtatuto, ne foreſiſes domũ in ciuitate acquirant, non erunt uerunta-
men

r .l. per quam. ff. de ſerui. ruſti. predio. Alex. cõſ. 22. lib. 4.
ſ In. l. ex facto §. i. ff. de uulg. & pupil.
t In, c. 1. §. ſi quis de manſo. col. 5. de cõtro. inue.
u In. l. in cõcedendo. ff. de aqua. pluui. arcen.
x .l. ſcio. ff. de reſti. in integr. c. cum te. de re. iudic.
a In. l cẽtera. §. marcellus. ff. de leg. 1.

men excluſi,quin domunculam in ciuitate ipſa paruulam uel emant
uel cõſtruere ualeant [b],Sic etiam dicimus,pro modica iniuria dona-
tionem nõ reuocari [c], neq; ex paruo ſolemnitatis defectu rem uiciari
6 [d],† æque uidemus, alienationem bonorum eccleſiæ prælatis interdi
7 ctam nõ extendi ad rem modicam [e],† quinimò conceſſio rerum ali
cui per Principẽ facta & ſi non intelligatur cum magno alterius dã-
no,exiſtimatur tamen data cum modico alterius cuiuſuis prȩiudicio
[f],nam & hoc idem plurimum Bartolus iuuat, dum inquit [g],ab ini-
tio qui legitimè duxit aquam de flumine publico in eum locum,ubi
molendinũ ipſe conſtruxit, nõ prohibebit me ex altera parte flumi-
nis ducentem aquam ad molendinum meũ, ſi modo nihil ob id ſuo
molendino nocitum ſit,quamuis noceret futuris molendinis ab illo
uel ab altero ædificandis, uel ſi huic primo aqua deficeret ſui ipſius
culpa,nõ ideò minor ſecundo præſtanda foret,paria enim ſunt, ſuf-
ficere aliquid tibi,aut per te factum eſſe quominus ſufficiat, hinc eſt,
quod pater,ad quem dotare filiam pertinet, ſi filia dilapidaſſet dotẽ
8 culpa & facto ſuo,non adſtringeretur amplius dotare [h],† & bene-
ficiorum,quæ pauperibus cõcedi ſolent,indignus iudicatur ille, qui
facto ſuo ad egeſtatẽ,indigentiamq; peruenit [i], & primo iſti impu-
tabitur iuſtè quidem, ſe nõ uſum fuiſſe per longum atq; longiſſimũ
tempus aquæ ductu gratia molendi ſibi anteà conceſſo, ideirco con-
9 ceſſionem huiuſmodi omnem amiſerit prorſus [k],† Præterea cõceſ-
ſio aquæductus ſimplex ſic debet interpretari, ut quatenus petẽti o-
pus eſſet aqua,eatenus eidẽ conceſſa fuerit & nõ ultra [l],nec ab re An
gelus ait [m], habenti ius aquæ ducendæ ad molendinũ nõ licere pro-
pter aquarum copiam molendinum aliud facere,nec obſtat,quia pri
mus iſte allegat antiquiſſimam totius aquæ poſſeſſionem, ſicq; præ
10 ferri uellet habenti iuniorem,ſcire licet,† in poſſeſſorio iudicio ita de
mum habẽtem poſſeſſionem,uetuſtiorem anteponi debere,ſi uterq;
litigatorum æquis probationibus docuerit,ſe tempore litis cõteſtatȩ
poſſeſſionẽ habuiſſe [n],enimuerò quando probat alter, ſe poſſidere
tempore cœptæ litis, alter autem non oſtendit, ſe poſſediſſe tempo-
rȩ inchoatæ litis, ſed probat tantũ de antiquiori poſſeſſiõe,futurus
eſt in iudicio uictor,qui poſſediſſe tempore cõteſtatȩ litis demõſtrat
[o],deniq; tametſi in alijs iudicijs eſſet ſecus, in poſſeſſorio tamẽ aquæ
ducendæ nõ præfertur ille,qui probat de antiquiori poſſeſſiõe, uerũ
11 ille duntaxat anteponitur,qui hoc anno aquam duxit [p],† & quãdo
aqua ducitur ex publico flumine,ut præſcribatur ius aquæ ducendȩ,
nõ ſufficit lõgum tempus,ſed tantum in eius præſcriptiõe implenda
deſideratur,cuius initij memoria nõ extet [q],aut etiam ſi poſſeſſionẽ,
cuius initij memoria nulla ſit, hic primus ſe habere cõtenderet, nihil
ueruntamen prodeſſet eidem, quoniam talis poſſeſſio iure munici-
pali ciuitatis uetita eſt, undè nõ opitulabitur quoquo modo ei, qui
poſſeſſiõem huiuſmodi poſſidere nõ poteſt,quamquam ex priuile-
gio principis ſic poſſidere poſſe datũ fuiſſet [r], aut ſi primus hic pro
ſe alle-

b Rom: in ſing. ſuo. 554. incipi. ſtatutum prohibet.
c .l. ſi. C. de reuocan. donati.
d .l. quãuis. ff. de condi & demonſtra.
e .c. terrulas. 12. q. 2.
f Veronens. in tract. ſeruitu. ruſticarum. in titu. de ſeruitu. aquæductus. col. 29. uerſ. 4. dubitari.
g In. l. nõ modus. C. de ſerui. & aqua.
h Bar. In l. ſi cum dotem. §. ſi poſt. ff. ſolu. matri.
i Ioa. And. in. c. quæ in eccleſiarũ. de cõſti. l. penul. ff. de iure. doti.
k .l. ſi ſic conſtituta. l. ſic cõmunem. §. ſi is qui. ff. quemad. ſeruit. amit.
l .l. ergo. in ſi. ff. de ſerui. ruſtico. prædio.
m In. l. is qui duo. ff. de ſerui. ruſti. prædi.
n .l. ſi duo. Bar. & alij. ff. uti poſſi.
o .§. hodie. inſtitut. de interdic.
p .l. 1. §. illud tamẽ. & .§. quod autem. ff. de aqua. quotidia. et æſti.
q .l. uſum aquæ. l. diligẽter. ubi Bar. C. de aquædu. lib. xi.
r Abb. in. c. cauſam. in primo. notab. de præſcrip.

ſe allegaret titulum aliquem iuſtum,quem poſſe probare ex ſola de-
cennali poſſeſſione inter præſentes & uicennali inter abſentes [ſ],affir-
12 met non ideò in iudicio ſuperior cum ſecundo eſſet,† niſi cōſtet, eū,
ad quem ſpectat,aquam concedere,continuè ſciuiſſe paſſumq; fuiſſe
illum tempore præſcripto pacificè poſſediſſe,ſic Bartolus [t],ſic Pau-
lus Caſtrenſis [u],ſic Alexander [x],atq; Felinus [a],annotarūt, deniq; ad
uerſus illum,qui allegat titulum,& longa ſui poſſeſſione eundē pro-
bat,ſi uigeat præſumptio,qua exolet præcedens regula ipſa & allegā-
ti titulum cum pacientia domini minus prodeſt [b], ſed contra primū
adducitur,non eſſe credendū, Principem uoluiſſe, municipum iure
contradicente,concedere huic fluminis aquam,igitur fruſtratoria ip
ſius tituli allegatio erit,uel ſi permiſerimus titulum iuſtum poſſe ad-
13 duci, † non tamen opitulabitur ei,qui in libello titulum hunc non al
legauit,ſed poſteà tantum proponit [c], & ubi in libello expreſſiſſet
14 eundem, † incumberet ipſi quoq; munus probandi , ſe totiens iure
allegati tituli locaſſe alijs aquam huiuſmodi,quotiens ipſam locauit,
alioqui ſi uirtute ipſius tituli ſe locaſſe aquam non oſtenderet, allega
tum nunc titulum prodeſſe in nihilo ei,Alexander putat [d].

ſ l.cum de in rem uerſ. ff. de uſu.
t In. l. i §. deniq. ff. de aqua. plu. arcen.
u In. l. ſeruitutes. la. grande. ff. de ſerui.
x In conſ.9.lib.3.& in conſ.17.lib.4.
a In. c ſicut. col. 20. de re.iudi.
b Butri.in.c.cum apoſtolica: de his. quæ ſi.à prælat, ſi. con. ca.Iaſ.in. l. ſi certis annis uerſ.xi. limita.C.de pact.
c Sali.in. d. l. cum de in rem uerſ.in.i.q. & in.d.l. ſi. certis annis.col penul.et Iaſ. ibi.
d In conſ.113.lib.1.

1 Vſufructuarius nolens reficere partem domus,in qua uſumfructum habet , ab omni ſuo iure cadit.
2 Conductor iniquè agens in re conducta expelli de illa poteſt.
3 Vaſallus malè agens in feudo priuatur illo.
4 Vſusfructus quibus caſibus pro parte amittatur,& pro parte retineatur.
5 Pœna inſolidum quando committatur, licet in parte rei tantum contrafactum ſit.

Caput LVII.

VSufructuarium nolentem domum labentem ac rui-
noſam pro illa,qua uſumfructum accipit,parte refice-
re,ab omni iure ſuo caſurū opinor,emphyteuta nam-
què malè & perperam in emphyteuſi agens à iure de-
1 cidit emphyteutico [e],† idem ergo iuris de uſufructua
rio eſſe Caſtrēſis probè animaduertit [f], & Moderniores inquiūt [g],
ſi emphyteuta,qui habet ius longe potentius , poteſt ex malo ipſius
uſu expelli,quanto fortius uſufructuario,qui minus iuris atq; debi-
2 lius in fundo retinet,accidere debet , † & Barbatia aliquando inter-
rogatus ita reſpōdit [h],conductorem rei iniquè agentem in re condu
cta,iure conductionis priuari oportere,cernimus enim,ipſe ait,illum
qui malè uerſatur & negligens eſt in officio ſibi commiſſo , priuari
illo [i], † itidemq; uaſallus in feudo ſic agens de illo pellitur [k],cum ita-
3 què noluerit uſufructuarius reficere domum pro parte uſusfructus
percepti,& impenſa erat modica adhibenda [l],nō ſat illi erit, ſi impēſę
factæ partē obtulerit infra quadrimeſtre tēpus reficienti eam,quo ſa-
nè caſu non poſſe iure ſuo priuari uidebatur [m],quoniam prudentes
dictū illud [n],eſſe uerū aſſentiunt, in duobus ſocijs habentibus æque
par ius in re,quorum alter alterum portione ſua priuare non poterat

e Docto in. l. diuortio. §. ſi fundum. ff. ſolu.matri.
f In auth.qui rem.C. de ſacro.ſanc. eccle.
g in.l.titia.§.titia.col. 84.&.85.ff.de.le. 2.
h In conſ.56.lib.2.
i l.eum qui res. C.de procurato.
k c. i. §. quicunq. de pace.tenen.
l l.hactenus ff. de uſufru.
m l. ſi inter fratres. §. idem reſpondit. el. 2.ff.pro ſoci.
n In d.§.idē.reſpōdit.

propter negligentiam & deſidiam ipſius, ſed ob eam duntaxat cauſam, quod impenſam refectionis pro parte ſua dare renuerit, priuationi locus fit, undè extendi non oportet ad caſum hunc præſentem, in quo alter proprietarius eſt, alter uerò uſusfructus partem tantum recipit, debiliuſq; ius in re habet, Dicet forſan uſufructuarius hic, ſe catenus priuari iure ſibi competenti poſſe, quatenus negligentiam in re ipſa adhibuit, per conſequens non agri arui & nemoris uſufructu exui debere, ſed domus tantum ruſticalis habitationem, & uſum perdidiſſe [o], nam illum, qui malè uerſatur in parte aliqua rei, quam tenet uel uſusfructus, uel emphyteuſis iure, ab omni re decidere prorſus, Baldus [p], Barbitiauè [q], exiſtimat, † neq; his contradicunt ſapientum nuper adductæ leges, quandoquidē loquantur ſolum, ubi uſusfructus amittitur per non uſum, uel per rei mutationem, aut ſimilia, ſi enim uſumfructum perceperit aliquis pro parte, pro alia uerò parte uſus longo tempore iure ſuo nō fuerit, perdit utiq; ius pro illa parte, qua uſumfructum nō habuit, pro alia quidem retinens, aliud eſt, quādo agitur de uſufructu amittendo, qui ea ratione perditur, quoniam re illa in totum uel pro parte abutatur, et Angelum de quęſtione conſimili diſceptantem [r], nonnunquā legiſſe me modò recordatio ſubit, † ſi hoſpitale pauperum in rebus diuerſis teſtator hæredem fecerit, uetueritq;, rem certam ex illis alienari priuationis pœna contrafacienti in dicta, & pars eiuſdem rei diſtracta fuerit, pœnā in ſolidum eſſe commiſſam, & conducens plures res in uno locationis cōtractu expreſſas, ſub unaq; certa mercede conſtitutas, & male una tātū utatur, omnibus priuari meritò rebus poterit [ſ], & deteriorata ruſticali domo, totus ager deterior redditur, minoriſq; æſtimatur, cum rei æſtimatio ſit facienda de re tota non etiam per partes eius [t], quotienſcunq; priuationis cauſa admiſſa eſt in certa rei parte reſpicit effectu ipſo rem totam, quare cędens arbores frugiferas priuatur uſufructu uel emphyteuſi totius fundi, ſicq; uaſallus diſtrahens uti dominus directus feudi partem, priuatur toto feudo, licet enim alienatio fiat tantum in parte, eius tamen effectus partem omnem penitus reſpicit [u], deniq; & ſi alias incidens arbores cæduas non cadat ab emphyteuſi uel uſufructu, quia utitur re ad uſum deſtinatum, ubi tamē inciderit frugiferas fundumq; deteriorauerit, priuari debet iure ſuo [x], uti factum eſſe in occurrenti quæſtione nobis relatum fuit.

4 (margin, at "ſus, Baldus")
5 (margin, at "tio ſubit")

o l. excepta. l. placet. ff. quib. mod. uſuſfruc. amitta.
p In l. cum eiuſdem. ff. de ædilici. edic.
q In d. conſ. 36.
r In conſ. 168. teſtator in omnibus.
ſ Bal. in. l. ædem. C. loc.
t l. Meuius. §. fi. ff. famil. herciſcun. glo. et Bar. in. l. i. C. cō. diuidun.
u Ioan. Andre. in. c. 2. de feud.
x Bal. d. §. ſi fundum Barba. d. conſ. 36.

1 Nepotes appellatione filiorum non continentur.
2 Nepos & ſi regulariter ſub nomine filiorum ueniret, aliquibus tamen caſibus nullo pacto compræhendi poterit.
3 Filius aut nepos non ſuccedit in locum ſui patris, niſi quum agitur de ſucceſſione uniuerſali directa.

Cap. LVIII.

Nepotes

1 NEpotes, † in ultimis uoluntatibus ſub filiorum uocabulo compræhendi, Bartolus ſæpe numero cenſuit [a], Rainerius autem, Baldus, Imola, & reliqui deinceps omnino ſecus eſſe autumarunt [b], Alexander non negat [c], Pontanus admittit [d], Aretinus id ipſum probat [e], Decius [f], & ante illum Socinus [g], teſtatur, & licet Bartolus legem generaliter inſcriptam [h], reſtringat ad ſpecialem unicum caſum propter odium iniuncti oneris tutelæ, generalis tamen illius legis adducta ratio Bartolo non mediocriter diſſentit, aliter enim filij, legislator inquit, aliter nepotes appellantur, aut ſi Bartolo magis quam iurecóſulto credere fas eſſet, † exoleret eius quidē ſententia, quando uer-
2 bum, filius, proferretur non ab aſcendente aliquo ſed ab alio tantum, tunc porrò nepos uocabulo filij non demonſtraretur [i], rurſus neq; Bartoli dictis aſſentiendum tradunt omnes, ſi filiorum aliquis ſuper uiueret, illo nempe caſu pro nepote denominatus filius non diceretur, uti Iacobus de Rauena, Cinus, Baldus, Angelus, & Imola ſimul addixerunt [k], ſimili modo deficit proculdubio Bartoli illa opinio, quādo nulli tempore mortis teſtatoris nepotes progeniti erant, tamẽſi poſt mortem naſcantur aliqui, non enim creditur teſtator de his poſteà natis cogitaſſe [l], ſententiæ deniq; noſtræ argumẽtatio à partium enumeratione rectè cōgruit, aut nepos uellet uenire perinde ac ſi appellatione filij cōtineretur nepos, & minimè poteſt, etymologia nāq; uocabuli de filio quāuis nepoti cōueniat, cōtradicit tamē ciuſdē filij diffinitio [m], nec non iuriſperitorū autoritas repugnat [n], quin etiā etymologia nepoti reſiſteret, ſi de nepote nō teſtatoris ſed alterius, uel de nepote nato poſt teſtatoris obitum quæreretur, uel hic nepos uellet cōpræhendi ſub nomine filij, quaſi ex cōmuni uſu loquēdi id receptū fuerit, & hoc prorſus falſum arbitramur [o], uel ait nepos, in
3 locū filij ſui anteceſſoris ſuccedere poſſe, & minimè audiri debet, † quoniā nepos in locū filij ita demū ſuccedit, ſi de ſucceſſione uniuerſali & directa agatur, ſecus quando de fideicōmiſſaria quęſtio exoretur, illo ſanè caſu nepos locum filij nequaquam obtinet, ſed filium admitti ſolum, Baldus, Florianus, Raphael [p], Aretinus [q], Commenſis [r], Alexander [ſ], & Decius noſter [t]; referunt, ratione illa permoti ſunt, in ſucceſſione per titulū directum & hæreditariū conſideratur iuris diſpoſitio, ut ſuccedat nepos in filij locum, & ſic patris ſui, at in ſucceſſione fideicōmiſſaria inſpicitur affectio, quā teſtator cenſetur habuiſſe magis ad proximiores in gradu, igitur diuerſum ius in uno atq; altero caſu dignoſcere quis non difficulter poterit.

a In. l. liberorū. ff. de uerb. ſignifi. & in. l. gallus. §. inſtituens. ff. de lib. & poſt.
b In. d. §. inſtituens.
c In conſ. i. col. 8. lib. i. & in conſ. 56. lib. 5.
d Conſ. 438. in. fi.
e In conſ. 146.
f Conſ. 95.
g In conſ. 104. col. i. li. 5. & in conſ. 152. li. i.
h In. l. quod ſi nepotes. ff. de teſtamen. tute.
i Soc. conſ. 14. col. i. lib. i.
k In. d. §. inſtituens. Soci. in. d. conſ. 14. in princip.
l Bar. Soci. & alij. in. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. & Soci. in d. conſ. 152.
m l. filium diffinimus ff. de his. qui. ſunt ſui. uel. alie. iur.
n Bar. in. d. l. liberorū. col. 4. & 5. uerſ. 2. principaliter.
o d. l. quod ſi nepotes.
p In. l. cū ita. §. in fideicōmiſſo. ff. de leg. 2.
q In. §. cū filius inſti. de hered. ab inteſta.
r Conſ. 106.
ſ Conſ. 205. lib. 4. & conſ. 129. lib. 5.
t Conſ. i. col. 2. & 5.

1 Emphyteuticus cōtractus eſſe cognoſcitur ex contrahentium uerbis, quæ ſunt forma & ſubſtantia conuentionis.
2 Verba notarij & inſtrumentorum debent intelligi ſecundum iuriſperitorum interpretationem.
3 Emphyteuſis eſſe ex quibus uerbis ius dicetur.
4 Colonus quas impenſas in agro, & quas locator facere teneatur.
5 Locatio renouāda de uiginti nouẽ annis in uiginti nouẽ annos dicit̃ eſſe perpetua.
6 Locatio ſimplex, item ad longum tempus quando emphyteuſi æquiparentur.

7 Conductor ad lõgum tẽpus & tãto mas gis perpetuus habet utile dominũ in re.

8 Conductor remiſſionem affictuum pe= tere quando ualeat.

Caput LIX.

ANtiquitatis uicio collapſam domũ an locator uel cõdu
ctor potius reficere debeat, petebãt iudices, quibus re=
ſpõdi ego, conductorẽ domũ reficere teneri, fuit enim
inter ipſum et locatorẽ emphyteuticus tantũ cõtractus
1 celebratus,† uti ex uerbis contrahentiũ huiuſmodi cõ=
ſtat dicentiũ, & hoc in emphyteuſim perpetuã &c. uerba nãq; cõtra=
ctus ſũt diligẽtius pẽſanda [u], quare ſi dixerit alquis, tolle tu pecuniã i=
ſtã, ut cognoſcamus in quo genere cõtractuũ prędicta uerba incaleãt
magis, debemus ante omnia intueri uerba præcedẽtia uel poſteà ſe=
quuta, ut ſi mutuũ, aut depoſitũ, uel cõmodatũ meminerit, cẽſeatur il
lius generis eſſe cõtractus, cuius mentio habita fuit [x], et Baldus alio=
qui fatetur [a], uerba cõtractus eſſe formã & ſubſtantiã cõuẽtionis inite
in propoſito igitur obice quũ, expreſſum ſit, rẽ dari in emphyteuſim
perpetuã, cõſtat emphyteuticũ eſſe cõtractũ, quod etiã atq; etiã dicere
nobis libet, quoniã prędicta uerba nõ ſolũ contrahẽtes, ſed et notari=
2 us, qui de tali rogatus eſt cõuẽtione, prodiderũt, unde ſuccedit,† ſcri=
bę & inſtrumẽti uerba debere intelligi, nõ ſecundũ uulgariũ expoſi=
tionẽ, ſed prout Iuriſperiti interpretãtur illa [b], ſicq; uerba hæc, in em=
phyteuſim perpetuã etc. nõ debebũt intelligi de locatione ſimplici dif
ferẽte à proprio cõtractu emphyteutico, uti aliquãdo uulgares et im=
3 periti capiũt ea,† accedat his meritò, quod emphyteuticus appellatur
cõtractus ſi uerba hęc adiecta fuerint, perpetuæ locationis etc. aut illa
ad meliorãdũ etc. [c], neq; ſupradictis cõtrariũ eſt, quia penſio annua=
tim pręſtatur, quę fructib9 rei locatæ correſpõdet, quo ſanè caſu loca=
tio potius, quã emphyteuſis denominãda uideretur [d], per conſequẽs
ſubſtãtia cõtractus nõ etiam ipſius uerba attendẽda forent [e], nã ipſe
dixerim, contrariũ prorſus præſumendũ eſſe, & qualitates ſubſtãtia=
les & intrinſecas ipſius emphyteuſis adeſſe, ſine quibus emphyteuſis
nequaq; eſſe poſſet [f], quãobrem ſi emphyteuſis nulla eſſe poſſit, niſi
affictus ſint lõge minores fructibus, credendũ eſt pariter, penſionem
fructibus nõ reſpõdere, uel eſto etiã, quod iſta eſſet locatio perpetua
4 nõ ideò ſecus, quã de emphyteuſi in caſu iſto probãdũ erit,† ubi quę=
rimus, quas facere colonus in agro impẽſas teneatur, & quas itidẽ do
minus preſtare debeat, ſic à Bartolo [g], quæſtionẽ diffinitiã legi, con=
ſuetudinẽ locorũ, dũmodo extet, imprimis conſulendã, aut ea ſi nul=
la ſit, colonus impenſas duntaxat adhibeat illas, quæ toto ſuę condu
ctionis tẽpore ſunt duraturæ, alias uerò, quæ longiori tẽpore in fun
do permanebunt, dominus omnes conficiat, idcirco colonus partia=
rius pro illo anno, quo fundũ cõduxit, foueas & reliqua culturæ ne=
ceſſaria præſtabit, conductor aũt ad longum tẽpus Bartolus inquit,
impenſam omni tempore illo conductionis duraturam impendet,
uerũ colonus iſte cõduxit rem in perpetuũ, uti nos inſtrumenti tenor

facilè

[u] l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichũ. ff. de uer= bo. oblig. Curci. cõ= ſil. 48 col. 7. & 8.

[x] Glo. Bar. & Alexã. in l. cum quid. ff. ſi cert. per.

[a] In. l. ſi. C. de fi. & le= gi.

[b] Bar in. l. ſi quis filia= bus. ff. de reitã. tut. Alex. conſi. 9. lib. 1.

[c] Alex. conſ. 117. col. pe. & ſi. lib. 4.

[d] Bal. in. c. litterę. col. 5. de dilation.

[e] l. ſi olei. C. locat.

[f] l. ſciendum. & ibi not. ff. de uerb. ob= lig.

[g] In. l. impenſæ. ff. de impenſ. in reb. dot. fac. Alex. in. l. diuor tio §. impendia. ff. ſo. uc. matrim.

facilè admonet, ergò reficere domum perpetuo duraturam tenetur,
huicq́ cõcluſioni noſtræ non aduerſatur, quod iſta nõ poſſit locatio
perpetua nuncupari, ſed ſolum dicatur eſſe locatio de uiginti nouem
5 annis in uiginti nouẽ annos &c, quandoquidem reſponſio illa ſit,†
perpetuam ea ratiõe rectiſſimè exiſtimari, quia nouari ipſa debet de
uiginti nouem annis in uiginti nouem annos, quẽadmodum in ſi-
mili uidere eſt, locatio in quinquennium cõcepta, dicitur eſſe ad bre-
ue tempus, ueruntamen ſi adijciatur, ut finito quinquẽnio, nouatio
rurſus ad aliud quinquẽnium fiat, erit ad longum tempus locatio fa-
cta, ſicuti Butrius [h], Alexanderq́ [i], cõmeminerunt, deniq́ haud dif-
ficulter id quoquè ſuaderi poteſt, nam ratio cur emphyteuta cogatur
reficere ædificia euerſa, illa ſola eſt, quoniam ipſe habet perpetuũ ius
& dominium in re, ſed hæc eadem ratio æque militat in conductore
6 perpetuo, idem ius igitur ſtatui oportebit [k], hinc eſt,† quod ſimplex
locatio & conductio emphyteuſi æquiparantur, ubi eadem ineſt ra-
tio [l], ſimili modo ad longum tempus facta locatio cum emphyteu-
7 ſi par eſt, ſi diuerſa ratio non flagitet aliud [m],† quod autẽ cõductor
nedum perpetuus, ſed etiam ad lõgum tempus duntaxat habeat u-
tile rei dominiũ, Alexander [n], Corneus [o], & alij ſatis ac ſuper docue-
runt, propoſitis quoq́ iunges, habẽs dominiũ ut.le antefertur habẽ-
ti directum in lucris percipiendis [p], quapropter in damnis ſubeun-
dis poſtponendus minimè erit [q], & Aretini obices [r], contrarij non
ſunt, aſſeuerantis conductorem ad longum tempus nõ teneri pro im-
penſis magnis & perpetuis &c, non enim loquitur Aretinus ipſe de
cõductore perpetuo, uti nunc diſſerimus ipſi, ſed fabulatur tantũ de
illo, qui conduxit ad annos uigintiquinq́ ſolum, et tũc abſurdũ nem-
pè foret, conductorem teneri ad impẽſas perpetuas, & ſic duraturas
ultra ſuæ conductionis tempus, at nos in diuerſis ambulantes uicis
aliud nõ immeritò reſcribendum eſſe putauimus, utrum autem pẽ-
ſio minor, quã promiſſa fuerit, ob agri ſterilitatem ſolui poſſit, om-
ni reſpectu crediderim, remiſſionem affictuum iniuſtè poſtulari, aut
hic eſt emphyteuta, & minorem ob ſterilitatis caſum penſionem nõ
præſtat [ſ], aut ſe conductorem aſſerit, & fructibus æquales præſtat
8 affictus,† tunc nequit petere remiſſionem, niſi propter intolerabile
damnum, & frugum ſterilitatem maximam, quæ non poſſit cum
alterius anni ubertate compenſari, atq́ alijs concurrentibus etiam [t].

h In. c. ad apoſtolicæ de donation.
i In conſ. 104. lib. 2.
k .l. ſi illud. ff. ad l. aqſ.
l Auth. qui rẽ. & ibi not. C. de ſac. ſanc. eccle.
m Fulge. conſil. 240. Soci. conſil. 167.
n conſ. 117. lib 4.
o conſil. 243. col. 2. lib. 3.
p .l. ſi quis id. §. differentia. ibi not. ff. de acqui. poſſ. toto ti. ff. & C ad treb.
q .l. ſecundũ naturã. ff de reg. iur.
r In conſil. 3.
ſ .l. 1. C. de iur. emphyt.
t .l. licet. ubi Docto. C. loca. & in. l. merces. §. uis maior. ff. eo. & in. c. propter ſterilitatẽ. de loca.

1 Ius proprium Iudæorũ, ſi à iure cõmuni improbatum nõ ſit, inter ipſos eſt obſeruandum.
2 Iudæi facientes mentionem de iure ſimpliciter, intelliguntur ſenſiſſe de iure proprio ipſorum, non autem de iure noſtro communi.
3 Iuris nomen ab aliquo prolatum quãdo non intelligatur dictum de iure Romanorum.
4 Ius ſpeciale municipum derogans iuri cõmuni attenditur magis inter ipſos municipes quam ius commune.

Caput LX.

IVdæos, qui inuicem iurgantes arbitros ex ipſis quoſ
dam & arbitratores nõnullos elegerunt, poteſtatem
illis tribuentes, ut de iure tãtum decidant motas quæ-
ſtiones, de quo iure ſenſiſſe, olim dubitabatur, cæterũ
poſthac ambiguitatem nos omnem penitus adimen-
1 tes ad hunc propè modum diſſeruimus, † ius proprium Hebræorũ
ſi à iure noſtro cõmuni improbatum non ſit, inter ipſos obſeruandũ
2 eſſe autoritatis multæ uiri cõtendunt [u], † undè in cõpromiſſo quia
dictum fuit, de iure tantum arbitros ſententiam dicere poſſe, intelli-
gendum erit, de iure duntaxat iudæorum non etiam de iure noſtro
cõmuni, quamq; alias traditum ſit, in dubio factam iuris mentiõem
intelligi propter excellentiam oportere de iure cõmuni Quiritum [x],
3 illud uerumtamen ſtrictius atq; anguſtius plurifariam limitatur, †
primũ ut procedat tantum, quando iuris nomen profertur ab ipſis
legumlatoribus, ob excellentiam tunc de iure cõmuni Romanorum
illos ſenſiſſe putamus, aliud eſt, ubi uerbum illud exprimitur à perſo
nis, quarum conditio ſuadet, de alio iure, quo ipſę utuntur, quã iure
noſtro cõmuni, intelligendum eſſe, tum probè illius iuris, quo ſpe-
cialiter hæ perſonæ uti ſolent, mentiõem habitam credi Baldus ani-
maduertit [a], propterea ſimplici nomine ius prolatũ à iudæis ad ius
commune noſtrum nõ referemus [b], Secundo modo reſtringitur Iu-
ſtiniani ſanctio [c], ne ſibi locum paret, quãdo iuri cõmuni derogatur
per ius ſpeciale loci uel perſonarum, inter quas ſit de iure iudicandũ,
eo enim caſu intelligitur de illo iure ſpeciali, quod derogat iuri cõmu-
ni, quia tale ius ſpeciale in eo, in quo derogat, eſt potentius iure com
muni atq; excellentius, ſicq; ratio excellẽtiæ per Cæſarem allegata [d],
non militat in ipſo iure communi, ſed tantum uiget in illo ſpeciali, i-
deò intelligitur facta cõmemoratio illius iuris ſpecialis, item quia in
iure ſpeciali ipſo ineſt etiam ratio potioris ſignificatus [e], quare aſſen
tiendum eſt, de iure ſpeciali, quod derogat communi in compromiſ
ſo actum inter iudæos fuiſſe, quod illa præſertim ratione compro-
4 bari poteſt, † ſi compromiſſum fiat in aliquem de iure tãtum, inter-
pretamur, quod ſententia feratur non ſecundum ius commune cõ-
trarium ſtatuto, cui ſubſunt compromittentes, ſed ſecundum ipſo-
rum ius municipale, quod iuri communi derogat [f], uti etiam Decio
noſtro placuit [g], pro quibus propoſitis omnibus ratio illa eſt, lex cõ-
munis nititur ſolis uiribus ſuis, cæterum ius ſpeciale derogans com-
muni fulcitur autoritate propria, nec non ipſius legis cõmunis, quæ
uult ſibi derogari per ius ſpeciale [h], nimirum cum duplex uinculum
liget, ac deuinciat magis, & uerba in potiori ſignificatu ſint ſumẽda,
conſequens eſt, illud uerbum, de iure, cõmodius accipi pro iure ſpe-
ciali nitente duplici uinculo.

u Io. de ana. & Felin. in. c. iudæi. col. 2. uer. ſi. extra. glo. de iu-de. Iaſ. in. l. qui ſe patris C. unde lib.

x . §. ſed ius quidem ciuile. inſti. de iur. nat.

a In. c. cum ueniſſent col. 2 de eo. qui. mittit. in poſ.

b . l. plenum. §. equi-tij. ff. de uſu. & habit.

c In. d. §. ſed ius qui-dem ciuile

d In d. §. ſed ius qui-dem ciuile.

e . l. 1. §. qui in perpe-tuum. ff. ſi ager. ue-ctig. uel emphyt. petat.

f Doc. in. l. omnes populi. & ibi Cacia-lup. col. 1. &. 2. & Iaſ. col. 2. ff. de iuſt. & iur.

g In c. licet cauſam. col. 2. & 3 de prob.

h d. l. oĩa populi.

1 Ingredi poſſeſſionem propria autorita-te qui poteſt, licet à iudice petat nunciũ publicum, qui aſſociet in poſſeſſionẽ ipſum, nõ ideò tamen autoritati, quam habet, ſibi præiudicat.

2 Actus, qui poteſt fieri propria autoritate

non

non improbatur, licet aliùs actus inualidus immiſceatur illi.

3 Actus, qui poteſt duplici uia confici ſi uno modo perperam fiat, debebit nihilominus etiã non citata parte confirmari.

4 Clericus primæ tonſuræ non incedens habitu clericali an priuilegium cleri perdat.

5 Statuta quomodo ſecundum ius cõmune intelligenda ſint.

6 Epiſcopus derogare iuri canonico ſtatutis ſuis uel ſynodalibus quando poſſit.

7 Pœnam augere Epiſcopus cõtra ius cõmune quando ualeat.

Caput LXI.

QVamuis Titio ingrediendi poſſeſſiõem agri propria
autoritate facultas competeret, petijt idem à iudice ta
men, ſe aſſociari ad poſſeſſionem prædictam, ut ſecu-
rius & abſq; rixa poſſet autoritate illa in ingreſſu ipſo
1 fungi [i], † quo nempè caſu potuit iudex etiam nõ uo-
cata parte aduerſa adiungere huic petenti nuncium, qui comitetur il-
lum propria autoritate ingredientem fundum, cum talis actus ingre
diendi poſſeſſionem non fundetur in licentia ipſius iudicis, ſicut pru
dentes præfati hac de re ſermocinantes affirmant, licet itaq; iudex
uolens urbanius negocium peragere, & iuſtè petenti nuncium
publicum concedere, iuſſerit primum huius rei gratia aduerſam par-
2 tem in ius uocari, † & eſto etiam, quod in ius accerſitus per iudicem
ſecularem eſſet clericus, gauderetque priuilegio fori, & citatio facta
nulla eſſet, ob id ueruntamen non debet ingreſſus alterius uiciari,
qui poterat fieri ſolius propria autoritate, ſine iudicis ullo interueni-
ente actu, ex abundanti namq; iudex aditus fuit, & indè omnia poſt
modum illa ſequuta ſunt, meritò uiciare, actumq; ualidum corrum-
pere nequibunt [k], quinimò ſi imploraſſet Titius non aſſociationem
à iudice ſolam, ſed ingrediendi licentiam poſtulaſſet, & aduerſarius
eius gauderet priuilegio fori clericalis, ſicque citatio ſecularis iudicis
non ualeret, deberet tamen confirmari etiam parte non citata ingreſ-
3 ſus poſſeſſionis, qui poterat fieri propria autoritate, † nam ubicunq;
que actus poteſt duplici uia explicari, extra iudiciali & uia iudicia-
li, ſi intentata fuit uia iudicialis non interueniente legitima citatio-
ne, debebit nihilominus confirmari ille actus etiam non citata par-
te [l], hancque concluſionem tantò magis procedere ſciendum eſt,
4 quoniam aduerſarius iſte nullum fori priuilegium habet, † quam-
uis enim dubium atque anceps apud iuriſperitos ſit, an clericus pri-
mæ tonſuræ non incedens in habitu & tonſura clericali, & qui ex-
ercet ſecularem uitam, non immiſcendo ſe ipſum tamen rebus ſæuis,
perdat priuilegium clericale, non præcedente trina perſonali mo-
nitione [m], exploratum eſt uerumtamen propter ſynodalem mi-
hi exhibitam conſtitutionem priuilegium omne fori amiſiſſe, &
aduerſum concluſioni noſtræ minimè reor, ſi quiſpiam referat, ſy-
nodum ipſam interpretari atq; reſtringi oportere ſecundum iuris
communis normam, ut eidem locus non ſit, niſi trina denunciatiõe
perſonali, & nominatim præcedente [n], & ſolum procedere in alijs
clericorum

i Salic. in. l. creditores. C. de pignor. Imol. in. c. potuit. de locat.

k .l. non ſolent. ff. de reg. iur. l. quæ. dubitationis. eo. tit. c. examinata. de iudi.

l Bar. in. l. 2 C. de iure emphyt. per. l. 3. §. miſſum. ff. de carbon. edic.

m gloſ. Archid. in. c. quiſquis inuentus. 17. q. 4. Abb. in. c. fideli. de cler. coniuga. Alex. cõſ. 6. li. 1. & in conſi. 12. lib. 1.

n . c. ſi. de ui. & honeſ. cler. c. in audientia. de ſent. excom. Clẽ. 1. de uit. & honeſt. cleric.

5 clericorum priuilegijs ſynodũ illam [o], † cum ſtatuta ad ius com-
mune ſint prorſus referenda, ea ſanè ſupraſcripta omnia locum ha-
bent, Salic. inquit [p], ſi modo id ſalua ratiõe & ſtatuti uerbis fieri que
at, hic autem nõ poteſt fieri talis reſtrictio, quia nõ conueniũt uerba,
nec ſtatuti ratio, meritò ſecũdum ius commune non intelligemus il-
lud, illius namq; ſtatuti ratio fuit, quod multi fiũt clerici, qui ſine ha-
bitu & clericali tonſura incedunt, ut cõtemnentes laicorum iudicia
audacter ad facinora properent &c. quæ ratio adeò eſt generalis &
indefinita, quod cõuenit itidem his, qui nõ admoniti ſecũdum iuris
cõmunis traditam formam habitum & tonſuram dimittũt, ſed illud
6 obſtare nobis acriter forſan proponet aliquis, † nõ poteſt Epiſco-
pus ſynodalibus & ſtatutis ſuis derogare [q], communi iuri canonicò
requirenti trinam perſonalem monitionem &c. quam ſuſtuleris op-
poſitionem, ſi multis caſibus id Epiſcopo cõtra ius canonicum lice-
re dices [r], & ſi nequeat per ſentẽtiam mediante generali monitione
Epiſcopus priuilegio clericali priuare clericos ſecus quam deberent
7 incedentes, per ſtatutum ueruntamen hoc agere poterit, † Prælatus
enim ſtatuendo poteſt iuris pœnam augere, pœnamq; ſimili modo
inferre abſq; ulla monitione, ubi alioqui monitio iure communi de-
ſiderabatur [ſ].

o Soci. conſ. 12. col. 6. uerſ. nec obſtat.
p In l. ſi ſerui ueſtri. C. de noxal.
q .c. quod ſuper his. de maiorit. & obed.
r Moder. i. d. c. quod ſuper his.
ſ .c. 2. de conſtit. lib. 6. not. in c. romana de ſententia excomu. lib. 6.

1 Emphiteuſis eccleſię ex locatiõibus atq; penſionum ſolutionibus probatur.
2 Emphyteuta alienans emphyteuſim eccleſiæ nihilominus ab ea cadit, licet per pactum legis cõmiſſoriæ alienatio poſteà reſcindatur.
3 Emphyteuta alienans partẽ emphyteuſis, ſi iurauit ſimpliciter eam non diſtracturum, in omnibus peieraſſe dicitur.
4 Prælatus eccleſiæ collegiatæ non poteſt eidem abſq; capituli conſenſu præiudicare.
5 Emphyteuſis renouatio iuſtè denegatur, ubi propter factum uel culpam emphyteutæ reuerſa fuit ad dominum res.
6 Renouatio emphyteuſis quibus caſibus concedi ſolet, ijſdem poſtulari prohibetur, ſi res integra non ſit.
7 Renouatio emphyteuſis cõcedenda imprimis eſt proximioribus fœminis, quã maſculis in longiori gradu poſitis.
8 Poſſeſſio quotuplex inueniatur circa rẽ emphyteuticam.
9 Poſſidens ciuiliter poteſt autoritate propria naturaliter poſſidentem de poſſeſſione pellere.
10 Vſufructuarius finito uſufructu poteſt de fundo per dominum proprietatis autoritate propria expelli.

Caput LXII.

1 EMphyteuſim eccleſiæ, † uel ob id probari anteà diximus, quoniam locationum plura extẽt documenta, & penſionum ſolutiones æque annuatim factæ appareant [t], illum igitur cum propter generationem finitam, tum propter rationes alias ad eccleſiam pertinere autumo, pro regula obſeruatum ſemper in eccleſiaſtica emphyteuſi uidi, ad hæredes extraneos tranſitum non facere ipſam, ſed perempta linea primi emphyteutę ad eccleſiam emphyteutica bona redire [u], cui regulæ communi ſtandum eſt omninò, donec oſtendatur, nos eſſe in alio caſu, in quo poſſet contrariæ opinioni locus fieri, ſicuti la-

t Petr. de Anchar. in .c. ſi. de cauſ. poſſ. & propriet. Barbat. conſi. 11. col. 5. lib. 2.
u .§. emphyteuſim. et ibi not. in Auc. de non alien. gloſ. & Bar. in l. etiam. ff. ſolut. matrim. Caſtr. cõſ. 154. & 157. Alex. conſil. 83. col. 3. lib. 7.

cuti Iaſon ex pluribus ſcitiſſime alioqui deductis non obſcurè aperit
[x],atqui ſi oſtenderetur aliquis caſus, in quo dicta regula falſa ſit, ſtan
dum nihilominus foret prædictæ regulæ in eo loco, ubi floreret con
ſuetudo obſeruans indiſtinctè antedictam regulam, ſcimus namq;
in eccleſiarum emphyteuſi, ſpectandam eſſe imprimis conſuetudinē
loci uel eccleſiæ concedentis illam [a],& pro clariori intellectu obiectæ
quæſtionis hoc unum pręmonuiſſe uolui, quamuis directa linea de-
ſcendens primi emphyteutæ ſit finita per mortem poſthumi, ipſa ta
men emphyteuſis finem non accepit in perſona eiuſdem poſthumi,
ſed finita eſt in perſona patris illius per obitū patris eiuſdem, in per-
ſona porrò infantis poſthumi nullo tēpore emphyteuſis prędicta re-
ſedit, obijt nāq; poſthumus infans hæreditate nō adita per illius pa-
rētes habētes eū in poteſtate ſua, nec per eius tutores, ſicq; hæreditas
ipſa perinde habebatur, ac ſi nunquā ei delata fuiſſet [b], ideò non po-
tuit in antelata ſuccedere emphyteuſi, quæ accepta dataue fuit pro ſe
& hæredibus, quoniam hæres hic poſthumus non fuit [c], unde cum
in poſthumi perſona emphyteuſis non fuerit, nequiuit etiam in eius
perſona deficere, priuatio enim poteſt ibidem nulla eſſe, ubi habi-
tus non adfuit [d], quare ex prædictis liquet, emphyteuſim hanc perē-
ptam non eſſe in perſona poſthumi infantis, ſed per mortem ſui pa-
tris tantum eſſe defectam, Præterea alio quoq; modo emphyteuſis
in perſona patris eiuſdem poſthumi finem accepit, diſtraxit pater ui-
uens magnā emphyteuticæ rei, ignorante & irrequiſita eccleſia, par-
tem, quapropter ab omni emphyteutico iure cecidiſſe eundem agno
ſcimus [e], minuſq; aduerſarios iuuat, quoniam pactum de retrouen-
dendo cum emptore initum fuerit, id enim appoſitum non eſt incon
tinenti, ſeu in alienationis contractu ipſo, uerum poſtea ex interuallo
duntaxat inditum fuiſſe legimus, quare ius expellendi alienantem
quæſitum eccleſiæ antea erat, ob id de retrouendendo pactum ſubſe-
2 quens in nihilo prodeſt, † quinetiam ſi legis commiſſoriæ, & addi-
ctionis in diem conuentio non tempore uēditionis ſed poſtea inter-
ceſſiſſet nullam tamen à caducitate expurgationis cauſam emphyteu
tæ concederet, tametſi iure commiſſoriæ legis contractus alienatio-
nis reſcinderetur, quæ Baldus, Guilielmus de Cunio [f], & Iaſon [g], om
nia tradunt, neq; prodeſt quicquā, diſtractam pro parte tantum em-
phyteuticam rem eſſe, alienauit quippè eam iure proprio & nulla ec
cleſiæ, nullaue emphyteuſis habita mentione, itaq; perſonam directi
domini, quæ indiuidua eſt, non mediocriter ſpreuit, & ab omni tum
emphyteuſi ſic diſtrahentē cadere, Baldus, Iaſon [h], Albericus de Ro-
ſate [i], unanimi calculo animaduertunt, deniq; & hoc ſententiæ no-
ſtræ adiumento fore arbitramur, † quod ipſe emphyteuta primus
3 iure iurando præſtito affirmauit in eo emphyteuſis contractu, non
ſinere dictā rem emphyteuticā ad alios deuenire &c. quare per alie-
nationē partis in omnibus peieraſſe hunc credendū eſt, omniq; illius
cōtractus cōmodo carendum ipſi eſſe [k], quibus Canonica lex mini-

c me diſſen-

x In. l. ex quacunq; col. 6. ff. ſi quis. in ius. uoc. non ierit.

a Alex. in d. l. etiam Feli. & alij. in. c. in pręſentia. de proba.

b l. ſi infāti. C. de iure delib.

c per not. in. l. gallus §. etiam ſi à parente ff. d. lib. & poſthu.

d l. decem. ff. de uerb. oblig. l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur.

e l. fi. C. de iur. emphy. c. potuit. de loca.

f In. l. ab emptione. col. fi. ff. de pact.

g In. l. 3. numero. 158 C. de iur. emphy.

h In d. l. 3. numero 125.

i In. l. ædem. C. loca.

k l. ſi quis maior. C. de tranſac.

mè diſſentit, cùm, enim contrariũ aliquid non diſponat, in id ipſum
conuenire legem prædictam opinamur [l], Auguſtiꝗ; ſanctionem [m],
ſecundum iuris quoꝗ; Canonici regulas procedere ex eo depræhen
dimus, licet iure Canonico ſtatutũ ſit, emphyteutam in ſolutione Ca
nonis ceſſantem non prius quã totum bienniũ exceſſerit, ab eccleſia-
ſtica decidere emphyteuſi [n], ubi tamen iuraſſet certa die ſoluere, de-
mũ iuratam promiſſionem nõ impleuiſſet, bienniꝫ fine nõ expecta-
to emphyteutico iure emphyteutam priuatum acclamant omnes [o],
obeſtꝗ; minus, quia Prælatus eccleſiæ recipiendo poſt caducitatem
illam, ſolutiones penſionũ annuas, remiſiſſe caducitatẽ omnẽ uidea-
tur, nam ignorauit ipſe emphyteuſis alienationem, ac inde ſequutam
caducitatem, merito iuri, cuius nullam habuit notionem, renunciaſſe
4 dici non poteſt, † aut etiam putarim, cum ſit eccleſia collegiata, non
potuiſſe abſꝗ; capituli & Canonicorum aſſenſu Prælatum ſuis affi-
ctuum receptionibus & propria eius taciturnitate eccleſiæ præiudi-
care [p], nec poterũt extranei hæredes quamuis agnati emphyteutæ fo
rẽt, renouationẽ ab eadem petere eccleſia, neꝗ;, ſi denegetur, appella-
re, in caſu namꝗ; propoſito fingimus, emphyteuſim non finitam ſo-
lum ob defectam lineam, uerum & ob diſtractionem emphyteuſis
cõmiſſam, quo ſupremo caſu non adſtringitur directus dominus no
5 uationem illius in agnatorũ perſonam facere, † quotiens quidem re-
troceſſit ad dominum directum emphyteutica res propter factũ aut
culpam emphyteutæ, ut puta, ſi debitum Canonem non præſtitit,
uel rem ipſam alienauit, totiens nouationis poſtulationem nõ rectè
fieri, nouationemꝗ; haud oportere concedi, Pontanus ſcribit [q], Ale-
xander reſpondit [r], Philippus Decius meminit [ſ], & Iaſon in tracta-
6 culo ſuo optimè receſuit [t], † uel ponamus reuerſam emphyteuſim ad
eccleſiã dumtaxat, quoniam emphyteutæ primi directa linea defece-
rit, non ideò poſſet renouatio implorari, quando res integra non eſt,
ueluti alteri ubi emphyteuſis iure locata res eſſet, quod Romanus i-
tidem enarrat [u], Alexander affirmat [x], Raphael Fulgoſius explicat
[a], & nos quoꝗ; anteriore loco fuſius attigimus, deniꝗ; præterea noua
7 tio emphyteuſis ſi poſſet per extraneos hæredes poſtulari, † conce-
denda imprimis eſſet fœminis illis, quæ per fœminam ſunt coniun-
ctæ, & proximiores defuncto ſunt, quã maſculi, & per maſculum
deſcendentes, uti Baldo primũ [b], & Iaſoni demũ atteſtari nõ impro-
bè uiſum eſt [c], quapropter fœminæ ubi aliquæ proximiores adeſ-
ſent remotioribus aliꝫs agnatis omnibus præponi deberent, & re-
nouationem ſi eccleſia proximioribus hiſce fœminis conceſſerit,
dicedũ eſt, poſſeſſionem emphyteuticæ rei partim eſſe apud eccle-
8 ſiam, & partim apud fœminas extare, † In emphyteuticis pla-
nè rebus duplicem eſſe poſſeſſionem comperimus, alteram reſpectu
rei, alteram uerò circa ius emphyteuicum, poſſeſſio ſane naturalis
in re ipſa ad emphyteutam ſolum pertinet, atqui ciuilis eiuſdem rei
ſoli domino dicata eſt, ſed quantum ad poſſeſſionem emph yteutici

iuris

l c. I. ibi not. de noui oper. nunci.
m In d. l. ſi. q. maior.
n d. c. potuit. de loca.
o In. d. l. ſi. q. maior.
p Iaſ. & omnes in. l. 2. numero. 130. C. de iur. emphy.
q conſ 212. in prin.
r In conſ. 6. lib. 3.
ſ Conſ 329. ad fi.
t in. l 2. numero. 21. C. de iur. emphy.
u In conſ 70.
x conſ. 35. lib. 7.
a In cõſ. 9. incip. Abbas monaſterij.
b In. c. i. quẽadmod. feud. ad fili. perti.
c In. d. l. 2.

iuris ſpectat, omnis quaſi poſſeſſio tam naturalis quam ciuilis eſt ſolius emphyteutæ propter patientiam, quampræſtat illi dominus [d], & his argumento non leui eſſe conſtat, quod Bartolus & reliqui de poſſeſſione uſufructuarij nonnunquã addixerunt [e], cum igitur emphyteuticum ius, de quo diſceptamus, fuerit legitimè euictum primis emphyteutis ob eorũ culpã atq; translatũ in fœminas proximiores, nõ obſcure liquet, primos emphyteutas omni iuri omniq; poſſeſſione priuatos non immeritò dici, idq; multo minus ad ipſorũ ſcriptos hæredes extraneos produci [f], uel naturalem aliquã poſſeſſionẽ quoquomodo ſi emphyteutę primi retinuiſſent, potuiſſet uerũtamẽ dominus autoritate propria emphyteutam, qui à iure cecidiſſet ſuo,
9 de poſſeſſione pellere [g], † Pro regula enim receptum eſt, habentem naturalem ſolam poſſeſſionem de ipſa propria autoritate ab habente ciuilem poſſe detrudi [h], & nemo ambigit, finito uſufructu, uſufructuarium, cui tantum naturalis poſſeſſio abſq; iure uſusfructus remanet, à proprietario ciuiliter poſſidente autoritate propria expelli [i].

d Doct. in. l. 3. §. ex cõtrario. max. Iaſ. ibi numero. 44. ff. de acqui. poſſ.
e In. l. naturaliter. in princ. ff. de acqui. poſſ.
f l. cum heredes. ff. de acqui. poſſ.
g d. l. 2. & ibi not.
h Bar. in. l. 3. C. de pignor. Alex. cõſ. 99. col. 4. uerſi. & ad oſtendendum. li. 5. Corn. conſil. 280. uerſi. item in dicto inſtrumento. lib. 3.
i Imol. conſ. 16.

1 Emphyteuta uſufructuario ſimilis eſt.
2 Meliorationes ſuas poteſt emphiteuta, in cuius perſona emphyteuſis finitur, transferre in quemlibet extraneum ſeruata forma in his obſeruari ſolita.
3 Feudum alienare dotis cauſa uel propter nuptias donationis poteſt ille, in cuius perſona finitur.
4 Emphyteuſim in perſona patris finiendam poteſt nihilominus idem pater pro dote filiæ dare.
5 Abſurda multa inſequerentur, ſi emphyteuſim ea ratione alienari nõn poſſe diceremus, quoniam in perſona diſtrahentis finem ſit emphyteuſis habitura.
6 Vſusfructus cedi non poteſt, licet ſit ſecus in fructuum perceptione.

Caput LXIII.

MEliorationes in re emphyteutica factas per emphyteutam rectè diſtrahi Cæſar concedit [k], dummodo dominus primum de hoc certioretur, duoſq; mẽſes emphyteuta à die inſinuationis domino factæ reſponſionem ipſius domini expectet, quo dilapſo tempore ius diſtrahendi alteri emponemata ſua competit, cæterum iuxta generalẽ hanc alienationis conceſſionem hæſitarunt plurimi, & nunquid ad emphyteuſim illam, quæ per mortem emphyteutæ ad dominum eſt reuerſura, prædicta generalis conſtitutio produci deberet, anxie eſſlagitabatur, non producendam ad hunc præſentẽ caſum ratio illa ſuadebat, quod res fideicommiſſariæ addita reſtitutioni non queat ullo diſtractionis titulo uenundari [l], & quando emphyteuſis finẽ in perſona emphyteutæ eſt acceptura reſtitutioni pariter ſubiacere uidetur, merito de melioramẽtis diſponi haud poſſe aſſeuerabãt quidã, Rurſus obſtabat pariter illud, quoniã uſusfructus, qui morte tollitur, alteri quã domino ſi cedatur, in quenquã nullo modo tranſit, ſed ad dominũ proprietatis redit [m], idẽ itaq; ius uſufructuarij exemplo in em-
1 phyteuta, † qui ſimilis uſufructuario eſt [n], conſtitutum aiebant, pro-

k In. l. fi. C. de iur. emphy.
l Auth. res quę. C. cõ. de leg.
m §. item finitur. inſti. de uſufruc. l. ſi uſusfruct. ff. de iur. doc.
n Soci. conſi. 197. col. 4. uerſ. poſtremo etc.

quibus Fulgoſij [o],ſententiam adduxerim ego, affirmantis meliora-
tiones huiuſmodi in oblato themate eccleſiæ fieri,ad hæredesq; extra
2 neos nequaquã tranſire,† quibus porrò diligenter utrinq; penſatis,
reor,alteram partem longè iuſtiorem,tutioremuè ab omnibus am-
plexandam eſſe, generali quapiam conſtitutione emphyteutis per-
mittit Imperator [p],ſuarum meliorationum diſtractionem nullo,ni-
ſi duorum menſium,tempore nulloq; caſu diſtinctionem aliquam
iungens,idcirco & nos diſtinctionem hanc addere iſtam,haud pro-
bè decet [q], ſi etiam nec à remotioribus terminis argumenta ſumere
3 liceat,non diffitebimur,† illum,qui ſibi tantum non etiam poſteris
feudum poſſidet,non prohiberi idem feudum dotis gratia ſiuè pro-
pter nuptias donationis alienare [r], item ius colligendi fructus mihi
competens pro illo tempore,quo uitam uixero, in alium transferre
nuſquã prohibeor [ſ], & Salicetus poſt Baldum in hanc ipſe ſenten-
4 tiam uenit [t],dicens, † pater habens rem in emphyteuſim finiendam
in patris eiuſdem perſona poteſt illam pro dote filiæ nihilominus da-
re,nullam enim impedimenti rationem,dum requiſita in alienatione
emphyteuſis commemorant ſcribentes [u],enarrari ſcio,per quam ne-
ceſſe ſit,emphyteuſim ſempiternam eſſe,& nunquã finis metam at-
5 tingere,ut alienari queat, † Poſtremò inſurgit aliud, ſi non ualeret
emphyteuta illa ratione emphyteuſim diſtrahere, quia in ſui perſo-
na finiri deberet,abſurdum illud facile inſequeretur,quod Cæſaris et
Pontificum ſtatuta [x], coanguſtanda eſſent,nè locum ſibi uendicarẽt
in emphyteuſi eccleſiaſtica,quæ non excedit tertiam uel quartam ge-
nerationem,quamuis conceſſa fuerit in perpetuũ [a], ſimili modo eli-
manda reſtringendaq; illa forent, ut non procedãt,ubi emphyteuta
non haberet hæredem ad emphyteuſim idoneum [b],quæ omnia im-
probabilia & prorſus ſunt reſpuenda , nec his primo anteriore loco
propoſita contradicunt,Paulus namq; Caſtrenſis aſſeuerat [c],prohi-
bitionem illius legis procedere tantum,quando res eſt ſubiecta reſti-
tutioni ex cauſa legati uel fideicommiſſi , & tunc non procedit etiam
indiſtinctè,ſed ita demum ſi ſubiecta ſit reſtitutioni non purè ſed ſub
conditione aut die incerta factæ,tunc aculeos illius prohibitiuæ legis
non porrigere uires,Cynus, Petrus,Albericus , & reliqui conſentiũt
omnes [d], uerum enimuerò eſt ſecus, ſi res ſubiecta ſit reſtitutio-
ni iure contractus , uel etiam ſubſtitutionis pupillaris directæ,
quia tunc nullo modo uetita eſt alienatio [e],non obeſt ſimili mo-
do obiectum aliud [f], quandoquidem locus eidem ſolum fiat in
6 illo uſusfructus caſu, † qui non poteſt idem eſſe in perſona ceſ-
ſionarij , ſicut fuerat in perſona cedentis , ſed alius erat , quem
non habebat cedens, nimirum transferri non potuit [g], ſecus
eſt in frugum perceptione , ac in alijs, quæ eadem propriè trans-
ſeunt in hæredem uel ſucceſſorem , quæ apud cedentem erant
[h], & in alienatione uſusfructus ſi mentio de hærede fiat , quia
de proprio & uero uſusfructus iure non poteſt intelligi , Baldus
inquit

[o] In conſil. 9. incipi. Abbas monaſterij.

[p] In.d.l. fi. & in. §. a deo inſti. locat.

[q] c. quia. circa. de priuileg.

[r] c. nuper. de donat. int. uir. & uxo.

[ſ] Inſti. de uſ. & habit. poſt princ. l. arboribus. §. uſufructuarius. ff. de uſufruc.

[t] In.d.l. fi. uerſ. quæro ab extra.

[u] In. c. potuit. de locat. & Iaſ. in. d. l. fi. numero. 15.

[x] In. d. c. potuit. & in d. l. fi.

[a] Iacob. de Belui. & Ang. in auth. de reſti. fideicõ. col. pen.

[b] Bar. & Alex. in. l. ſi mihi & Titio. ff. de uerb. oblig.

[c] In d. auth. res quæ.

[d] In. d. auth. res quæ.

[e] Paul. Caſtren. in. d. auth. res quę. Bal. in l. ſed ſi in conditione. §. ſi ſeruum. ff. de hæred. inſt.

[f] Per. §. item finitur.

[g] Aret. in. d. §. item finitur. ſuper glo. i.

[h] l. neceſſario. §. fi. & ibi Bal. ff. de peric. & com. rei. uendit.

inquit [i], de fructuum perceptione ſola actum credi, mecꝙ ipſum nihil mouet Raphaelis autoritas, cum & melioribus ratiõibus & probabilioribus argumentis illius relatam opinionem frigidam nimis atcꝙ fallacem damnauerint omnes.

1 Clandeſtinitas matrimonij non reddit illud nullum, necꝙ ſobolem illegitimã, licet pœnitentiam quandam irroget.
2 Verba illa, legitimè natis &c. non cõprçhendunt legitimatos.
3 Verba teſtatoris, ſi deceſſerit ſine filijs de legitimo matrimonio natis, compræhẽdunt legitimatum per ſubſequens matrimonium.
4 Legitimatus per ſubſequens matrimonium æquiparatur natis de legitimo matrimonio per uiam regulæ, & infra numero. 5.
5 Aequiparatio duorum per uiam regulæ facit, quod diſpoſitio quãtumuis ſtricta loquens de uno cõpræhendat alterum.
6 Legitimati per ſubſequens matrimonium filij ſuccedunt in feudo, quamuis alio modo legitimati ſucceſſionis illius ſint incapaces.
7 Legitimatus per ſubſequens matrimonium poteſt in Epiſcopum eligi, quãꝙ aliter legitimatus non poſſet.
8 Legitimatus aliter quam ex ſubſequenti matrimonio non cõpræhenditur in ſtatuto loquente de legitime nato.

Caput LXIIII.

TEſtatoris huiuſmodi uerba diebus his propoſita, ſi filius meus deceſſerit ſine filijs de legitimo matrimonio natis, ſubſtituo Gaium &c. ex quibus planè uerbis ſuborta contentio eſt, an ille, qui tempore ſuæ natiuitatis legitimos parentes nõ habuit, ſed poſt eius ortum matrimoniũ inter ipſos ſit celebratum, poſſit de legitimo matrimonio natus dici, putarim nempè ego, ſi matrimoniũ etiam clandeſtinum antè iſtius ortũ cum matre contraxerit pater, abſcꝙ dubio genitũ poſteà filium legitimè, ac de legitimo matrimonio ortũ eſſe,
1 † clandeſtinitas namcꝙ matrimonij nõ reddit illud illegitimum, nec ſobolem progenitam illegitimam facit, tametſi contrahentibus iſtis pœnitentia quædam iniungatur [k], cæterum quia talis clandeſtina deſponſatio ab initio facta non apparet, ſed tantum probatur matrimonium in faciem eccleſiæ poſt natalitium diem huius, de quo diſceptatur, nati contractum fuiſſe, quocirca nõ uidentur propoſita teſtatoris uerba ad illum rectè deduci, qui non eſt natus immediatè ex legitimo matrimonio, illa enim appoſita dictio, de, cauſam immediatam ſignificat [l], item qualitas illa, de legitimo matrimonio &c. iuncta illi participio procreatis, neceſſariò expoſtulare uidetur, exiſtẽtiam ſuam tempore, quo natus in lucem editus fuit, quis enim ignorat qualitatẽ adiectã uerbo eo ſenſu interpretari oportere, ut cũ tempore uerbi cõcordet [m], hincꝙ agnoſcimus, quod licet uerba hæc teſtatoris,
2 † ſi deceſſerit ſine filijs legitimis & naturalibus &c. cõtineãt legitimatos, illa tamen uerba, legitimè natis &c. non cõplectuntur legitimatos, ſicut Imolę, Frãciſco Aretino [n], Alexãdro [o], & Curtio [p],
3 probare ſatius uiſum fuit, † at cõtrariam partẽ dubio procul ueriorem exiſtimo, & hunc ante contractum matrimonium natũ atcꝙ cõceptum nihil ideò minus ad hęreditatem admitti, & per eũdem ſub
4 ſtitutos excludi prorſus cenſeo, † nã legitimatus per ſubſequẽs matrimoniũ, & legitimè natus, ſeu de legitimo matrimonio procreatus

i In d. §. ſi.
k .c. 2. & c. ſi. de clandeſ. deſponſ.
l Bar. in l. 1. §. emancipatus. ff. de cõiũ. cum emanc. liber.
m .l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxal.
n In. l. ex facto. in princ ff. de uulg. & pupill.
o Conſ. 87. lib. 2.
p Conſ. 55. & cõſ. 78.

q .l.cum quis. in fi.C. de natur.liber.

r .l. prima. ubi Bar. & alij. ff. de leg. 2. l. ſi quis ſeruo. C. de furt.

ſ .c. naturales. ſi de feu. fuerit.cōtr. int. dom.& agna.

t In.d.c.naturales.

u In. c. tanta. qui fil. ſint legit.

x .c. cum in cūctis. de elect.

a Glo. & Doct. in. c. innotuit. de e'ectiō.

b In conſil.13.col.2.

5 æquiparantur per uiā regulæ q,† & ubi æquiparātur duo per uiam
regulæ,diſpoſitio quantumcunq; anguſta loquens de uno,cōpræhē
6 dit itidem alterum r,† quare uidemus in feudo non ſuccedere filios
legitimatos, ſed tantū legitimè ſeu ex legitimo matrimonio natos ſ,
ſuccedunt tamen filij per ſubſequens matrimoniū legitimati, quod
Iacobus de Beluiſio tradit, Andreas de Iſernia affirmat,& eodē in lo
co t,Præpoſitus minimè refellit,Abbaſq; u, & Reliqui omnes uerū
id eſſe cōſentiunt,hacq; præſertim ratione adducti, quoniam legiti-
matio huiuſmodi retrotrahitur, ut perindè ſit ac ſi matrimonium ab
7 initio legitimè contractum fuiſſet,† & Abbas inquit promouēdus
in Epiſcopum debet ex legitimo conceptus eſſe matrimonio x,& ta
men qui legitimatus eſt per ſubſequens matrimonium Epiſcopus
6 eligi poteſt a,† & ſtatutum loquens de legitimè nato continet legi-
timatum ex ſubſequenti matrimonio, quāquàm alio modo legiti-
matos eo in ſtatuto non compræhendi Curtius nobis referat b, ex
quibus conſtat,retrotrahi legitimationem ad tempus illud, quo fuit
in utero conceptus hic filius,per cōſequens legitimè natus genituſq;
dici haud immeritò poteſt.

1 Tributum à collectis & ècōtra quid quā tumuè diſtet,& quid cuiuſq; propriū ſit.
2 Tributum reſpicit rem atq; illam comitatur ad quemcunq; tranſeat, collecta uerò perſonam tantum non etiam rem continet.
3 Collectā uniuerſitas pro neceſſitatibus publicis indicere poteſt,ſecus de tributis reſponſum eſt.
4 Munera perſonalia nō ſubit in alieno territorio ille,qui fundum in illo habet.
5 Clerici perſonalium munerum ſunt immunes.
6 Bona collectis ſubiecta, ſi ad clericorum manus aliquo titulo peruenerint,liberātur prorſus.
7 Prohibitum una uia non debet alia uia concedi.
8 Conditio tacita non poteſt retrotrahi in præiudicium tertij poſſeſſoris.
9 Bona ex principis decreto tributaria facta ſi ad clericos perueniant, tributaria nihilominus permanent.
10 Statutum laicorum quando, & quibus caſibus clericos liget.

Caput LXV.

c Bar. in. l. 1. C. de mu li. & in quo. loc. li. 2. Alex. cōſ. 68. li. 2.

d .ſtum poſſeſſor. §. fi. ff. de cenſib.

e In auth. item nulla communitas. C. de epiſc. & cleri.

f .l. i. §. qbus. ibi Bar. ff. quod cuiuſq; uniuer. Bar. in. l. 3. ff. de alim. & cib. leg.

1 TRibutum à collectis † differre uel ex eo quiſq; agno-
ſcet,quod tributum de fructibus prędiorum pēditur,
& rebus ipſis imponitur,collecta uerò nō rebus prin-
cipaliter ſed perſonis gratia rerum incumbit,minuſq;
neceſſarium eſt,ipſam de fructibus rei , cuius occaſiōe
2 datur,omnino præſtari c,† tributaria namq; prædia ſunt adeò reali
ter pro tributo obnoxia, ut ad quēcunq; etiam extraneū perueniant,
poſſit nihilominus poſſeſſor eorū pro ipſis conueniri d,at pro colle-
ctis hypothecata predia nō ſunt,idcircò in aliū quemq; ſi fecerint trā-
ſitum,non poſſeſſorem quidem ſed uenditorem dūtaxat conuenien-
3 dum,proſpexit Baldus e,† atq; oppidani municipes & cuiuſq; uni-
uerſitatis homines collectā pro neceſſitatibus publicis indicere ne-
4 quaq; iure prohibiti ſunt , quod in tributis non accidere ſcimus f, †
undè infertur,ratione fundi,quem habet aliquis in territorio alieno,
non

non poſſe cogi ad perſoluenda munera ſeu collectas, quæ perſonis
tantum propter res imponuntur [g], cuius concluſionis rationem il-
lam eſſe opinor, quia id potiſſimum inſpici decet, quod in rebus eſt
principale [h], cæterum collecta iniungitur principaliter homini pro-
pter res, igitur nihil refert, etiam ſi res in illo territorio adſit, in quo
exigitur collecta, quando perſona ditioni alterius loci ſubeſt, ab his
enimuero iuris communis traditionibus clericorum perſonas exci-
5 pies, † quum nequeant clerici perſonalibus huiuſmodi collectis præ
6 grauari [i], † & ubi aliqua bona collectis ſubiecta forent, cum primũ
uel ex ſucceſſione, uel alio quocunq; iuſto titulo ad clericum perue-
nerint, nõ poteſt illorum poſteà occaſione aliqua collecta imponi [k],
& licet alioqui dixerit Bartolus [l], quem imitatur Abbas [m], & alij ple
riq; multi nõ auerſantur [n], liberum eſſe laicis per indirectum prędia
ad clericos & eccleſias peruentura ſubiecta reddere omnia futuris im
ponendis oneribus, ueluti ſi laicorum omnium agros tributarios fa
ciant ac futuris collectis deſtinent ipſos &c. attamen ſatius fore puta
rim, contrariam opinionem aduerſus Bartolum, quæ receptior eſt,
& quam Baldus [o], Imola, Abbas [p], Paulus Caſtrenſis [q], atq; Feli-
nus [r], comprobarunt, amplexari oportere, ſtatuere enim, Felinus i-
nibi ait, quod munus mixtum ſit merè reale, implicat contradictio-
nem, nominaq; appellatiua immutantur, quod impoſſibile eſt [ſ], itẽ
fictionibus uia patefieri non ſolet, cæterum munus mixtum ſi merè
reale præſertim in præiudiciũ clericorum ab homine fieret, utiq; fi-
7 ctio contingeret huiuſmodi, † igitur quod una uia fieri nequit, alia
itidem concedi non debuit [t], & ſtatutum laicorum de collectis in ſe
8 continet tacitam conditionem, ſi imponentur, † quiæ planè cõditio
non poteſt retrotrahi in pręiudicium tertij poſſeſſoris, ideſt, clerici [u],
nimirũ Ludouicus Romanus [x], Cardinaliſq; [a], pariter ſententię nõ
9 diſſentiunt noſtrę, cui haud locus foret, † ubi tributum ex Principis
decreto inſtitutum fuerit, tunc eccleſia ſiuè clericus, ad quem res tribu
taria perueniſſet, illud iuſtè penderet, uti Bartolo ipſi [b], Baldo [c], ac la
ſoni [d], conficeri decens atq; probabile uiſum fuit, Neq; propoſitis e-
10 tiam oberit, † quoniam ſtatutum laicorum concerniens ſolemnitatẽ
actus adhibendam tempore contractus liget clericos contrahentes
cum laico abſq; ſolemnitate illa, reddatq; contractum inanem, cum
non potuerit ſubditus contrahere cum nõ ſubdito ſpreta lege ſui ſu-
perioris [e], per conſequens ex una parte contractu exiſtente nullo, ne-
ceſſe eſt ex utraq; nullum iudicari, ne claudicet ſed ultro citroq; obli-
gatorius fiat &c. [f], nam obicẽ iſtum ita demum procedere Abbas &
Felinus rati ſunt [g], ſi modò nullũ ex eo laicorũ ſtatuto fiat clericis prę
iudicium, quãq; enim ſtatutũ de laicis ſtatuẽs liget quoq; clericos cũ
laicis contrahentes, corrũpitur uerumtamẽ illud, Alexander reſpõdit
[h], quãdo præiudiciũ clericis ob id gignitur, deniq; illud uerũ eſt, tale
ſtatutũ ligare etiã clericos, ubi iudiciũ ageretur in foro ſeculari, ſecus
ſi in foro eccleſiaſtico lis mota fuiſſet [i], ſimili modo nõ eſt locus eidẽ
ſtatuto,

g Bar. in. l. ſiberis. §. ſola. ff. ad municip. & in . l. munerũ. §. patrimoniorum. ff. de mun. & honor.
h .l. ſi quis nec cãn. ff. ſi cert. pet.
i Auth . itẽ nulla cõmunitas. C. de epiſ. & cleri . c. non minus. de imun . eccle. & Alex. d. conſ. 68.
k glo. in. c. quãq;. de cenſib. lib 6.
l In. l. reſcripto. § ſciendum. ff. de mune. & hon.
m In. c. quod clericis. col. 9. de for. cõpet.
n Per Feli. in. c. eccleſia ſanctæ Marię de conſti.
o In. d. auth. item nulla cõmunitas. & in . l ſi. C. ſine cenſ. uel reliq.
p In. c. ſi. in ſi. de uit. & honeſ. cleric.
q In. l placet. C. de ſacr. ſanct. eccle.
r In. d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ . col. 28. & 29.
ſ . l. ſi quis in fun. di. ff. de leg. 1.
t Io. And. in. c. poſtulaſti. de for. cõpet.
u . l. qui potior . &. l. qui balneũ . ff. qui. poti. in pig.
x In. l. ſi publicanus. ff. de public.
a In. c. perpendimus. col. 30. de ſẽt. excõ.
b In conſi. incip. ſi aliqua poſſeſſio.
c In. l. neminẽ. C. de ſacr. ſanc. eccl.
d In. d. l placet.
e . c. 2. de maio. & obed. c. requiſiſti. de teſtam.
f Abb. in. d. c. quod clericis. col. 6. uerſ. ego uerò. Feli. in. d. . c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. 34.
g In. d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ.
h In. d. cõſi. 214. col. 5. lib. 2. & in conſil. 125. col. ſi. lib. 5.
i Alex. conſ. 215. col. 5. lib. 2.

ſtatuto, niſi Imperatoris autoritate cōditum ſit illud, cum uerò inferior quiq; alius Principe idipſum ſtatuerit, ad clericorum obligationem nuſquàm pertinere, Alexander haud improbè docuit [k],

[k] In conſil. 122. col. pen. lib. 5.

DE TEMPLO IVRISPRVDENTIAE ET SACROSANCTAE CANONICAE LEGIS SACRATISSIMO AD LECTORIS VSVM NOBILISSIMORVM PLVRIVM ROGATV EDITO.

Caput LXVI.

EGregium & memorabile illud ac rationis ingenuæ officium uos ò prudentes & reliqui deniq; auditores omnes, qui Bononienſi in gymnaſio operam impenditis ueſtram, omninò eſſe conſpicor ego: ut in quã quiſq; delatus ſortem fuerit, eam quam ornatiſſimè & totis ingenij uiribus amplificare, luculẽtamq; in dies reddere obnitatur; quidquid enim ſtudij & diligentiæ in ipſam exornandam, & uſui hominum commodiorem præſtandam uel attulerimus ipſi, decori equidem & ornamento noſtro collatum id omne cenſeri facilè iudicamus. Quod impræſentiarum igitur ad me attinet, qui à teneris (ut aiunt) unguiculis in ſacratiſſimo Iuriſprudentiæ & canonicæ diſciplinæ templo perdius atq; pernox ueterum, & probatiſſimorum uirorum monitis edoctus frequens incubui, uti temporis nunc fert conditio, loci poſtulat religio, & rei gerendæ efflagitat magnitudo, pauca de humanæ ac diuinæ legis inſigni ſplendore meminiſſe uolui: ex ipſo namq; uim & ſententiam unius atq; item alterius iuris nec longiore methodo quiſquis tenere poterit, quid enim melius, quam ſacratiſſimis intendere legibus? quid utilius? quid neceſſarium magis humano generi? quidq; ſanctius à Deo Optimo Maximo præſtari potuit? his planè legibus totus quantus quantus eſt orbis regitur, his Regna gubernantur, Imperia augentur, Reſpublica Chriſti fouetur, mali à probris prohibẽtur, boni ad uirtutem magis alliciuntur, & urbibus incolumitas & in omne æuum duratura ſalus tribuitur: Rudes poſtq; muri uicos omnes urbis illicò ambiere ſacroſanctis Deorum templis, ſacerdotibus, probiſq; & multiiugi artificij hominibus ciuitas hæc ſi decoretur, perpetuum atq; immutabile iudicium ſua cuiuis gentiũ tribuẽdi, quod meritò iuſtitiam prudentes appellitant, in ea præſertim adſit, ac ne dũ illius ciuitatis proprium, ſed naturale, & omnium gentium ius, neq; non populi Romani mores, legeſq;, Imperatorum conſtitutiones, duodecim tabularum iuſſa, Prætorum Edicta, Senatuſconſulta, Plebiſcita, ſapientiſſimorumq; uirorum opiniones & ſententiæ, quæ omnia ferè ciuilis

iuris

iuris nomen habent, iugiter obſeruentur: optimam tum & incolumē ciuitatem eſſe, boniſq; inſtitutam moribus, negabit nemo. Horum quippe omnium nonnulla in magiſtratibus creandis, illorumue diſcernendis officijs conſiſtunt, ut quid Senatus iubeat, quid decernat, quid demū prohibeat et imperet, haud fiat incognitum: quale officiū Conſulibus datum ſit, qua Præfecti prætorio, quaue Præfecti urbis, Quæſtores, Prætores perfungātur autoritate, quas uigilū Pręfectus excubias trahat, quæ nam Proconſulis, Præſidis, atq; Iudicum omnium in regendis prouincijs poteſtas fuerit, ex his haurire ciuilis ſapientiæ lectio diligens poſſit. Iudiciorum ſubinde primordia ſunt, quibus actor quo actionis genere apud iudicem experiri uelit demonſtrat: pleraq; in quos iudices, atq; arbitros iurgandi cauſa cōſentiendum ſit, iudiciorum ciuilium ſeriem qualem eſſe oporteat, quibus lamentationibus exheredati uel præteriti filij querelas aduerſus parentum inſanias, & è contra inſtituant, ut illorum inofficioſa Elogia expugnēt, quibus etiam actionibus hæreditatem petant, quibuſque ſingulas res uendicent, & uendicatas diuidant, ac religioſa cadauerum funera qualia eſſe debeant, miro ordine edocent. Aliqua mutui obligationem, errore dati condictionem, pecuniæ debitæ conſtitutionem ennarant: cum magiſtro nauis, uel inſtitore quopiam contrahentibus aduerſum exercitorem, uel eum, qui mercimonio inſtitorem præfecit, edicto ſubuenit Prætor: mulieri pro alio ſpondenti Marcus Syllanus & Velleius conſules rogatione ſua opitulantur: cu iuſuis uſui commodata, penes quemcunq; depoſita reſtitui, ſocietates iniri, cōmercia contrahi, legem locationis ſeruari, iuriſgentium mores ſuadent: multa de pignoratitijs nexibus diſſeruntur: de morboſis animalibus redhibendis, ne emptoribus uendentium obſint argutiæ tractantur, de inſtrumentorum fide, teſtium dignitate, ac probitate loquuntur, nuptiarum præterea ritus & ſponſalia, unde matrimonium, quod eſt naturali iure primitus circumplexum, profectum eſſe dicimus, ſubſequuntur, infectoq; coniugio, ut mulieribus dotes repoſcere liceat, ſumma æquitatis ratione conſulitur. Nec modicam imbecillis ætatis rationem habendam tabularum lex prior introduxit. Supremas defunctorum uoluntates pręcipuè ſpectandas uetuſtæ leges, Magiſtratuum autoritates, Principum ſanctiones ſolēnitatibus uel maximè adhibitis cenſuerunt, hinc promiſcuæ hæredum inſtitutiones exoriuntur, plurifariam uel loci uel temporis conditiones iunctæ dependent, hinc legata unius atq; item alterius generis & fideicommiſſa relicta debentur, quę ſi ad dodrantem uſq; producta ſint, rata probaq; exiſtimantur, ſin uero ſupra dodrantem exuperent, tribunus plebis Falcidius & conſul Pegaſus huiuſce autores intra definitum modum & reflectunt & minuūt. duodecim tab. legis ampliationes & correctiones honoraria lege Prætor in bonorum poſſeſſionibus dandis conſtituit, quibus angulos ſucceſſionū ciuilium impendio auxit. interdictis eidem Prætores, nè quidquam

operis ante nunciationis petitam ueniam in ſolo fiat, uetuerunt, futuro damno præcauere poſſeſſorem rei cogunt, alioqui aduerſarium in poſſeſſionem ire decernunt. Publicanorum intemperies, facinora comprimunt, poſtq; tandem agitur, qualem inter ſeſe homines munificentiam & liberalitatem exerceant, quo animi motu, quibus aljecti meritis id nitantur, an uel moribundi id cogitent, uel abſq; mortis prodigio bona cuipiam ſua liberè donent, quonàm pacto ſerui libertatibus potiantur, eaſq; iudicio liberali defenſitent, & natalibus hi primæuis reſtituantur, plurimæ leges tradidere. Rerum dominio ac poteſtate quēadmodum ipſos ſe collocupletent homines, deq; illarum poſſeſſione cum ciuili tum naturali conquirenda retinendaue non longè poſt ſcriptum eſt. Iudicata res quos pariat effectus, reorum non incerta confeſſio quā executionem expectet, æquè ſubtiliter inſeritur. Verbis quamobrem ſtipulatio concepta, per quam obligationibus primarijs fideiuſſores accedunt, ac plerumq; pactionum delegationes ſeu nouationes fiunt, legitimè uinciat & obliget, longiore tractatu à prudentiſſimis legum profeſſoribus diuulgatū comperimus, furta, rapinæ, latrocinia, illatæ iniuriæ coercentur, ſepulchri uiolatores, patroni cauſarum præuaricatores, fœdiſſimi latronum receptatores ſeuera porrò ultione plectuntur, qui aduerſus Rempublicam, Principem, eumuè, qui in urbe imperium & gladij poteſtatem habet, quo publica maieſtas lædatur, quidquam moliti fuerint, qui adulterium, aut ſtuprum fecerint, qui lenocinium hircino more perpeſſi ſunt, Iulius Cæſar geminis promulgatis legibus irritatiore gladio uindicat; ſicarios, & ueneficos, atq; hos omnes, qui promercalia uenena reproba habent, humani generis nimirum proditores Cornelius Sylla capite punit. In parentes aut liberos qui nefarias manus intulerunt, doloue malo eos necarunt, uiperis, canibus alligati, bouino corio inſuti, in mare uel fluuium demerſi, ſupplicio quidem inſigni, uitam finiunt. Qui falſa perhibent teſtimonia, qui re aut precario Iudicem corruperunt, qui uerba, aut ſigna cuiuslibet inſtrumenti amouerunt, legata uel fideicommiſſa qui ſibi propria adnotatione ſcripſerunt, deportationis pœna, bonorumq; omnium publicationis idem Sylla proſequitur. Intercipientes, ac proprijs uſibus rem Cæſaris, pecuniam ciuitatis, aut ſacram uel religioſam ſubijcientes, quod genus fraudis peculatum uocant, uehementi coertione leges, ſenatuſq; decreta contorquent. Iudicantium uel ſordem uel imperitiam prouocationis auxilium cohibet, in ſtatu priore appellantem reſtituens; in urbe municipes qualia ſubeant munera, quibus fungantur honoribus, quali prærogatiua gaudeant digniores, quā plurimis fertur legibus. His itaq; omnibus nuper polita ciuitas ſi præſtet, & conſulta huiuſmodi non floccifaciat, optimam, quin potius Dijs arbitris fundatam urbem nè nos profitebimur? quibus cū Roma urbs ſuo tempore claruiſſet, uniuerſi orbis Imperio dominari promeruit. Verum hoc magis atq; magis cumulate ciuitati tribuemus

inus, ſi ante iuris ciuilis libros omnes ſanctiſſimum ius Canonicum æque excipiat & auſcultet, ſponſam idipſum Dei amabilem ſacerdotij Præſides ſcitiſſimè uocant: cuius ſponſæ miram dignitatis excellentiam ex eo potiſſimum fideles creduli norunt, quod in omnibus iuſtitiam præſertim æquè tenendam uelit: à qua Deum, colere, orthodoxam religionem uenerari, honorem parentibus deferre, patriam diligere, cunctis prodeſſe, nulli nocere, ſupernæ charitatis uincula cõplecti, boni accepti neceſſitudinem rependere, æquitatem in iudicio ſeruare, nos ubiq; monemur: in cuius ſacroſanctæ inſtitutionis laudibus recenſendis & linguam obmuteſcere meam, & manum obtorpere & mentem debilitatam metu concidere auguror, per eam namquè cunctis rectè beatèq; uiuendi regula datur: hic ſummos Theologiæ apices intuemur, ſacratiſſimam hic perſonarum trinitatem cõſpicimus: prædeſtinationis diuinæ myſterium quippè magnum & excellens inſcribitur: quid unuſquiſq; bonus & fidelis firmiter credere debeat, ſingulaq; fidei noſtræ capita hic exarata legimus, de creatione & excellentia Angelicæ creaturæ, miriſq; cœleſtium hierarchiarũ ordinibus diſceptatur, hominis nobilitatem, illiuſq; Deo ſimilimã formam, & caſus homini infauſtos hic omnes cernimus. Diuinum incarnationis Chriſti opus, ac eiuſdem ſaluberrimæ crucis patibulum, & reſurrectio eiuſdem fidelibus fœlix prædicatur. uniuerſa planè Theologicæ ſapientiæ dogmata, quæ ad fidem Catholicam nutriendam, & improborum hæreſes confutandas maximè pertinent fœlici auſpice reconduntur. quid tandem religioni conueniat, quid diſciplinæ congruat, quid ſaluti proficiat, quidue mortales penitus deceat in tribus hiſce libellis continetur. Decreta namq; Canonum à lege diuina profecta ad uitæ fœlicitatẽ totius humani generis conducentia Philoſophiæ morali & Metaphyſicæ diſciplinæ plurimum deſeruientia nos homines beare cupiunt: Deo maximo qua religione, quibus animi precibus myſteria ſacra fiant, quoſq; non increduIos non implacabiles inſtruunt: quia pœnitendi deuotione, & abſtinendi uoluntate transgreſſores diuinæ legis teterrimas delictorum labes excutiant & lauent, de pœnitentijs tractatulus ſubmonuit: non inclementer Canonica ſanctio contra facinoroſos ſeuit: admiſſi ueniam magis quã ſanguinis pœnam deprecatur, pactiones ſimplices, conuentiones hominum nudas, nec non morientium teſtationes abſq; pluribus coactis teſtibus compoſitas cuſtodiri præcipit, ueram & præcipuam fidem in rebus longiſſimo etiam tempore præſcribendis exquirit. uſuræ luxum, infamem & propudioſam Simoniæ rabiem perpetuo deteſtatur exilio, nouas cenſuum impoſitiones prohibet, paruulorum iuramenta non deſpicit, hæredes impios, qui defunctorum uoluntatibus parere diſſimulant, ab omni hæreditate depellit. ſeruis contrahere nuptias præbet, contracta matrimonia ad mortem uſq; inſeperabilia fore imperat, fornicationes, & uirginum facinoroſos raptores, concubinatuſuè omnes abominatur, ac punit, em-

phyteutis, conductoribuſq; cæteris non præſtitæ penſionis remoras negligentiaſq; proprias diluere condonat. filios familias Deo uouentes adſtringit uoto & obligat. defunctorum cadauera in ſacris ædibus ſepeliri piè inuenit, ſpurios à parẽtibus ali benignè cenſuit, ſummi Pontificis electionem ab optimo Cardinalium cœtu fieri debere præceptis Synodalibus proſpexit. uitam uiuere innoxiam & ſi omnes, qui clericali maximè præfulgent dignitate hortatur, dicatos Deo homines de manibus & laicorum iuriſdictione ſubducit, ſic omnia tandem ſacrorum Canonum ius imperat, conſulit, prohibet, comprecatur, permittit, & ubi res expoſtulat, punit, ut trinitatis indiuiduæ templum admirabile, inflexibilis iuſtitiæ aſylum immobile, bonorum omnium morum perennem fontem quiſq; non indocilis dignoſcere ualeat, ſed porrò hæc proſtrata & inuerſa in ciuitate ſi fuerint, ciuitatis nomen (ni fallor) nequaquam retinebit. locus ubi tutus non eſt, noxarum impunitas ſi detur, rerum publicarum raptores (ut Catonis exemplo loquar) in auro & purpura, priuatarum uerò in neruo & compedibus ætatem ſi agant: Iuſtitia & ueritas mercede ſi inſcribantur: criminum tutiſſima latebra quin potius iudicabitur. Quare probi homines, qui improbis præſtare ſtudent, ſic ciuitatem religione, iuſtitia, & bonis moribus munitiſſimam coram Deo ſibi ædificent, ut quæq; uetuſta ac demũ recentior altera lex præcipit, obſeruari ad unguem, cuſtodiriuè in ea diligẽtius curent: quod ſanè ab urbe ipſa minimè abfuturum mortalium quiuis animaduertit, Si terreſtris cum Pietate Sedes liberatoris noſtri complexa fuerit.

LAVS DEO.

RERVM QVOTI-DIANARVM IN-DE X.

A

ABſolutionē a iuramento quando puellæ, quæ parentum bonis renunciarunt iuratæ, impetrare queant. cap. xxij. nu. 3.
Abſurda multa inſequerentur, ſi emphyteuſim ea ratiōe alienari nō poſſe diceremus quoniā in perſona diſtrahentis finem ſit emphyteuſis habitura. cap. lxiij. nu. 5.
Actus, qui poteſt fieri propria autoritate, non improbatur, licet alius actus inualid⁹ immiſceatur illi. c. lxi. nu. 2
Actus qui poteſt duplici uia confici, ſi uno modo perperam fiat, debebit nihilominus etiam non citata parte confirmari. cap. lxi. nu. 3.
Acceptū ex pupillari ſubſtitutione cenſetur habitū ex impuberis teſtamento magis quā patris. c. xxiiij. nu. 16.
Actio utilis per ſtipulationem patris quæſita filijs dicitur perſonalis, &c. non in rem, cap. iiij. nu. 2.
Ademptio legatorum tacita fit per expreſſam translationem legati, ſecus in tacita translatione, quæ non operatur ademptionem tacitam. cap. xxxiiij. nu. 6.
Aditus de una domo in alteram non facit, quod una credatur acceſſoria alterius. cap. xi. nu. 3.
Aequiparatio duorum per uiam regulæ facit, quod diſpoſitio quantumuis ſtricta loquens de uno comprehendat alterū. cap. lxiiij. nu. 5.
Agnatis præfertur eccleſia uolens pro ſe retinere emphyteuſim in perſona defuncti finitam. cap. vij. nu. 8.
Agnatis petentibus renouationē emphyteuſis defectæ ob lineam finitā quando eccleſia negare nequeat, et ſi deneget agnati appellant. cap. vij. nu. 9.
Allegatio uēditoris aſſeuerantis ſibi ꝑ emptorē intereſſe deberi. c. ix. nu. 2.
Allegatio emptoris, quare non teneatur uenditori intereſſe aliquod dare cap. ix. nu. 4.
Alienabilis res fit, ſi diſtracta ſemel fuerit. cap. xxv. nu. 2.
Alimenta uxori legata an ſeorſum ab hæredibus præſtari oporteat. cap. xxxiiij. nu. 1.
Alimenta legata quando poſſit legatarius petere, ut ſibi ſeorſum ab hęrede exhibeantur. cap. xxxiiij. nu. 4.
Alimenta debita nequeunt ſub uſurarum nomine peti. cap. ix. nu. 15.
Alimenta puellæ ſunt exhibenda pro modo legatæ dotis. cap. xi. nu. 2.
Alimentorum nomine ſorori datum non imputabitur in legitimā ipſius. cap. xxij. nu. iiij.
Antiquitas quod annis ſignatur. cap. xxxi. nu. 5.
Appellationes ad Papam inferior iudex non committit. cap. xxi. nu. 1.
Appellatio ad Papam omnē penitus cām ad ipſum deuoluit. c. xxi. nu. 2.
Appellatio ab interlocutoris lata ſuper declinatoria exceptione non iuſte denegatur. cap. xxi. nu. 8.
Appellatio ab interlocutorijs totiens debet concedi, quotiens irreparabile damnum interlocutoriæ ipſæ afferent. cap. xxi. nu. 9.
Aqua conceſſa uni per Principem poteſt concedi etiam alteri, dummodo ſufficiat pro uſu illius cui primo cōceſſa fuit. cap. lvi. nu. 1.
Aqua cōceſſa alicui ſimpliciter, intelligit quatenus illi op⁹ ſit. c. lvi. nu. 9.
Aquæductus ex flumine publico pręſcribitur tanto tempore, cuius initij memoria non extet. cap. lvi. nu. ij.
Argumentari de feudo ad emphyteuſim quibus liceat caſibus. cap. iiij. (nu. 18.
Aſſocians delinquentē cū armis, quāuis ipſe non percutiat, percuſſoris tamē pœna reprimitur. ca. xix. nu. 7.
Auxiliator (ſi cauſam ſeditioni auxilium dedit) eadem, qua principalis, pœna ferietur, ſecus ubi non fuit ipſe cauſa efficiens delicti, tum mitius punitur. cap. xix. nu. 1.

B

BArtol⁹ ueritate et ęquitate cūctos ſcribētes antęcellit, et in eo ſubſtā

 tia eſt

tia eſt ueritatis.cap.li. nu.2.
Bona collectis ſubiecta ſi ad clericorũ manus aliquo titulo peruenerint, liberantur prorſus .cap.lxv. nu.6.
Bona ex Principis decreto tributaria facta ſi ad clericos perueniant, tributaria nihilominus permanent . cap. lxv. nu.9.
Bona ex pupillari ſubſtitutione quæſitaan & pro qua parte ueniãt in reſtitutione fideicõmiſſi . cap. xxiiij. nu.15.

C.

CAuſa delegata per Papam nõ debet ſecundum leges inferiorũ ſed tantũ ſuis cognoſci & terminari.cap.xxi. nu.5.
Ceſſante uno ex hæredibus emphyteuſi ęcanonẽ dare, emphyteuſi tota priuãtur omnes, & an de iure ciuili tantum.cap.viij. nu.2.
Clandeſtinitas matrimonij non reddit illud nullum, neq; ſobolem illegitimam, licet pœnitentiam quandam irroget.cap.lxiiij. nu.1.
Clauſula in legitimatione poſita, non obſtante quod genitor filium legitimũ habeat &c. quid quãtumue autoritatis ſit.cap.vij. nu.14.
Clauſula omni, meliori modo &c. quãtæ ſit potentiæ.cap.x.nu.18. & cap. xlvi. nu.8.
Clauſula non obſtantibus reſcriptis etiam ſub quauis uerborum forma cõceſſis &c. quam in reſcriptis uim obtineat.cap.xxxv. nu.1.
Clauſula, non obſtantibus contrarijs ſub quauis uerborum forma cõceptis &c. ſi ponatur in diſpoſitiõe aliqua facta per modũ legis, derogat omnibus alijs clauſulis derogatorijs poſitis in antecedentibus reſcriptis contrarijs.cap.xxxv. nu.6.
Clauſula annullatiua & prohibitiua ſi apponatur in priuilegio alicuius immunitatis, operatur, ut ipſi immunitati neq; tacite neq; expreſſe poſſit renunciari, & omnem cõtra eam impedit preſcriptionẽ. ca.xxxv.nu.10.
Clauſula, motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis &c. non operatur in præiudicium tertij.cap.xxxv. nu.12.
Clauſula, non obſtantibus reſcriptis etiam ſub quauis uerborum forma conceptis &c. ſimplex & generalis non tollit præcedentia reſcripta habentia derogatoriã clauſulam. cap. xxxv. nu.4.
Clauſula ſuppoſita pluribus ſingulariter enumeratis, facit ut ſingula ſingulis referantur.cap.xl. nu.7.
Clauſula, promiſit ſoluere Romæ, Bononiæ, & ubicumq; locorũ, excuſat a mora licet dies uenerit. cap. xlviij. nu.2.
Clerici perſonalium munerum ſunt immunes.cap.lxv. nu.5.
Clericus primæ tonſuræ nõ incedens habitu clericali an priuilegium cleri perdat.cap.lxi. nu.4.
Collectã uniuerſitas pro neceſſitatibus publicis indicere poteſt, ſecus in tributis reſponſum eſt.cap.lxv. nu.3.
Colonus partiarius nõ poteſt per emptorem de fundo expelli donec fructus operarũ ſuarum collegerit. ca. xlij. nu.1.
Colonus, qui fecit in agro impenſas ſiue partiarius ſit, ſiue nummis colat, poteſt retinere fundum aduerſum emptorem, quoad ſibi de impẽſis ſatisfiat.cap.xlij. nu.3.
Colonus recedens a fundo quando priuet dominum ſua poſſeſſione cap. li. nu.2.
Colonus quas ĩpenſas in agro & quas locator facere teneatur.c.lix. nu.4.
Cœlibatus uirginum nõ debet iniquaffici conditione.cap.xxij. nu.6.
Comitatiuus hic ſolus eſt, qui origine ſit de comitatu.cap.x. nu.7.
Cõmodans equũ uel arma delinquere uolenti, aut exploratoris officiũ præſtans, uel domum ad colloquia concedens illam, qua tenetur delinquẽs, pœnã cõmeruit.ca.xix. nu.8.
Compenſatio debiti cum legato quando in hæredis optione collata ſit. cap.xvi. nu.3.
Compenſationem debiti cum legato debere fieri, uel nõ fieri, ex teſtatoris uerbis deprehẽditur.ca. xvi. nu.4.
Cõceſſio facta de aliqua re maiori natu ex

tu ex fratribus intelligitur etiam facta in filio ipſius maioris, qui filius patruos excludet.cap.xlvi. nu.vi.
Conditiones plures copulatiue in legato appoſitæ uerificari omnes debent.cap xxxiij. nu.vij.
Conditio tacita non poteſt retrotrahi in præiudicium tertij poſſeſſoris. cap.lxv. nu.viij.
Conductor eccleſiæ ad longum tẽpus cadit a iure ſuo propter afficius non ſolutos, ſicut emphyteuta, ſecus in cõductore priuati.ca.xxxvij. nu. ij.
Cõductor inique agẽs in re conducta expelli de illa poteſt.cap.lvij. nu.ij.
Conductor ad longum tempus, & tãto magis perpetuus habet utile dominium in re.cap.lix. nu.vij.
Conductor remiſſionem affictuũ petere quando ualeat.cap.lix. nu.viij.
Confeſſionem propriam quando reuocet confitens.cap.xx. nu.i.
Confeſſio facta cũ certa qualitate quãdo ſine qualitate illa ſcindi poſſit. cap.xx. nu iij.
Confeſſionem ſacramentalem non tenetur ſacerdos etiam ad iuſſum uicarij, aut Papæ reuelare, & ibi de ratione.cap xxviij. nu.i.
Confeſſio ſacramentalis eſt de iure naturali diuino & eccleſiæ.cap.xxviij (nu.iij.
Cõfeſſio ſacramẽtalis quare ſit de iure naturali diuino.cap.xxviij. nu.v.
Confeſſio ſacramentalis qualis eſſe debeat, & de eius diffinitione. cap. xxviij. nu.x.
Confeſſio reuocari an & quando poſſit.cap.xxxix. nu.vij.
Confeſſio quomodo & quando ſcindatur.cap.xx. nu.vi.
Confirmatio Papæ non extendit priuilegium confirmatum ad illos caſus, qui non continebantur in confirmato.cap.xxx. nu.viij.
Confirmatio Papæ non extenditur ad illicita contenta in confirmato. cap xxx. nu.ix.
Coniunctio domorum non probatur, quia dominus ambas uni ſimul locauerit.cap.xl. nu.iiij.
Cõſilium dans alicui, de facinore perpetrando, eadẽ, qua malefactor, pœna afficitur.cap.xix. nu.v.
Cõſtitutio Principis nõ ligat ſi uſu populi recepta nõ ſit.ca.xxxvi. nu. ij.
Conſtitutio Papæ contraria iuri communi quomodo a ſubiectis gẽtibus recipienda ſit.cap.xxxvi. nu.iij.
Conſuetudo in emphyteuſis præcipue rebus eſt obſeruãda.cap.iij. nu.iiij.
Cõſuetudo in emphyteuticarijs rebus ex unico ſolum perficitur actu.cap. iij. nu.v.
Conſuetudo eccleſiæ dubiũ eius emphyteuſis contractum declarat. cã. vi. nu.i.
Cõſuetudo in rebus eccleſiæ quomodo & quanto tempore gignatur. cap.xxxv. nu.ij.
Conſuetudo ex uaria rerum obſeruantia non generatur.cap.xxxv.nu.iij.
Conſuetudo uel uſus quonam modo probetur.cap.xxxvi. nu.vi.
Conteſtationem litis quibus uerbis factam eſſe defendi merito poſſit. cap. lij. nu.i.
Conteſtationis litis diffinitio multiplex.cap.lij. nu.ij.
Conteſtatio litis quando fiat per ſo.ſ facti narrationem abſq; ulla petitione interueniente tamẽ reſponſione rei.cap.lij. nu.iij.
Conteſtatio litis nullis uerbis fit, ubi reus proteſtatus fuit, ſe non animo conteſtandi litem reſpondere &c. cap.lij. nu.iiij.
Contrahẽtium uerba huiuſmodi, promitto me non poſſe nec debere hãc rem uendere, niſi tibi infra certum tempus &c. quomodo interpretanda ſint, & an tenear uẽdere tibi, licet eam non expoſuerim uænalẽ. cap. xli. nu.ij.
Contrahentiunm uerba ſic accipi debent, ut cum iure communi conueniant.cap.xli. nu.iij.
Conuentio aliqua ſi fiat contra ſui naturam quando ſuſtineri poſſit. cap. liij. nu.viij.
Copula, &, quãdo præcedentiũ qualitates in ſequentibus repetat. cap. xxvi. nu.iiij.
Creditor in re hypothecata præfertur

debitori

debitori.cap.xxiij. nu.ij.

Creditor, cuius poſſeſſionem debitor poſſidens interuertit, poteſt illam recuperare ex remedio.l. fi. C. de acqui.poſſe.cap.xlix. nu.ij.

Crimen commiſſum a domeſtico uel familiari præſumitur uoluntate domini factum, ſi modo eius commodum reſpiciat.cap.xiij. nu.vi.

Culpa etiam lata poteſt nominatim remitti.cap.xxxij. nu.viij.

D.

Declaratio ad.l.iubemus.in.fi.C. ad treb.cap.xxiiij. nu.vij.

Declaratio communis ad. §. emphyteuſim, in auth. de non alienand. cap.iij. nu.ij.

Declaratio ad.l.fi. C. de acqui. poſſe. cap.xlix. nu.iiij.

Declaratio ad.l. cum quidam. ff. de ſupell.legat.cap.xxvi. nu.iij.

Declaratio ad ſubſtitutionem illam, uulgariter, pupillariter, & per fideicõmiſſum, præter Bartolum & alios.cap.xl. nu.ix.

Defectus non expreſſus in oblatis precibus non ſuppletur per generalia Principis uerba.cap.xxx. nu.v

Deliberate quis plenius facere dicitur, qui uel iuramento uel reiteratione actũ confirmat.cap.xxxix.nu.viij.

Deterioratione facta in aliqua parte rei emphyteuticæ per alterum ex coheredibus omnes emphyteuſi tota priuantur hæredes.ca.viij. nu.viij.

Deteriorans emphyteuſim magis peccat, quam qui alienat, & inibi de ratione.cap.viij. nu.ix

Determinatio æqualis quã gerat poteſtatem.cap.xxxiiij. nu.v.

Detinens aliquem, ut interficeretur ab altero, punitur occiſoris pœna.cap. xix. nu.iiij.

Detinens aliquem falſis uerborum illecebris, ut offendatur ab alio, una cum offendente plectitur pœna. cap.xix. nu.vi.

Dictio, ſi quis, non conuenit uniuerſitati hominum.cap.xlv. nu.ij.

Dictio exceptiua, niſi, in quem ſignificatum ſumenda ſit. cap. xii. nu.i.

Digreſſio magna eſt, ubi res principalis efficitur acceſſoria alterius. c.xi. num. vi.

Dilatio ſolutionis precij in diem certam collatæ excuſat emptorẽ a præſtando intereſſe uſque ad illam diem. cap.ix. nu.v.

Diſpoſitio una poteſt aliquo reſpectu eſſe ſimplex & alia ratione non eſſe ſimplex.cap.liij. nu.vi.

Diſpoſitio, aut conuentio aliqua ſi fiat contra ſui naturam, quando ſuſtineri poſſit.cap.liij. nu.viij.

Diuerſitas cauſarum & reſpectuum facit in eodem ſubiecto ceſſare cõtradictionem.cap.l. nu.iij.

Dolus futurus remitti non poteſt. ca. xxxij. nu.iiij.

Dolus quomodo in tutore probetur. cap.xxxij. nu.v.

Dolus præſumptus quatenus remitti poſſit.cap.xxxij. nu.ix.

Dolo malo ſocietas coita eſt ipſo iure nulla.cap.xxxix nu.ij.

Dolus ibi præſumitur ubi enormis læſio adeſt.cap.xxxix. nu.iij.

Dominij exceptio quando opponi nequeat agenti remedijs recuperandæ poſſeſſionis.cap.xxv. nu.vi.

Dominiũ, iuriſdictio, & confines probantur per inſtrumenta antiqua licet inter alios facta.ca.xxxi. nu.ij.

Dominus promittens cuique non diſtrahere propriam rem, minime obligatur, niſi promiſiſſet illi, qui ius in re aliquod haberet.cap.liij. nu.ix.

Dominiũ directum uel utile abſque traditione non transfertur cap.i. nu.i.

Domus una quando alteri cedat, & quæ in acceſſione ſint neceſſaria. ca.xi. nu.v.

Donatio non reſcinditur per liberorũ ſuperuenientiam, quando tempore donationis cogitauit de liberis futuris donator.cap.xlvij. nu.v.

Donatio remuneratoria non reſcinditur per liberorum ſuperueniẽtiam. cap.xlvij. nu.vi.

Donatio ſequens poſt benemerita donatarij præſumitur intuitu meritorũ facta.cap.xlvij. nu.vij.

Donatio facta non reſcinditur obtentu reuerentialis metus, niſi uerbera.

aut

autmine præceſſerit.ca.xlvij.nu.1.

Dos filiabus per patrem relicta nō eſt loco legitimæ; quum nulla eis (ſi ſtatutum fœminas propter maſculos excludat) legitima debeatur. cap.xxiiij. nu.4.

Dos nihilominus ingredienti monialiũ monaſteria debetur. ca. xxxiij. (nu.4.

Dubium eſſe non dicitur id, pro quo eſt regula iuris, quamuis exceptiones multæ inſint..cap.li. nu.7.

E.

ECcleſia præfertur agnatis uolens pro ſe retinere emphyteuſim in perſona defuncti finitã.ca.vij.nu.8.

Eccleſia reſtituitur in integrum aduerſus quadragenariam pręſcriptionẽ. cap.liiij. nu.3.

Eccleſia reſtituitur etiam elapſo quadriennio poſt præſcriptionem, ubi enormiter læſa fuit.ca. liiij. nu.4.

Eccleſia reſtituitur aduerſus quadragenariã pręſcripitionẽ.ca.xxxi. nu.9.

Eccleſia non recipiens contra ſe certã conſtitutionem, non eadem etiam pro ſe utitur.cap.xxvij. nu.7.

Effectus & rei ſubſtantia inſpicitur, non autem ſimplicia contrahentiũ uerba.cap.liij. nu.3.

Eligens imperitos ad negotia, culpæ obnoxius eſt, ac de quouis poſtea cõtingẽte caſu tenetur.c.xiij.nu.10.

Emphyteuſis dominium utile in emphyteutam abſq; rei traditione nequaquam tranſit.cap.i. nu.2.

Emphyteuſim eccleſiaſticam ſimpliciter conceſſam, nulla poſterorum facta mentione, ad fœminas non tranſire.cap.iij. nu.1.

Emphyteuſis eccleſiæ pro ſe & filijs conducta ad fœminas haud pertinebit.cap.iij. nu.3.

Emphyteuſim eccleſię his conductam uerbis, pro ſe & liberis, aut communibus alijs uerbis, ad fœminas ſicuti ad maſculos tranſmitti.ca.iij.nu.6.

Emphyteuſis portio aliqua etiam poſt acquiſitionem ſi deficiat, non ad dominum redit, ſed per ius accreſcendi alteri emphyteutæ accreſcit.ca.iij (nu.7.

Emphyteuſim alienatam per patrem poſſunt nõnunquam filij defuncto patre a poſſeſſoribus repetere. cap. iiij. nu.6.

Emphyteuſim diſtractã per patrem ſi nequeunt filij reuocare, quia declarauerit dominus, rem ad ſe reuerſam habebunt ſaltem iure renouationis.cap.iiij. nu.8.

Emphyteuſim ad ſe reuerſam dominus locare alteri, niſi emphyteutæ filijs citatis, quando nequea.ica.iiij. (nu.9.

Emphyteuſim pater ſibi & filijs ſimpliciter ſtipulando, non uelut hæredibus, ſed tanquam filijs cenſetur eã tantũmodo ſtipulatus.cap.v. nu.1.

Emphyteuſim acceptam pro ſe & filijs quando uni filiorum pater relinquere non poſſit, ſed omnes filij æque capiant.cap.v. nu.2.

Emphyteuſis præſumitur in tertiam uſq; generationem conceſſa, ſi eccleſiæ ſit, ſi uero priuati, uſq; in perpetuum ex decennali penſionis ſolutione, dum tamen emphiteuticarius allegetur titulus.cap.vi. nu.2.

Emphyteuſis uel feudum eccleſiæ trãſmiſſibile fit ad naturales filios, ubi ſemel naturalibus filijs conceſſum fuit.cap.xxv. nu.10.

Emphyteuſis ex decennali Canonis præſtatione non præſumitur, ubi certum eſt, emphyteuſis non præceſſiſſe titulum, ſed longiore tempore eſt opus.cap.vi. nu.3.

Emphyteuſis eccleſiæ non, niſi interueniente ſcriptura, concedi poteſt. cap.vi. nu.4.

Emphyteuta eccleſiæ ceſſans per biennium quibus a iure ſuo caſibus non cadat.cap.vij. nu.1.

Emphyteuta priuati ceſſans per triennium ſtatim a iure ſuo cadit, neq; purgandi moram uenia dabitur. cap.vij. nu.2.

Emphyteuta ceſſans in duobus præſtitutis terminis canonem ſoluere non prius a iure ſuo cadet, quam totum biennium uel triennium exceſſerit.cap.vij. nu.4

Emphyteuſis renouata ex decennali

canonis præſtatione, ſicut principa
lis inueſtitura, præſumitur. cap. vi.
(nu.10.
Emphyteuſis eccleſiæ ex locationibus.
atq; penſionum ſolutionibus pro-
batur.cap.lxij. nu.1.
Emphyteuta alienãs emphyteuſim ec
cleſiæ nihilominus ab ea cadit, licet
per pactum legis cõmiſſoriæ aliena-
tio poſtea reſcindatur.ca.lxij.nu.2.
Emphyteuſis eſſe ex quibus uerbis ſu
dicetur.cap.lix. nu.3.
Emphyteuta uſufructuario ſimilis eſt.
cap.lxiij. nu.1.
Emphyteuſim reuerſam ad dominum
propter non ſolutas penſiones ſicu
ti poteſt dominus inuito et ignorã-
te emphyteuta uel eius hærede cui-
piam a ſe quandocunq; locare.ita &
propter alienationem ignorante do
mino factã idẽ licebit.ca.vij.nu.10.
Emphyteuta ceſſans ſemel præſtare
canonem cadit illico a iure ſuo, ſi iu-
ramentum de præſtando interceſſiſ
ſet cap.vij. nu.6.
Emphyteuta citatus, ut canonem ſol-
uat, ſi infra ſex menſes a die citatio-
nis non ſolui decidit ſtatim a iure
ſuo.cap.vij. nu 7.
Emphyteuta eccleſiæ ceſſans pro qua-
que minima parte penſionis ab om-
ni ſuo iure & meliorationibus ca-
dit.cap.xxxvij. nu 1.
Emphyteuta, uel conductor ſimplex
perperam agens in re conducta, pri-
uari eadem tota penitus debet.cap.
viij nu.7.
Emphyteuta alienans partem emphy-
teuſis, ſi iurauit ſimpliciter eam nõ
diſtracturum, in omnibus peieraſſe
dicitur cap.lxij. nu.3.
Emphyteuta uolens pro pluribus an-
nis ſemel ſoluere penſionem audien
dus non eſt, ſi dominus nolit, & ibi
quando emphyteutæ id cõcedatur.
ca viij. nu.10.
Emphyteuſis partem alienare unus ex
pluribus emphyteutis in alterum
ſuum cõphyteutam quando poſſit.
cap.viij. nu 4.
Emphyteuſim eccleſiæ, uel priuati
emphyteuta recte donat, ſi modo
eccleſiæ ius in donatione conſerue-
tur, aliaq; demum nonnulla fiant.
cap.viij. nu.vi.
Emphyteuticus contractus eſſe co-
gnoſcitur ex cõtrahentium uerbis,
quæ ſunt forma & ſubſtantia con-
uentionis.cap.lix. nu.1.
Emphyteuta ſeu uaſallo diſtrahente
partem emphyteuſis uel feudi igno
rante domino, diſtracta ſola pars
ad dominum reuertitur. cap.viij.
(nu.3.
Emphyteuſis renouatio iuſte denega-
tur, ubi propter factum uel culpam
emphyteutæ reuerſa fuit ad domi-
num res.cap.lxij. nu.5.
Emphyteuſim in perſona patris finiẽ-
dam poteſt nihilominus idem pa-
ter pro dote filiæ dare. cap. lxiij.
nu 4.
Emphyteuta ceſſante pro aliqua par-
te ſoluere canonẽ, tota res emphy-
teutica ad dominum redit. cap.
viij. nu.1.
Emptor intereſſe pręſtat, ſi rem uendi-
tam accepit, ex illaq; fructus colle-
git, aut colligendi poteſtatẽ habuit.
cap.ix. nu.8.
Emptor nihilominus intereſſe debet,
licet fructus non perceperit, quia rẽ
emit ſterilem.cap.ix. nu.ix
Emptor ſi depoſuerit legitime preci-
um intereſſe nullum dabit. cap. ix.
(nu.12.
Emptor quando fuit expreſſe conuen
tũ, ut fideiuſſore dato, ſoluatur pre-
cium, an & quibus caſibus ab inte-
reſſe pręſtando ſit liberatus, & quid
tunc prudens Iudex perquirere, ſta-
tuereq; debeat.cap. ix. nu.13.
Emptor malæ fidei eſſe dicitur, quan-
do ſcit, uenditori ius uendendi non
eſſe, aut etiã dubitat. ca.xxix.nu.5.
Emptoris allegatio, quare non tenea-
tur, uenditori intereſſe aliquod da-
re.cap.ix. nu.4.
Emptor, tenetur ſtare colono etiam
habenti rem generaliter tantum ob
ligatam, præſertim ſi iuramentum
interuenit.cap.xxiij. nu.1.
Enunciatiua uerba in antiquis nego-
tia

tijs diſponunt.ca. xxxi. nu.4.
Epiſcopi litteris non ſigillatis authentico ſigillo, aut manu teſtium non ſubſcriptis fides nulla datur.cap. xxix. nu.6.
Epiſcopus derogare iuri canonico ſtatutis ſuis, uel ſynodalibus quando poſſit.cap.lxi. nu.6.
Errorem non ideo interueniſſe probatur, quia rem ſe aliter habere appareat.cap.xx. nu.2.
Exceptionis uirtus.cap.x. nu.6.
Excuſatur a periurio, qui poteſt excuſari a mora, uel e cōtra.ca.xlv.nu.6
Exemptio & immunitas conceſſa priuatis perſonis amittitur, ſi ſoluerint ſcienter contra ſuam exemptionē, aliud in eccleſijs. cap.xxxv. nu.8.
Explorator ſecretorum alterius, ut hoſti renunciet, proditoris quoq; nomen habet.cap.xix. nu.9.
Expreſſum plus operatur tacito.cap. xxxviij. nu.2.
Extenſio legis uel ſtatuti etiam in correctorijs quatenus uetita eſſe intelligatur.cap.xxiiij. nu.8.
Extenſio in correctorijs ex maioritate rationis quando fiat.cap.x. nu. 13.
Extenſio diſpoſitionis fit in correctorijs, & exorbitantibus propter deſcriptam in præfatione eiuſdem diſpoſitionis rationem.cap.x. nu.21.
Extranei hæredes non obtinent eccleſiaſticā emphyteuſim.ca.vij.nu.12.
Extrauagantes Pontificum conſtitutiones non dicuntur eſſe in corpore iuris clauſæ.cap.xxxvi. nu.9.
Emptor ſtare colono partiario quatenus cogatur.cap.xli. nu.2.

F.

Faber fabro de iure communi obedientiam nō debet.cap.x. nu.14.
Faciens actum ſimplicem, qui multifariam accipi poſſet, in eam ſumitur partem, quæ facienti utilior ſit.cap. xliij. nu.5.
Factum defuncti iurato promiſſum poſſunt ſucceſſores, præſtando intereſſe implere.ca.xviij. nu.7.
Fama & communis opinio in antiquis, quando a diuerſis perſonis originem trahit, plene probat.cap. xxxi. nu 3.
Feudi dominium utile ex ſola inueſtitura; niſi traditio interceſſerit, minime transfertur.cap.i. nu.2.
Feudale ius ad conſequentias, tametſi deduci non ſoleat, tamen quando iuri communi & naturali æquitati cohęret, facile ꝑducitur.ca.ij.nu.3.
Feudum uel emphyteuſim eccleſiaſticam ſimpliciter alicui nulla poſterorum facta mentione conceſſum ad fœminas non tranſire.cap.iij.nu.1.
Feudum alienatum per patrem poterit filius, qui facto inuentario extitit, patri hæres, etiam contra dominum reuocare.cap.iiij. nu.1.
Feudum hæreditarium non poteſt dici illud, quod pro ſe, liberis, & hæredibus maſculis datū fuit, ſed paternū rectius appellabitur.ca. iiij.nu.2
Feudum illud proprie eſt, pro quo ſeruitium perſonale præſtatur.cap.iiij. (nu.4.
Feudum non peruenire ad fœminas regulariter, qua ratione inductum fuerit, et quibus caſibus illud fœminæ obtineant.cap.iiij. nu.5.
Feuda diuidi ex hominum uſu in Italia (regalibus dumtaxat exceptis) eſt ſolitum.cap.iiij. nu.12.
Feudum alienatum per uaſallum poteſt dominus propria autoritate uēdicare.cap. xlvi. nu.3.
Feudum alienare dotis cauſa uel propter nuptias donationis poteſt ille, in cuius perſona finiē.ca.lxiij.nu.3.
Fideicommiſſarius pro re ſubiecta reſtitutioni, & quæ alienata ſit, quando eam non uendicet, ſed pro ęſtimatione eiuſdem ſolum agat contra diſtrahentem eam.ca.xlvi.nu.1.
Fideicōmiſſarius quibus caſibus rem alienatā & ſibi ex fideicōmiſſo debitam poſſit uendicare.ca.xlvi. nu.8.
Fideicommiſſum quando dicatur iniunctum filijs & non filiorum hæredibus, uel e contra, & quis inde reſultet effectus.cap.xxiiij. nu.3.
Fideiuſſor inſolidum cum principali obligatus & qui beneficio fideiuſſorum renunciauit, poteſt cogere creditorem

ditorem, ut periculo et impenſis ipſius fideiuſſoris agat, prius contra principalem debitorem. ca. lv. nu. 1.

Filius habitando domum patris defuncti quando dicatur adiuiſſe patris hæreditatē, & quando non. ca. xliij. nu. 1.

Filius eſt in legitima creditor. ca. xiiij. nu. 2

Filij ſi non poſſunt reuocare diſtractā per patrem emphyteuſim, quia declarauerit dominus rem ad ſe reuerſam, potuerunt ſaltē uelut proximiores renouationem poſtulare. ca. iiij. nu. 8.

Filia cui pater legauit centū pro omni & toto, quod petere poſſet in ſua hęreditate etc. repellitꝰ a bonis maternis, ſi tale legatū agnoſcat. cap. xvi. nu. 1.

Filius habēs hypothecam in bonis patris, uelut, ex dote & ſucceſſione materna, non creditur patris adire hæreditatem quāuis ſeſe in illa immiſcuerit. cap. xliij. nu. 3.

Filius aut nepos nō ſuccedit in locū ſui patris niſi quū agitur de ſucceſſione uniuerſali directa. ca. lviij. nu. 3.

Finalis ratio eſt illa, quæ in præfatione poſita eſt, præſertim ſi diſpoſitioni factæ congruat. cap. x. nu. 3.

Finis, ad quem inductum eſt aliquid, ſic intelligi debet ut eluſorius non reddatur. cap. xxix. nu. 9.

Fratres accipientes feudum uel emphyteuſim ſimul pro ſe & poſteris ſuis maſculis, demum illis deficientibus pro fœminis, cēſentur ſinguli prolem ſuam etiam fœmineam deſcendentibus alterius fratris licet maſculis prætuliſſe. cap. ij. nu. 1.

Fratres ſuperuiuentes quo iure ſuccedūt in portione emphyteuſis defuncti fratris. cap. v. nu. 3.

Fraus præſumitur in his, quæ ſunt de genere prohibitorū. cap. xiij. nu. 7.

Fraus ex temporis breuitate præſumitur. cap. xiij. nu. 4.

Fructus de re emphyteutica poſt caducitatem lectos reſtituere emphyteuta, ſicuti fructuarius poſt finitū uſumfructū dn̄o debet. c. viij. nu. 14.

Fructus percepti ex re meliorata quādo in melioramentis computētur. cap. xxiiij. nu. 14.

Fructus ex quauis re lecti non imputantur in legitimā. ca. xxiiij. nu. 10.

Fructus imputādi in Trebellianicam ex quibus legātur rebus. ca. xxiiij. nu. 9.

Fructus fundi non ſunt coloni partiarij priuſquam legantur, ſed domini tantum uel emptoris. ca. xli. nu. 6.

Fructus per filium rogatum decerpti ex fideicōmiſſaria hęreditate quando in Trebellianicam imputandi non ſint. cap. xxiiij. nu. 6

G.

GEneralis quantumcunq; hominis diſpoſitio non compręhendit res, quarum diſponendi facultas eidem non competit. cap. v. nu. 6.

Generalis diſpoſitio compręhendit omnia quæ nominatim excepta nō ſunt. cap. xiij. nu. 1

Generalis locutio (ſi de publico agatur intereſſę) continet etiam illa, quæ alias ſub ea generalitate minime uenirent. cap. xiij. nu. 2.

Generalem rerum naturam, non etiam quod uno uel altero caſu contingit, inſpicere debemus. cap. liij. nu. 7.

Generalia uerba Principis non referuntur, neq; ſupplent, niſi defectū in oblatis precibus expreſſum. cap. xxx. nu. 5.

H.

HAbens reſtitutionem in integrū non dicitur a re excluſus. ca. li. nu. 3.

Heredes aut ſucceſſores malæ fidei autoris nullo tempore præſcribunt, quamuis bonam fidem ipſi habuerint. cap. xxvij. nu. 2.

Hæredes per ſolam aditionem animo factam, priuſquam hæreditatis poſſeſſionem habuerint, domini eiuſdem fiunt. cap. xii. nu. 5.

Hæres inſtitutus, qui neq; teſtamenti neq; mortis teſtatoris tempore in rerum natura ſit, licet poſtea naſcatur, hæreditatem nihilomagis obtinet. cap. xvij. nu. 1.

Hæres

Hæres non poteſt a legatario conueniri ubi maior pars hæreditatis adeſt ſi domicilium ibidem nõ habeat ipſe hæres, ac ibidem non inueniatur.cap.xv. nu.1.
Hæres poteſt conueniri, a legatario ubi eſt maior hæreditatis pars, dum modo aliquod domicilium, ſaltem ſecundarium, inibi quoq; habeat. cap.xv. nu.2.

I

IGnorantia unius alicui tertio non obeſt.cap.xlvi. nu.9.
Immediatam cauſam inſpicimus non autem mediatam.cap.xlvi. nu.7.
Impenſa funeris item legitima de fideicommiſſo imprimis eſt deducenda cap.xxiij. nu.1.
Impulſiua ratio neq; ampliat, neq; diſpoſitionem reſtringit.cap.x.nu.2.
Incertitudo loci & quotæ, quæ ſit. ca. xij. nu.3.
Incolę ciuitatis ſunt fauorabiliores his qui degunt in commitatu. cap.x. (nu.xxij.
Indignus eſt beneficiorum, qui ad egeſtatem ſui culpa peruenit. ca.lvi. (nu.8.
In emphyteuſi non ſuccedunt liberi naturales & legitimi ſi modo ex patre illegitimo ſint nati.c.xxx.nu.4.
In emphyteuſi eccleſiaſtica ſuccedunt liberi, qui hæredes q̃uis in re particulari ſunt inſtituti.cap.xxx.nu.1.
Ingredi poſſeſſionem propria autoritate qui poteſt, licet a iudice petat nũcium publicum, qui aſſociet in poſſeſſionem ipſum, non ideo tamẽ autoritati, quã habet, ſibi præiudicat. cap.lxi. nu.1.
Ingreſſu monaſterij illegitimus filius efficitur legitimus, & capax. cap. xxxiij. nu.6.
Ingreſſus monaſterij facit deficere fideicommiſſum relictum ſub conditione non exiſtentium filiorum.ca. xxxiij. nu.2.
In integrum reſtitutio aduerſus quadragenariam præſcriptionem an ſit concedenda priuato.cap.liiij. nu.2.
In integrum reſtitutio ex capite ignorantiæ conceditur.ca.xxxi. nu.8.
In integrũ reſtitutio eccleſiæ aduerſus iuramentum præſtitum tollitur per lapſum quadriennij.ca.xviij. nu.8.
In integrum reſtitutio contra iuſiurandum non obſtante præſcriptione quando concedatur eccleſiæ cap. xviij. nu.9.
In legitimam quando feudum uel emphyteuſim imputent ſibi filij, & quando non.cap.iij. nu.10.
In poſſeſſorio iudicio quis uictor futurus ſit.cap.lvi. nu.10.
In reſtitutione fideicommiſſi bona ex pupillari ſubſtitutione quæſita, an & pro qua parte ueniant.ca.xxiiij. (nu.15.
Inſoliti actus dolum & fallaciam arguunt.cap.xiij. nu.6.
Inſtãtiam cauſæ iudex non prorogat, neq; de conſenſu partium iurato tẽpus aliquod non cucurriſſe pronũciare poteſt.cap.xxi. nu.5.
Intereſſe precij non ſoluti ex ſola iuris æquitate debetur, & officio iudicis tantum per uenditorem poſtulatur. cap.ix. nu.6.
Intereſſe nõ præſtat emptor, ſi euictio immineat.cap.ix. nu.2.
Intereſſe uẽditor ſub uſurarũ nomine poſtulare nequit, ſed dumtaxat ſub nomine intereſſe.cap.ix. nu.14.
Intereſſe pro re uendita non uniformе præſtatur, ſed ubertatis fructuũ ratio imprimis habenda eſt.cap. ix. (nu.16.
Inueſtitura feudi quando ex poſſeſſione unius anni plene probetur. cap. xxv. nu.7.
Iudęi facientes mentionem de iure ſimpliciter intelliguntur ſenſiſſe de iure proprio ipſorum non autem de iure noſtro communi.cap.lx. nu.2.
Iudex, uel arbiter quando poſſit teſtificari pro cauſa, quæ coram ipſo cognita fuit.cap.xxix. num.8.
Iudex non poteſt inſtantiam cauſæ prorogare, ſicuti neq; partium conſenſu etiam iurato interueniente tẽpus aliquod non cucurriſſe, pronũciare poteſt.cap.xx. num.5.
Iudex allegatus ſuſpectus nequit de principali negotio ſententiam ferre

niſi de cauſa ſuſpicionis cognouerit prius.cap.xxi. nu.6.

Iudex, contra quem declinatoria ex-ceptio obijcitur, non poteſt.ni de ipſa exceptione prius cognouerit, in-principali negotio procedere. cap. xxi. num.7.

Iudici, uel arbitro etiam in forma te-ſtis producto non creditur in his, quæ pertinent ad cauſam, in qua ipſi iudicarunt.cap.xxix. nu.7.

Iudicis aut propinquorum præſentia facit omnem metus ſuſpicionẽ ceſ-ſare.cap.xlvij. num.11.

Iudicis uerbis, aut ſcripturæ non cre-ditur in cauſis regulariter niſi teſti-bus iuuentur.cap.xxix. nu.5.

Iudicem bonum quid agere deceat circa intereſſe precij non ſoluti uen ditori præſtandum.cap.ix. nu.7.

Iuramentum præſtitum nomine meo per alium non impedit, quominus reſtitutio in integrum mihi conce-datur, ſecus ubi iuraſſem ego. cap. xlv. num.4.

Iuramentum in litem præſtatur ob do lum, non etiam ob latam culpam, cap.xxxij. nu.6.

Iuramentum eſt perſonale & quoad pœnas ſpirituales in ſucceſſorẽ non tranſit, ipſum tamen ſucceſſorem ad obſeruātiam obligat.ca.xviij.nu.6

Iuramẽtum ſpecialis hypothecæ uim obtinet.cap. xxiij. nu.3.

Iuramentum pro his tantum præſta-tur cauſis, quæ ab animo noſtro de-pendent.cap.liij. nu.10.

Iuri declarandi non præſcribitur etiā mille annis.cap.xxxvij. nu.4.

Iuris nomen ab aliquo prolatum, quā do non intelligatur dictum de iure Romanorum.ca.lx. nu 3.

Ius patronatus probatur ex memoria libus antiquis, item ex fama cum a-lijs indicijs.cap.xxxi. nu.1.

Ius ſpeciale municipum derogans iu-ri communi attenditur magis inter ipſos municipes, quam ius cõmu-ne.cap.lx. nu.4.

Ius proprium Iudæorum ſi a iure cõ-muni improbatum non ſit inter ip-ſos eſt obſeruandum.cap.lx. nu.1.

Ius patronatus ex gratia & priuilegio competit.cap.xxxi. nu.vij.

L.

LEgatarij qualitas & conditio de-clarat teſtatoris ancipitia uer-ba.cap.xi. nu.8.

Legati qualitas mentem defuncti ple-rumq; declarat.cap.xi. nu.10.

Legatū, ſi relinquatur fœminæ, aliud in uidua quam in nupta, aliud in Abbate uel Epiſcopo quam in ſim-plici clerico, & in doctore quam ſco lari omnino diuerſum erit. cap. xi. (nu 9.

Legatum factum ſub illa demonſtra-tione, meum & c præſentia non ue-ro futura cõpræhendit.ca.xi. nu.1.

Legatum unius domus non cõpræhē dit aliam domum æque principali-ter poſt teſtamentum emptam, quā uis interior aditus ex prima in ſecū-dam habeatur.cap.xi. nu.2.

Legitimam ob non confectum inuen tarium non perdit filius.cap.xxiij. (nu.2.

Legitimam filij nequit imminuere pa ter, neq; ullo onere prægrauare po-teſt.cap.xiiij. nu.1.

Legitimati per ſubſequens matrimo-niū filij ſuccedunt in feudo, quāuis alio modo legitimati ſucceſſionis il-lius ſint incapaces.cap.lxiiij.nu.6.

Legitimatus per ſubſequens matrimo nium poteſt in Epiſcopū eligi, quā-quam aliter legitimatus non poſſet. cap.lxiij. num.7.

Legitimatus aliter quam ex ſubſequē-ti matrimonio non cõpræhenditur in ſtatuto loquēte de legitime nato. cap.lxiij. nu.8.

Legitimati ad emphyteuſim eccleſiæ non admittuntur.cap.vij. nu 2.

Legitimati in feudo quando ſuccede-re poſſint.cap.vij. nu.13.

Legitimatus per ſubſequēs matrimo-nium æquiparatur natis de legiti-mo matrimonio per uiam regulæ. cap.lxiij. nu.4.

Legitimatus quando ſubſtitutum ex-cludat.cap.xxx. nu.3.

Legitimato nepoti nequit plus re'in-quere pater quā nepoti legitimo & naturali.

naturali.cap.xxx. nu.10.
Legis eſſentia ex tribus conſtat. cap. xxxvi. nu.4.
Læſio enormis in donationibus eſſe non poteſt.cap.xlvij. num.3.
Lex aut Principis conſtitutio quotu- pliciter exoleat.cap.xxxvi. num.8.
Lex ubi emphyteuticum titulum præ- ſumit, eum ſolemniter ac legitime factum credit.cap.vi. nu.5.
Liberatus tutor rationem futuræ ad- miniſtrationis reddere, non tamen intelligitur liberatus a confectione libri rationalis.ca.xxx. nu.7.
Liberatio adminiſtrationis quantum- cunque verbis generalibus et gemina tis legata tutori, non extenditur ad ea, quæ dolo uel quaſi ſunt penes tu torem inuenta.ca.xxxij. nu.3.
Libri eccleſiæ priuati plenam de rece- ptis penſionibus quando faciant fi- dem.cap.vij. nu.3.
Licentia ſuperioris remouet timorem pœnæ cap. xliij. nu.5.
Licentia recedendi per Principem cõ- ceſſa alicui adiecta qualitate, ut re- uertatur &c.intelligitur, quando a Principe reuocabitur, non alias ca. xliiij. nu.7.
Limitationes quinq; ad. l. bene a Ze- none.C.de quadrien. præſcrip. & ad.§.ſi.inſt.de uſucap. cap. xxvij. nu.5.
Literis officialium teſtimonialibus nõ creditur in præiudicium tertij ſed in præiudicium dumtaxat illas pro- ducentis.cap.xliij. nu.6.
Locare alteri emphyteuſim ad ſe re- uerſam dominus, niſi emphyteutæ filijs citatis, quando nequeat. cap. iiij. nu.9.
Locatio modici temporis nullum do- minium in conductorem transfert. cap.iiij. nu.16.
Locator quas impenſas in agro & quas colonus facere teneatur. cap. lix. nu.4.
Locatio facta in perpetuum transfert utile dominium & in rem actiõem conductori.cap.liij. num.2.
Locatio fundi facta colono partiario eſt proprie ſocietas, & lato uocabu- lo dicitur locatio.cap.liij. nu.5.
Locatio ſimplex item ad longum tẽ- pus quando emphyteuſi æquipara tur.cap.lix. nu.6.
Locatio renouanda de uiginti nouem annis in uiginti nouẽ annos dicitur eſſe perpetua.cap.lix. nu.5.
Locatio rei eccleſiaſticæ ſimplex uſq; ad nouennium ſine ſolemnitate fie- ri poteſt.cap.xxxvi. num.1.
Lucrari ſatis dicitur, qui ſuam explet uoluntatem.cap.ix. num.10.

M

Maior natu ſi excludat fratres iu re alicuius conſtitutionis, eo- dem iure filius maioris excludet pa truos.cap.xlvi. nu.6.
Mandans alicui, ut facinus perpetret, eadem, qua malefactor, pœna adfi- citur.cap.xix. nu.5.
Meliorationes ſuas poteſt emphyteu- ta, in cuius perſona emphyteuſis fi- nitur, transferre in quemlibet extra neum ſeruata forma in his obſerua- ri ſolita.cap.lxiij. nu.ij.
Melioramenta ex fideicommiſſo de- ducenda ſunt, & quæ pro his reme- dia competant.cap.xxiiij. nu.11.
Metuens ſæuiciam Tyranni, ſi poſſit ſe recipere in locum tutum, non di- citur iuſto metu territus. cap. xliiij. (nu.9.
Metus quomodo uanus eſſe cognoſ- ſcatur.cap.xliij. nu.8.
Metus inductus ex minis Principum eſt iuſtus & metui debebit, præſer- tim ſi minas effectui mittere conſue uit.cap.xliij. nu.1.
Metus amiſſionis omnium bonorum non eſt ſufficiens & iuſtus, ut quis eo timore faciat contra præceptum legis.cap.xliij. nu.4.
Metus iuſtus ſubdiuiditur, neq; pro- omni metu reſtitutio conceditur, cap.xliiij. num.3.
Metus amiſſionis bonorum ut dica- tur iuſtus & cadere in conſtantem uirũ, quid requiratur.ca.xliij. nu.2
Minima quæq; res conſiderari non de bet.cap.lvi. nu.4.
Modicitas temporis, ac per conſequẽs longinquitas in locatione quan tẽ- pore

pore includantur.cap.liiij. nu.17.
Modicum tempus datum ad recuperandam poſſeſſionem fundi ab alio occupatam arbitrio iudicis pẽſatur, & quale debeat eſſe arbitrium. cap. li. nu.8.
Monachus conſtitutus ſub prioris uel Abbatis obedientia nequit ſuſcipere aliquam adminiſtrationem ſine uoluntate & cõſenſu ipſorum. cap. xxviij. nu.9.
Monaſterium non eſt loco filij naturalis, ſed tantum loco ciuilis. cap. xxxiij. nu.1.
Mora uenditoris in cauendo de euictione non excuſat emptorẽ a præſtatione intereſſe.cap. ix. nu.3.
Mora non contrahitur per lapſum diei, quando in obligatione eſt appoſita illa clauſula, promiſit ſoluere Romæ, Bononiæ &c. niſi interpellatio accedat.cap.xlv. nu.5.
Mora, item periurium non creditur commiſſum, niſi probet creditor, ſe fuiſſe in loco eo die, qua ſolutio facienda erat.cap.xlvij. nu.3.
Moræ purgatio in eccleſiaſtica emphyteuſi iurata an concedatur. cap. xlvij. nu.1.
Mulier præſtanti forma non debet uidua permanens in eodem cum priuigno contubernio morari. cap. xxxiiij. nu.3.
Mulieri nolenti nubere ſed uitam uiuenti cœlibem eadem nihilominus dos præcipua debetur, quæ nubenti datur.cap.xxij. nu.5.
Munera perſonalia non ſubit in alieno territorio ille, qui fundum in illo habet.cap.lxv. nu.4.
Mutatio ſtatus, uel qualitatis rei non præſumitur in dubio.cap.xi. nu.7.

N.

NAturales aut ſpurij deſcendẽtes non ſuccedunt in eccleſiaſtica emphyteuſi, licet fuerint legitimati. cap.xxx. num.2.
Naturæ ratio in omnibus æqualitatẽ ſeruat.cap.x. nu.11.
Negligens non poteſt ille dici, qui ignorans eſt.cap.liiij. nu.6.
Nepos & ſi regulariter ſub nomine filiorum ueniret, aliquibus tamen caſibus nullo pacto comprehendi poterit.ca.lviij. nu.2.
Nepotes appellatione filiorum non cõtinentur.cap.lviij. nu.1.
Nouerca odium naturale cum priuigno gerit.cap.xxxiiij. nu.2.

O.

OBligationum pluralitas nõ præſumitur.cap.xx. nu.4.
Offerens pugionem furenti, ut ſe uel alium confodiat, cauſam morti præbuiſſe dicitur.cap.xix. nu 3.
Opem ferens poſt admiſſum crimen fugienti, non erit auxilium huiuſmodi cauſa efficiens delicti, ca. xix. nu.2.
Opera in agro præſtita æquiparatur impenſæ.cap.xli. nu.4.

P.

PAtientia ſimplex in his, quæ ſunt grauis præiudicij, non obeſt ca. vi. nu.viij.
Papa ignorans ius tertij non creditur uelle per ſuam in alterum conceſſionem illi derogare.ca.xxxi. nu.6.
Pater poteſt ſub pœna priuationis bonorum prohibere filio ad certum uſq; tempus legitimæ alienationem. cap.xiiij. nu.3.
Pater debitor legans filiæ creditori, quando animo compenſandi uideatur legaſſe.cap.xvi. nu.ij.
Pater ſtipulando pro ſe & filijs utilem filijs acquirit actionẽ.ca.iiij. nu.7.
Pater emphyteuſim ſibi & filijs ſimpliciter ſtipulando, non uelut hæredibus, ſed tamẽ filijs cenſetur tantummodo ſtipulatus.cap.v. nu.2.
Pater in emphyteuſi accepta pro ſe & filijs quando non poſſit uni filiorũ præiudicare, ſed omnes æque ſuccedant.cap.v. nu.2.
Pater pro ſe & filijs ſtipulando emphyteuſim cenſetur iure taciti pacti proſpexiſſe, quod altero filiorũ præmortuo ſuccedant in deficiẽtis portiõe ſuperſtites æqualiter.c.v.nu.4.
Pater & communi iure & naturali ratione liberis ſuis utriuſq; ſexus priuſquam alijs proſpicere in dubio præſumitur.cap.xi. nu.2.

Pater

Pater iubens in teſtamento filijs, ut bona uiritim diuidant, non creditur de bonis filiorum, ſed de hæreditarijs tantum ſenſiſſe. cap. v. nu. 5.
Partes in communi ſeruo iuris intellectu, non autem corpore ipſo habentur. cap. xij. nu. 6.
Paupertatis neceſſitas conſiſtit in ſupremo gradu neceſſitatis, & ineuitabilis eſt. cap. xlvi. nu. 4.
Pecunia, quam habet uxor, præſumitur eſſe uiri. cap. xxix. nu. 1.
Penſio rei emphyteuticæ minima eſt, locatæ uero debet fructibus correſpondere. cap. liij. nu. 4.
Perpetuum quod dicatur. ca. liij. nu. 1.
Pluralitas obligationum non præſumitur. cap. xx. nu. 4.
Pluralitas actuum præſumitur potius, quam contradictio probationum. cap. xxxix. nu. 9.
Pluralitas quando in ſingularem caſum conuerti debeat. cap. ij. nu. 4.
Pœna in fine diſpoſitionis qualificatiue poſita refertur ſolum ad ultimũ capitulum diſpoſitionis non autem ad omnes, & quando dicatur poſita qualificatiue. cap. xxxviij. nu. 3.
Pœna in fine diſpoſitionis poſita quo modo & quando ad præcedentia relationem habeat. ca. xxxviij. nu. 4.
Pœnam augere Epiſcopus contra ius commune quando ualeat. cap. lxi. (nu. vij.
Pœna in ſolidum quando committatur, licet in parte rei tantum cõtrafactum ſit. cap. lvij. nu. 5.
Pœna appoſita in fine ſtatuti etiam odioſi ad omnia præcedentia capitula eiuſdem regulariter refertur. cap. xxxviij. nu. 1.
Poſſeſſionem alicui abſenti et ignoranti poteſt quiſquam etiam ſine mandato acquirere, dũmodo ratificet geſta ſuo nomine, ubi reſciuerit ea. cap. l. nu. 1.
Poſſeſſionem in agro acquirit emptor ubi quotæ certitudo ineſt, tametſi incertus ſit locus. cap. xij. nu. 1.
Poſſeſſio propria & uera transfertur ex conſtituto, uel ex precario. cap. xlix. nu. 3.
Poſſeſſio quotuplex inueniatur circa rẽ emphyteuticam. cap. lxij. nu. 8.
Poſſeſſio occupata ab alio ex negligẽtia domini quanto tempore amittatur, & quanto etiam tempore negligentia concipiatur. cap. li. nu. 7.
Poſſeſſio alicuius tertij etiam de facto poſſidentis reijceri non debet in reſcripto principis. cap. xxv. nu. 1.
Poſſeſſio probatur ex locatione, & affictuum ſolutione. cap. li. nu. 1.
Poſſeſſor malę fidei fructus quoſcunq; etiam non extantes reſtituit. cap. xxix. nu. 6.
Poſſeſſionem ciuilem quibus caſibus amittat dominus ex facto illius, qui naturaliter tantum poſſidet. cap. li. (nu. 4.
Poſſeſſionem non amittit, qui exiſtens in una parte fundi ſcit alteram partem eiuſdẽ agri fuiſſe occupatam, licet nõ recuperet ſtatim. cap. li. (nu. 6.
Poſſeſſio antiqua præſumitur eſſe iuſtior quam noua. cap. xxix. nu. 2.
Poſſeſſor malæ fidei nullo tempore de iure canonico pręſcribit. cap. xxvij. (nu. 1.
Poſſidens precario quando priuet dominum ſua poſſeſſione. ca. li. nu. 3.
Poſſidens, ciuiliter poteſt autoritate propria naturaliter poſſidentem de poſſeſſione pellere. cap. lxij. nu. 9.
Poſſidens ciuiliter ubi cognouerit, poſſeſſionem ab illo fuiſſe occupatam, qui uiribus debilior ſit ipſo ciuiliter poſſidente, licet ſtatim non recuperet eam, nihilomagis tamen eãdem ciuilem amittit. cap. li. nu. 4.
Poſſidens ciuiliter ſi intellexerit poſſeſſionem ab alio occupatam fuiſſe præſumitur illico ſuſpicatus ſe poſſe repelli, idcirco poſſeſſionem perdit. cap. li. nu. 1.
Precarij reuocatio quot modis contingere poſſit. cap. xliij. nu. 4.
Preces ſtrictiores indulto non pro cauſa finali, ſed pro impulſiua tantum accipiuntur. cap. x. nu. 1.
Prædicata fuiſſe talia creduntur, qualia ſubiecta demonſtrant. cap. xiij. (nu. 3.

f Prælatus

Prælatus eccleſiæ collegiatæ non poteſt eidem abſq; capituli conſenſu præiudicare. cap. lxij. nu. 4.

Præpoſitionem, de, exponimus aliquando, ideſt, propter, aut, pro. cap. xliij. nu. 6.

Præſcriptio centum annorum nunquam intelligitur excluſa in priuilegio uel aliqua diſpoſitione impediente quamcunq; præſcriptionem, et quando hæc regula fallat. cap. liiij. nu. 8.

Præſcriptio non reſcinditur per reſtitutionem, ubi quadriennium poſt præſcriptionẽ elapſum eſt. cap. liiij. nu. 1.

Præſcriptio per in integrum reſtitutionem quando reſcindatur. ca. xxvij. nu. 4.

Pręſcriptio quomodo interrumpatur. cap. xxxv. nu. 11.

Præſcriptioni deeſſe non debet breuiſſimum etiam temporis ſpacium. cap. xxvij. nu. 3.

Præſumptio minor eliditur ab altera præſumptione maiori, quæ attendenda eſt. cap. li. nu. 5.

Præſumimus ex præterito in præſens & in futurum. cap. xlviij. nu. 4.

Præſumptio emphyteutici tituli nõ ſolum contra dominum uerum quoque aduerſus tertium habẽtem cauſam a domino, allegari poteſt. cap. vi. nu. 6.

Præſumptionem emphyteutici tituli quemadmodum eccleſia contra emphyteutam pro ſe allegat, ſic & emphyteuta præſumptus in eccleſiam adducere poterit. cap. vi. nu. 7.

Princeps non præſumitur in dubio, uelle uti clauſula, de plenitudine poteſtatis. cap. xxvij. nu. 6.

Princeps fruſtratorios actus ſuos non facit. cap. x. nu. 16.

Princeps concedens quid alicui & ſi non cum magno alterius præiudicio cum modico tamen conceſſiſſe intelligitur. cap. lvi. nu. 7.

Principis mens talis creditur, qualis eſt ſcriptura, & naturalis ratio. cap. x. nu. 10.

Princeps non ex leui cauſa priuilegiũ aut litteras contra poſſidentem alij cui concedit. cap. xxv. nu. 2.

Princeps non præſumitur uoluiſſe id concedere, quod iuſte nequit. cap. xxx. nu. 7.

Princeps conſtitutionem promulgando, cenſetur ea conditione promulgaſſe, ſi conſtitutio per ſubiectos recepta fuerit. cap. xxxvi. nu. 5.

Princeps ea, quæ ſunt iure communi inducta, poteſt & ſine cauſa tollere, ſi clauſula illa, non obſtante &c. in reſcripto utatur. cap. vij. nu. 15.

Princeps uerbis ſuis generalibus non ſupplet defectũ in oblatis precibus non expreſſum. cap. xxx. nu. 5.

Probatio a communiter accidentibus ualet. cap. li. nu. 6.

Probandi onus, aliquam Principis conſtitutionem pro lege obſeruari debere, incumbit allegantí illam pro ſe. cap. xxxvi. nu. 7.

Probatio per coniecturas ſufficit ad condemnationem in his, quæ ſunt difficilis probationis. cap. xiij. nu. 5.

Probatio continens ueriſimilior præfertur. cap. xxxix. nu. 10.

Proditor non gaudet beneficio ſtatuti eximentis delinquentem a pœna iuris communis. cap. xix. nu. 10.

Prodere, ſolum poteſt intelligi cum dolo malo, ſed tradere, cum dolo & ſine dolo, deq; nonnullis horũ uerborum ſignificationibus diuerſis. cap. xlix. nu. 5.

Prohibitus domum in ciuitate habere, non intelligitur uetitus domunculam paruam habere. ca. lvi. nu. 5.

Prohibitio alienationis legitimæ ad certum tempus per patrem facta ipſi filio eſt fauorabilis. cap. xiiij. nu. 4.

Prohibitum una uia nõ debet alia uia concedi. cap. lxv. nu. 7.

Prohibitio alienationis expreſſa plus operatur quam tacita, & tunc fideicõmiſſarius autoritate propria rem alienatã recuperat. cap. xlvi. nu. 2.

Promittens cuiquam non diſtrahere propriam rẽ, minime obligatur, niſi promiſiſſet illi, qui ius in re aliquod haberet. cap. liij. nu. 9.

Proteſta-

Proteſtatio præcedens additionem hę reditatis declarat,reſtringitq́ȝ actum ſequentem, ut non egrediatur animum proteſtantis.cap.xliij. nu.2.
Proteſtans, ſe recipere penſionem ſaluo iure eccleſię,uidetur ſibi reſeruaſſe ius declarandi caducitatem. cap. xxxvij. nu.3.
Puellæ ſimplices renunciantes parentum bonis quando præſumantur per errorem renunciaſſe. cap. xxij. nu.2.
Puellæ, quæ renunciarunt parentum bonis cum iuramento quando abſolutionem eius impetrare queāt. cap. xxij. nū.3.
Puteus exiſtens inter domum feudalem & alteram domum directi domini non feudalem debet utriq́ȝ domui ſeruire, & quando non. cap. lvi. nu.3.

Q.

QVadriennij tempus conceſſum ad petendam reſtitutionem in integrum quomodo utile ſit & quomodo continuū.cap.liiij.nu.7.
Quadriennij tempus conceſſum ad petendam in integrum reſtitutionē nō currit ignoranti,neq́ȝ illi,qui negligens non fuit.cap.liij. nu.5.
Qualitas iuncta confeſſioni reijcitur, ſi cōtra eam præſumptio aliqua pugnet.cap.xx. nu.vi.
Quota non per numeralia nomina demonſtratur,uti Cardinalis Pariſius inſcite credidit.cap.xij. nu.4.
Quota ſecundum Pariſium qualis ſit. cap.xij. nu.2.

R.

RAtio,quare exemptio & immunitas eccleſiæ non poteſt per contrauentionem, niſi anni s.xl.amitti.cap.xxxv. nu.9.
Ratio expreſſa in principio diſpoſitionis declarat eam,dicturq́ȝ anima & mens eiuſdem.cap. x. nu.4.
Ratio noua quare ualeat pater alienationem legitimæ filio prohibere. cap.xiiij. nu.5.
Ratione legis ceſſante non ſemper lex ipſa ceſſat, & quæ ſit ratio. cap. xxxix. nu.6.
Rationem ſuæ adminiſtrationis tenetur reddere religioſus ordinario loci, quamuis exemptus ipſe religioſus foret,alias ab ordinario punitur. cap.xxviij. nu.8.
Rei publicæ intereſt,incolas habere diuites & exactionibus non oppreſſos.cap.x. nu.20.
Remedia pro recuperanda poſſeſſione ablata cum fructibus eiuſdē quæ competant.cap.xxv. nu.4.
Remedium.c. reintegranda. eſt per quam generale, & aduerſus quos detur.cap.xxv. nu.5.
Remedium.l.fi.C.de acqui.poſſe.habet locum aduerſus illum, qui poſſeſſionem etiam bona fide & iuſto titulo accepit ab illo,qui precarij nomine ab altero poſſidebat.cap.xlix. (nu.1.
Remedium.l.2.C.de reſcin.uend.habet locum etiam in diuiſione,aut re rū permutatione.cap.xxxix. nu.1.
Remedium.c. reintegranda. intentās quid probare debeat.ca.xxix.nu.1.
Remedium.c.reintegranda.competit contra bona fide poſſidentem ſine titulo tamen.cap.xxxij. nu.2.
Remedio. c.reintegranda. agens non cogitur tempus amiſſæ et occupatæ poſſeſſionis docere. ca.xxix. nu.4.
Remorans aliquem falſis uerborum illecebris,ut offendatur ab alio,una cum percuſſore ferietur pœna. cap. xix. nu.6.
Rem eccleſiæ minimam alienare non prohibetur prælatus.cap. lvi.nu.6.
Renouatio emphyteuſis ex decennali canonis præſtatione,ſicut principalis inueſtitura præſumitur.ca. vi. (nu.10.
Renouatio emphyteuſis quibus caſibus concedi ſolet, iiſdem poſtulari prohibetur, ſi res integra non ſit. cap.lxij. nu.6.
Renouatio emphyteuſis concedenda imprimis eſt proximioribus fœminis,quam maſculis in longiori gradu poſitis.cap.lxij. nu.7.
Renunciatio generalis ad illa tantum referſ

referfur, quę competebant tempore renunciationis. cap. lv. nu. 2.
Repeti in ſubſtitutione, quod in inſtitutione continetur, nō decet, ubi abſurdum aliquod inſequeretur. cap. v. nu. 7.
Res de facili redit ad primæuum ſui ſtatum. cap. x. nu. 12.
Res in feudum ſemel conceſſa poterit perpetuo deinceps infeudari. cap. xxv. nu. 9.
Res ſubiecta reſtitutioni ſi alienetur, quando uendicet illam fideicōmiſſarius contra poſſeſſores. cap. xlvi. nu. 10.
Reſcripta Principum, in quibus non ſit habita mentio de poſſeſſione tertij, etiam de facto poſſidentis, ſunt inania prorſus. cap. xxv. nu. 1.
Reſcriptum confirmans poſſeſſionē, quæ uitioſa ſit, nullius eſt momenti. cap. xxv. nu. 3.
Reſciſſio cōtractus iurati ratione læſionis enormis regulariter peti non poteſt. cap. xlvij. nu. 4.
Reſtituitnr eccleſia aduerſus quadragenariam præſcriptionē. cap. xxxi. (nu. 9.
Reſtitutio in integrum ex capite ignorantię conceditur. cap. xxxi. nu. 8.
Retentio rerum illi conceditur, qui operas ſuas, uel impenſas in illis præſtitit, ut non prius cogatur reſtituere, quam ſatisfactum ei fuerit. cap. xli. nu. 5.
Reuelatio confeſſionis ſacramentalis eſt contra eſſentiam ipſius ſacramēti, & quid ſit de eſſentia huius ſacramenti. cap. xxviij. nu. 4.
Reuelatio eorum, quæ dicta ſunt in cōfeſſione ſacramentali, quatenus permiſſa ſit. cap. xxviij. nu. 11.
Reuelatio eorum, quæ non pertinent ad confeſſionem ſacramentalem, ſi tamen ſub ſigillo confeſſionis dicta ſint, non poteſt niſi mandato ſuperioris fieri. cap. xxviij. nu. 12.

S.

SAcerdos nequit reuelare confeſſionem ſacramentalem etiam mortuo peccatore. cap. xxviij. nu. 6.
Sacerdoti non creditur atteſtanti, ſe diſpoſuiſſe de pecunijs alienis prout in confeſſione ſacramentali a peccatore acceperat, & ibi de ratione. cap. xxviij. nu. 7.
Sacerdos in actu confeſſionis ſacramētalis eſt ſpecialis uicarius dei. cap. xxviij. nu. 2.
Sacramentum propter hominis uerba non poteſt fieri illud, quod non eſt ſacramentum. cap. xxix. nu. 3.
Scientia alicuius facti quando præſumatur. cap. li. nu. 5.
Sciens, rem alicuius eſſe apud quempiam iniuſte, tenetur iuſſu ſuperioris id manifeſtare. cap. xxix. nu. 2.
Scriptura & alia quæuis ſolemnitas extrinſeca, ſi de graui agatur præiudicio, non minori, quam annorum triginta, tempore præſumitur interpoſita. cap. vi. nu. 9.
Scripturæ etiam priuatæ creditur ob temporis uetuſtatem. cap. vij. nu. 4.
Secreta alterius habet quis ad imperium ſuperioris reuelare, ſecus eſt in confeſſione ſacramētali. cap. xxviij. nu. 13.
Socius aut frater impendens quidquā utiliter in re communi, recipit a ſocio uel fratre impenſam pro rata. cap. xxiiij. nu. 3.
Solita fieri inducunt probationem idoneam ad condemnationem, licet de crimine ciuiliter agatur. ca. xxxix. nu. 4.
Solutiones canonis annuatim factæ faciliorem dominij præſtant probationem. cap. viij. nu. 11.
Solutionem canonis an debeat emphyteuta in domini hoſpicio facere, & li mitationes quædam. ca. viij. nu. 13.
Solutio debiti in duriorem, & pericu loſiorem cauſam facta præſumitur. cap. xx. nu. 5.
Soluere canonem pro emphyteuta tertius quidam inuito domino nō poteſt. cap. viij. nu. 12.
Specialis derogatio ubi deſideratur, non ſufficit, quantumcunq; generalis fiat. cap. xxxv. nu. 7.
Species enumeratæ quando ſuum genus antecedens nō reſtringant, ubi latius. cap. xxvi. nu. 1.

Species

Species ſuum genus quando reſtrin-gant.cap.xxvi. nu.2.
Statutum ſic debet interpretari, ut le-gi præcedenti quid addat, uel de trahat.cap.x. nu.15.
Statuta, quæ propter maſculos dota-tas fœminas excludi iubent, quan-tum in illa dote contineri uelint. ca. xxij. nu.1.
Statutum laicorum a ſummo Ponti-fice confirmatũ quando efficiatur papale, & clericos liget. cap. xviij. (nu.1.
Statutum non eſt contra libertatem eccleſiaſticam, ubi non aufert eccle ſijs illa, quæ a iure communi uel ex priuilegio ſunt ſpecialiter conceſſa. cap.xviij. nu.2.
Statutum laicorum quando & qui-bus caſibus liget clericos, cap. lxv. (nu.10.
Statuta quomodo ſecundum ius com mune intelligenda ſint.ca.lxi.nu.5
Statutum exorbitans, uel etiam ius cõ mune de re mobili loquens in mate ria præſcriptionis non habet in re immobili locum.ca.xxvij. nu.8.
Statutum loquens de debito non cõ-præhendit debitum iuratum. cap. xxvij. nu.9.
Stipulatio patris ſtipulantis pro ſe & filijs utilem filijs acquirit actionem cap.iij. nu.7.
Subditi poſſunt ſe ipſos nonnunquam a domini iuriſdictione eximere & al-teri ſubijcere.cap.xxv nu.8.
Subſtitutio fideicommiſſaria aut uul-garis continet ſucceſſionem teſtato-ris.cap.xl. nu.1.
Subſtitutio pupillaris continet ſucceſ-ſionem pupilli tantũ.cap.xl. nu.2.
Subſtitutio pupillaris, quæ poteſt ali-quo tempore eſſe directa nõ debet fideicommiſſaria effici propter fa-uorem filij.cap.xl. nu.3.
Subſtitutiones illæ ſimul poſitæ, uul-gariter, pupillariter, & per fideicõ-miſſum, quonam pacto intelligi de beant. cap.xl. nu.4.
Subſtitutus per hæc uerba, uulgariter pupillariter, & per fideicõmiſſum, quãdo poſſit eligere, ex qua ſubſti-tutione ſuccedat.cap.xl. nu.5
Subſtitutio pupillaris cenſetur teſta-mentum impuberis non autem pa tris.cap.xxiiij. nu.16.
Suggerens alicui, uel mandans, aut cõ ſilium dans de facinore perpetran-do, eadẽ pœna, qua malefactor, affi-ciendus eſt.cap.xix. nu.5.
Suitas per ſe confirmat omnia, quæ per aditionem hæreditatis confir-mantur, & loco aditionis habetur. cap.xl. nu.10.
Suitas filij quãdo non tollitur per ſub ſtitutionẽ uulgarem.cap.xl. nu.8.

T

Tempus quadriennij petendæ re-ſtitutionis in integrum non cur rit ignoranti.cap.xxxi. nu.10.
Tempus proſequendæ appellationis continue currit licet a iudice incõ-petenti commiſſa appellatio fuerit. cap.xxi. nu.4.
Tentans celare fraudem, præſumi-tur fuiſſe illius autor.ca. xiij. nu.9.
Teſtamentum primum habens clau-ſulam derogatoriam non poteſt re-uocari per ſecundum, niſi in ſecun-do ſpecialis, & in indiuiduo fiat mẽ tio clauſulæ derogatoriæ.ca.xxxv. (nu.5.
Teſtatoris diſpoſitio, quæ religioni eſt contraria, reijci debet, cap. xxxiij. (nu.5.
Teſtator poteſt inſtituere ſibi hære-dem extraneum quendam naſcitu-rum dũmodo ſciret, illum non eſſe ad huc natum.cap.xvij. nu.2.
Teſtator quando dicatur ſenſiſſe, de extraneo hærede naſcituro.ca.xvij. (nu.3.
Teſtibus etiam pluribus non creditur quando idonei non ſunt, aut ſi ali-quid ſine iuramento dicant, uel par-te non citata, aut deponant in ſcrip-tis tantum.cap.xxix. nu.4.
Teſti deponenti de re ſibi commiſſa creditur.cap.l. nu.2.
Teſti deponenti primo extra iudiciũ uno modo, poſtea in iudicio cõtra-rium & e cõtra, an & quibus caſi-bus fides danda ſit, itemq; pœna fal ſi iniungenda ſit.cap.l. nu.4.

Timere aliquem ſe poſſe expelli, ſi ad poſſeſſionem recuperandam acceſ- ſiſſet, præſumitur in dubio.c.li.nu.9
Titulum ex diutina poſſeſſione alle- gans ita demum auditur, ſi alias nõ fecit actum qui eſſet contrarius, ſeu diuerſus titulo nunc allegato, cap. lvi. nu.14.
Titulum ex decennali poſſeſſione al- legans, debet in ſuo libello id pro- ponere, non autem poſtea. cap. lvi. nu.13.
Titulum aquæ ducendæ ex decen- nali poſſeſſione quãdo allegare quis poſſit.cap.lvi. num.12.
Tradere, poteſt intelligi ſine dolo, & etiam cum dolo, ſecus de uerbo, pro dere, quod citra dolum eſſe nequit. cap.xlix nu.v.
Traditionem rei neceſſariam non ſo- lum in directo dominio ſed etiam in utili transferendo.cap.i. nu.1.
Trebellianica propter non factum in- uentarium minime amittitur. cap. xxiiij. nu.5.
Tributum a collectis & e contra quid quantumue diſtet, & quid unum quodq; proprium ſit.cap.lxv.nu.1.
Tributum reſpicit rem atq; illam co- mitatur ad quẽcumq; tranſeat, col lecta uero perſonam tantum non etiam rem continet.cap.lxv. nu.2.
Tutor liberatus in teſtamento a red- dendis rationibus ſuæ futuræ admi niſtrationis, quando nihilominus il las reddere teneatur.c.xxxij. nu.1.
Tutor per teſtatorem liberatus ab ad miniſtratione, tenetur tamen ratio- nem reddere eorum, quæ ad ipſum peruenerunt.cap.xxxij. nu.2.

V.

VAſallus ob ſui culpã ſi feudo pri- uetur, filijs deſcendentibuſq; ſuis, non conuaſallo fratri nocebit. cap.iiij. nu.13.
Vaſallus delinquens, non ipſo iure, ſed per ſententiam, paucis quibuſdam exceptis caſibus, feudo priuatur. cap.iiij. nu.13.
Vaſallus poteſt irrequiſito domino concedere feudum æquali ſuo aut meliori uiro, quod eſt in emphyteu ta ſecus.cap.iiij. nu.15.
Vaſallus male agens in feudo priua- tur illo.cap.lvij. nu.3.
Venditor quibus allegationibus uta- tur, dum aſſeuerat, ſibi per emptorẽ intereſſe deberi.cap.ix. nu.2.
Venditor quomodo intereſſe ſuum ab emptore petere debeat. cap. ix. nu.17.
Ventri uxoris prægnantis, quæ uxor defuncti Regis fuit, debẽtur homa gia, fidelitates, & alia futuro Regi præſtari ſolita.cap.xlvi. nu.5.
Vendens rem ſub conditione, & inte- rim ea pendẽte ſi melioramẽta fece- rit, recuperabit ipſa.c.xxiiij. nu.12.
Verba generalia habẽtia uim ſpecialis expreſſionis quæ ſint.c.xxx. nu.6.
Verba teſtamenti impropriari debẽt, ut ſuperflua non ſint.cap.xl.nu.6.
Verba in iudicio dicta debent impro- priari, ni poſſent in proferẽtis fauo rem alioqui exponi.ca.xliij. nu.7.
Verba ſtatuentium interpretantur ex uſu alterius ſtatuti de materia lo- quentis.cap.x. nu.9.
Verba præteriti temporis quando ad futurum producãtur.c.xvij. nu.4.
Verba quãtumuis generalia ad perſo- nas tantum de iure habiles produci queunt.cap.x. nu.5.
Verba notarij & inſtrumentorum de bent intelligi ſecundum iuriſperito- rum interpretationẽ. cap.lix.nu.2.
Verba illa, legitime natis &c. non cõ- prehẽdũt legitimatos.c.lxiiij.nu.2.
Verba teſtatoris, ſi deceſſerit ſine filijs de legitimo matrimonio natis com prehendũt legitimatum per ſubſe- quens matrimoniũ.cap.lxiiij.nu.3.
Verba illa in contractibus emphyteu- ticis adſcribi ſolita, uſq; in tertiã ge- nerationem, aut in perpetuum &c. quonam ſenſu capienda ſint. cap. ij. nu.8.
Verba, pro hæredibus maſculis &c. in contractu appoſita ad ſolos deſce dentes referuntur.cap. iiij. nu.3.
Verba contrahentiũ huiuſmodi, pro- mitto me non poſſe nec debere hãc rem uendere niſi tibi infra certum tempus &c. quomodo interpretan da ſint,

da ſint, & an tenear uendere tibi licet eam non expoſuerim uænalem cap.xli. nu.2.

Verba contrahentium ſic accipi debent, ut cum iure communi conueniant. cap.xli. nu.3.

Verbum in plena ſignificatione, non uero ſemiplena ſumitur, quando ad eſt clauſula, omni meliori modo &c.cap.x. nu.19.

Verbum, quod poſſit dupliciter exponi, declaratur prout frequentius inibi ſolet intelligi.cap.x. nu.8.

Vero, dictio aduerſatur præcedẽtibus in iure & in facto.cap. x. nu. 16.

Vetus poſſeſſio præſumitur eſſe iuſtior quam noua.cap.xxix. nu.2.

Vir conſtans non eſt, qui propter mortis metum, uel corporis cruciatum delinquit.cap.xliiij. nu.10.

Vita contemplatiua eſt præferenda actiuæ, & ſeculari.cap. xxxiij. nu.3.

Vniuerſitas nõ uti maior, ſed pro minore potius eſt habẽda.c.xlv.nu.5.

Vniuerſitas, ſiue capitulum non incidit in periurium, quamuis iuramentum præſtitum non obſeruet. cap. xviij. nu.3.

Vniuerſitas eſt res inanimata. cap. xviij. nu.4.

Vniuerſitas licet in periurium non incidat, ſeruare tamen, quod iuramento promiſit, adſtringitur, & a primordio iudicij repellitur propter iuramenti exceptionẽ.ca.xviij. nu.5.

Vniuerſitas nunq̃ delinquit niſi cõmunicato conſilio & communi deliberatione præcedẽte.ca.xlv.nu.3.

Vno ex pluribus emphyteutis portionem ſuam in quemq̃ diſtrahente, non priuantur emphyteuſi omnes. cap. viij. nu.5.

Vſusfructus quibus caſibus pro parte amittatur, & retineatur. cap. lvij. (nu.4.

Vſusfructus cedi nõ poteſt, licet ſit ſecus in fructuum perceptione. cap. lxiiij. nu.6.

Vſufructuarius nolens reficere partẽ rei, in qua uſumfructũ habet, ab omni ſuo iure cadit.cap.lvij. nu.1.

Vſufructuarius finito uſufructu poteſt de fundo per dominum proprietatis autoritate propria expelli.cap. lxij. nu.10.

Vſurarius condemnatur ex illa probatione, quæ oritur ab his, quæ ipſe erat ſolitus facere.cap.xxxix. nu.5.

Vſum uenandi licet ſibi retinuerit dominus nemoris, poterunt nihilominus & hi, quibus donatum eſt nemus, ipſi ſinguli inſolidum uenari, & de ratione.cap.lvi. nu.2.

Vſus uel conſuetudo quonam modo probetur.cap.xxxvi. nu.6.

Vſura precij, quæ in locum intereſſe ſuccedit, propter fructus rei uẽditæ ab emptore perceptos & ciuili & canonico iure eſt permiſſa.ca.ix.nu.1.

Vxor inſtituta hæres in uſufructu omnium bonorum, dicitur legataria tãtum rei particularis.cap.xvij.nu.5.

FINIS.

AMPLISS. REVERENDIS. QVE PATRI FRANCISCO BANDINEO PICCOLOMIN. ARCHIEPISCOPO SENARVM DIGNISS. FRANCISCVS ZOANNETVS IVRECONSVLTVS. S. D. P.

VT maximorum Principum eſt præclare aliquod ſemper & in omne æuum memorabile animi ſui uirtute quadam præcellenti agere, ſic haud ignobilis ſcriptoris officium omnino uidetur dignitate uerborum maieſtate ſententiarum futuris hæc omnia ſeculis condere, quod de tuis egregijs factis me in præſenti acturum (optime Princeps) minime duxi, non enim cuiuſq; uiri eſt Corinthum petere, multa & magnifica quidem facinora, quæ nec ſucciſiuum temporis ocium nec in celebris uiri operam depoſcunt uniuerſo in orbe de te iam diu circũferri uideo, at noſter hic dicendi agellus quum in omnibus tenuis tum iſtarum præſertim laudum infœcundus ut ſemper fuit, Racemationes ipſe paucul as in acquiſitionis & amiſsionis demum poſſeſſionis Tractatu collegiſſe uolui, quas admodum inopes doctiſſimi & magnæ autoritatis uiri tutelam expetere cum uidiſſem uni tibi, quem huiuſmodi eſſe omnes norunt, dicatas tantum cenſui, neq; ipſas profecto ſine alio commentario ubi quorundam, & eorum quidam non uulgarium opiniones deleui, impreſſoribus cõmittere ſtatueram, frequenti enimuero amicorum hortatu, & quod futuris eſt potius negotijs quã præteritis conſulendum, harum modo editionem ſolam precibus multis rogatam edere neceſſariorum cõiunctione deuictus tandem prodire in uulgus conceſſi, Commentarios autem, qui uerboſas quorundã ſententias abijciunt ac deteſtantur, quarto hinc redeunte anno (ſi dijs placebit) impreſſoriæ arti nec forſan denegabimus. Tu nunc igitur potiſſimum occurriſti, ad quem noſtras haſce lucubrationes tumultuarie elaboratas, quæ non parum a communi peruulgatoq; noſtratium uſu recedunt, conſilij ineundi & aduerſum Momos tutelæ ſubeundæ gratia mitterem, ipſe namq; doctrina, iuſtitia, qua multa polles, incomparabili animi tui magnitudine, qua Principes & noſtrorum temporum Reges facillime ſuperas, munus id opportune mihi exhibere poteris, ſic plane Alterum in prouincia Marchiæ regenda compertum feceris, ut prouinciales omnes unanimi uoluntate prædicent iuſtiorem, commodiorem, & in omni genere adminiſtrationis præſtantiorem, doctioremq; te excepto nullum antea unquàm prouinciæ præſidem habuiſſe, quod ego ſæpius ne à plebe uulgaria tantum hiſce meis auribus uerum & à decurionibus primæ Ciuitatis perſpicua fide diligentius accepi. Alterum etiam perpetuo admirabiliq; tempeſtatis noſtræ exemplo maxima cum in patriam pietate ſignificaſti, ubi ſuperioribus annis populi conſenſu tibi ſoli ampliſſimæ Ciuitatis Senarum oblatum ultro imperium repuliſti, Abdolomini tu quidem fortitudine, qui Sydoniorum regna deſpexit, Timoleonis Corinthi prudentia, Arati Sicyonij modeſtia, qui dominandi luxu contempto parere quam imperare maluerunt, libertatem patriæ commodis proprijs & rei tuæ ipſe ſolus integritate, qua præſtat nemo, prætuliſti, idq; prius immortale exemplum non minore ſui nominis celebritate MARIVS frater tuus ingenio uir egregius, re militari ſtrẽnuus, boniſq; omnibus diſciplinis ornatus, quo tempore uniuerſi eiuſdem urbis ciues eum ante alios Dominum ac Principem exorabant amore patriæ ſectatus eſt, qui in bellis ciuilibus componendis, rixis ciuium ſedandis homines aliqui duros & implacabiles ad concordiam, ad pacis ſtudia adhortans, rei publicæ libertati conſulens uſui et patriæ & ciuibus tantopere fuit ut uelq; immerito poſt te patriæ parens uocetur, qua ideo pietate, qua clementia, qua ſingulari humanitate tu domuſq; tua cæteros omnes præcellis ſcribentis erga te animum exoſculare, miſsiq; muneris tutelam ſuſcipe, quod etenim in ſcrinijs occulendum fuerat honeſtiſſimis moribus tuis, ingenio, facundia, autoritate confiſus in apertum retulit, quod ut facias pater ampliſſime rogo. Vale. Bonon. quarto idus Februarij. M. D. XLIIII.

SVMMARIA AD IN-
TERPRETATIONEM VERBI DE POSSES-SIONE.

1 Verba ſuper titulorum continuatione facere in iure ciuili improbum eſt.
2 Poſſeſſionis ſpecies duplex.
3 Rerum differentia ſpecifica ſumitur à forma ſecundum Philoſophum.
4 Forma poſſeſſionis quæ ſit.
5 Naturalis poſſeſſio à ciuili cũ in ſpecie, tum in ſubſtantia differt.
6 Socini damnatur opinio putantis unicã eſſe poſſeſſionis ſpeciem.
7 Poſſeſſionis appellatione hoc in loco utraq; uenit.
8 Iuriſconſultus proprias uerborũ ſignificationes ſequitur.
9 Statutum de poſſeſſione, uel de poſſeſſore loquens, utrum de ciuili, an uero naturali, & quo nam modo intelligi debeat.
10 Idq; ſtatutum rerum incorporaliũ poſſeſſorem cõpræhẽdat necne, & nu. 12.
11 Socinus repræhenditur.
12 Ex communi uulgariq; uſu loquendi poſſeſſionis appellatione immobilia poſſeſſa tantum ſignificantur.
13 Poſſeſſio quod ſit à pedibus dicta demonſtratur.
14 Poſſeſſio iure naturali incognita à iure gentium originem ſumpſit.
15 Socinus repræhenditur.
16 Quibus caſibus, his etiã temporibus, etiã dominiũ ſtatim poſſeſſio tribuat.
17 Capta in bello occupãtium illico fiunt.
18 Socinus nihil referre arbitratur iuſtum, an iniuſtum bellum fuerit, ut in illo capta fiant rapientis.
19 Multi etiã ſub iuſto Clypeo cecidere.
20 Sors belli anceps.
21 Mathematicorum Ariſtotelisq; de exitu belli opinio relata.
22 Socinus repræhenditur.
23 Ratio redditur quamobrem dominia diſtincta fuerint.
24 Lex iuriſgentium ut capta in bello ſtatim occupantium fiant quemnam adusq; modum intelligenda ſit.
25 Alexander Macedonum Rex quid in pugna committenda prius obſeruandum duxerit.
26 Bellum iure diuino (ſi eſt iuſtum) permittitur, alioquin ſecus.
27 Cauſa pugnæ fuerit ne iuſta in bellis etiam non aſpernamur.
28 Viribus corporis iura minime fidunt, ſi deus belli autor non fuerit.
29 Bellum ex iuſta, uel dubia ſaltem & ancipiti cauſa indictum eſſe debuit, ut in eo capta hoſtium fiant.
30 Declaratio pulchra. l. poſtliminium in prin. ff. de capt.
31 Pontifex quando paganos, & infideles alios rebus ſuis, indicta cauſa, priuare poſſit, & quod ut Hyeruſalem recuperare poſſit id ei tantũmodo liceat.
32 Romani (ut ferè ſemper) iuſtam belligerandi cauſam habuere, atq; permiſſu quodammodo cœleſti aduerſus hoſtes, arma induere.
33 Hoſtes populi Romani aliquo reſpectu Romanis iuſte bellum gerebant.
34 Homines capti in bello quod hac infami tempeſtate noſtra Carolus. V. Imperator, Francorum Rex ſimul gerunt, capientium non fiunt, & ibi ratio redditur.
35 Res omnes, præter Chriſtianos, in bello iuſto captæ occupantibus iure gentiũ protinus addicuntur.
36 Capta in bello poſt mortem Imperatoris an hoſtium fiant.
37 An capta in bello ſtatim capientium fiant, uel potius diuiſio prædæ expectanda ſit, & quonam iure id conſtitutum fuerit.
38 Immobilia occupata in bello non militibus, ſed Principi inſolidum cõcedũtur.
39 Capta iure belli in alieno territorio an occupantium fiant.
40 Socinus repræhenditur.
41 Locus ubi exercitus conſidet territoriũ illius exercitus putatur.
42 Ratio præter Socinum quare confugientem ad eccleſiam non poſſit iudex ſecularis abducere.
43 Quibus caſibus eccleſiaſtico iudici permiſſum eſt de Eccleſia noxios educere, iiſdem & iudici ſeculari conceditur.

FRANCISCI ZOANNETI IVRE-CONSVLTI BONONIEN. DE POSSESSIONE INTERPRETATIO.

VSu quopiam uetuſtiſſimo cenſuerunt imprimis Cō- mentatores de ordine, coniunctioneq́ titulorum ſu- per rubricis ut fermè ſemper eſſe differendum,& ple- rumq́ optata rubri elucidatione omiſſa ad crebra il- lorum Sophyſmata nugalibus haud paucis decurri- tur, ac tum curioſe quærunt, cur Titulus hic magis quam illic poſi- tus fuerit, quale eſt hoc in loco illud Accurſij, & cæterorum certatim pugnantium de ſituatione iſtius noſtri Tractatus, nonnulli ratione quadam iuſtam hic tituli cōpilationem affirmant, pleriq́ id negant, multi neutrum conſentiunt, ſed ratione (ut aiunt) inopinata hoc ip-
1 ſi totum illuſtrāt, † quod improbe nimis factum omnino putarim, ſcimus etenim ciuile ius à Cæſare probabiliter fuiſſe diſpoſitum, nec ulli propoſitam ſeriem uel mutare, uel imminuere concedi. l. ij. §. igi- tur. §. cū una dignitas. C. de uete. iur. enude. Ideo quęſtiones ob id ex ortæ uelut inanes & ieiunæ admodum rejici debent. l. ille aut ille. §. tum in uerbis, de lega. iij. Alex. reſpondit conſil. lxij. Viſa facti narra- tiōne, lib. ij. Nobis autem uerborum rubricæ ſignificatus proprios differere & à uulgaribus ſcriptorum inſtitutis paulò diuertere tan- tum libebit, uerba huic titulo præſcripta ſunt huiuſmodi, DE POS- SESSIONE. ACQVIRENDA, VEL AMITTENDA. Vt ſciamus quonam pacto acquiratur, atq́ item amittatur poſſeſſio aliqua imprimis de poſſeſſione ipſa dicemus, Quid autem poſſeſſio
2 ſit uel id ab omnibus diffinitū nec recenſebo, † uerum duplicem eſ- ſe poſſeſſionis ſpeciem frequentiori ſententia opinantur doctores in principio. l. i. tituli noſtri, per textum in. l. nemo. C. eodem. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. l. poſſideri. §. nerua filius. l. quemad- modum, infra eodem, eſt clarior textus in. l. iij. §. fi. ad exhib. l. i. §. de-
3 ijcitur, de ui, et ui armata, † quod ſic ipſe defendo, differētia rei ſpeci- fica ſumitur à forma ſecundum Phyloſophum octauo Metaphy. quamobrem uidemus quod animantium forma anima eſt, Enimue ro animarum quædam ſunt cum ratione, quædam rationis prorſus expertes, quæ res inter homines & bruta ſpecialem differentiam prę ſtat, glo. in clemen. i. §. porrò, uerſ. intellectiue &c. de ſumma Trini.
4 & fide Catholi. † Sed forma poſſeſſionis, quam aiunt doctores, in- ſiſtentia rei eſt non prohibitæ poſſideri, uerba namq́ huiuſmodi in diffinitione poſita ſunt differentiæ cauſa, ſicq́ pro forma habentur, quæ forma uarie ac diuerſimode capitur, quandoq́ actu corporali et uere naturaliter aut præſenti, aut proximę rei inſiſtimus, nonnun- quam ciuiliter hoc fit, quando lex fingit quem naturaliter & corpore ipſo inſiſtere propter animum, quem poſſidendi habet, licet abſens ſit, argumento. l. nihil, de capti, & poſtli. l. clam poſſidere. §. qui ad
5 nundinas, infra eod. † naturalem igitur poſſeſſionem in ſubſtantia

atq; item in ſpecie propter diuerſam utriuſq; formã à ciuili differre cõſtat, id etiã Aphricani, Pomponijq; reſponſis non obſcure ſignificatur, quibus nos & amittere poſſeſſionem colono defuncto, & etiam retinere dicimur. l. Si id quod. §. i. l. ſi de eo. §. ſi fortè. ibi Paulus Caſtrenſis. infra. eo. Poſſeſſio ergo duplex erit, altera quę amittitur, altera quæ retinetur, eiuſq; rei firmum eſt argumentum, in poſſeſſione agri ipſe exiſtens alius interim poſſeſſoris animo ſi partem illius clã ingrediatur non minus uideor poſſidere, quoniã in poſſeſſione fundi eram. l. quod meo. §. fi. glo. infra eo, Cæterũ ni in poſſeſſione fuiſſem perdidiſſem eam, & tamen Labeo Vlpianuſq; addicunt è fundo ad nũdinas profectum nihilominus poſſidere, quocirca una eſt, quam retineo, alia eſt, quã amitto, ut neq; amiſſa uicem retentæ poſſeſſiõis ſuſtinear argumen. eorũ quę tradit glo. in. c per noſtras, uerſi. præſentare &c. de iure patro. † Socinum itaq; in l. i. infra eo. ea de
6 re perperam nimis fabulatum exiſtimo, qui poſſeſſionis duntaxat unam ſpeciem eſſe autumat per. l. i. §. ſiue autem in fi. de ui. & ui. armata. l. qui bona. §. i. infra eodem, in ſingulari enim, ipſe ait, & in ſpecie poſſeſſionis fit mentio, cui animo & corpore inſiſtimus, alias generi, quod nullũ eſt, inſiſtere uideremur, Ideo una tantũ inuenitur. At reor quidẽ falſa ne ſit eius opinio quod uelpotius in genere hiſce in locis poſſeſſio capiatur neq; ſua ratio, quia generi non ualemus inſiſtere ullo modo obſter, ſcriptũ nãq; eſt, mulier, quæ damnauit, ſaluauit, ibi mulier quãuis in genere capiatur, nõ ideo mulierũ genus, quod nihil corporale ſeu reale eſt, nos & damnatos & ſaluos feciſſe uerũ eſt, una fuit in ipſo muliebri genere quæ dãnauit, alia uero ſaluos nos reddidit, glo. in. l. ſiue. C. de neg. geſt. probè cõueniũt notata per doctores in. l. uinũ, ſi cer. peta. ſimili modo dicimus legato homine in genere ipſum genus haud relictũ cẽſeri, ſed homines ſinguli, qui ſub illo genere ſunt, cõtinẽtur legato. l. Meuius. §. duobus, uerſ. hominis enim legatũ &c. de lega. 2. quare in propoſito caſu dixerim poſſeſſionẽ imbi fuiſſe generaliter poſitã, nõ uerumtamẽ inferri, quod inſiſtamus generi, ſed ſpeciebus, ſeu indiuiduis genere ipſo cõtentis ſolũ inſiſtamus, minus cõtraria eſt. l. 3. in. §. genera infra eo. quã ab Iaſo-
7 ne ſatis elucidatã nõ refero, † et in hac rubrica poſſeſſio generaliter inſcripta eſt utriuſq; poſſeſſionis ſpẽm complectẽs cũ generaliter præſcripta ſit et appellatione poſſeſſionis utraq; ueniat, Bal. in. l. i. C. cõia
8 de uſucapio. Alex. cõſil. 28. col. 2. li. 2. † Tũ à iurecõſulto peritiſſimo, qui uerborũ proprias uoces imitatur nõ aũt ab homine uulgari eius fit mẽtio, glo. in. l. ſtipulatio iſta. §. hęc quoq;, de uerb. obli. Deci. con
9 ſil. cel. nu. 7. li. 2. Alex. cõſil. 44. col. 2. li. 5. † inde quęri ſolet, an de poſſeſſione aut poſſeſſore lex municipalis loquẽs in eo qui naturaliter aut ciuiliter an utroq; modo poſſideat intelligẽda ſit: qua in re magis obſeruarum eſt legiſlatoris uoluntatẽ primitus conſulendã, ut ad poſſeſſorẽ cũ referatur, cui magis uolũtas cõgruit, l. ſciendũ. §. i. ibiq; Angel. qui ſatiſda. cogã. c. intelligẽtia. c. in his, de uerbo. ſigni. l. nõ aliter,

de lega.

de lega. 3. ubi uero dubia eſt mens ſtatuentium, omnes poſſeſſores
ancipiti cōſtitutione illa ſignificantur, l. 1. §. deijcitur. §. qui à me. l. 3.
§. unde ui. de ui, & ui, armata. dummodo proprio nomine poſſide-
ant, quandoquidem ſermo dubius haud aliter interpretetur. l. quæ-
ſitum de in ius uocan. Angelus in. l. quamuis, infra, eo. Iaſ. in. l. ſi u-
nus. §. pactus ne peteret, col. 11. de pac. Io. Fabri. in. §. & in eum, Inſti.
10 de actio. † Sed & poſſeſſor rerum incorporalium an in diſpoſitione
ſtatuti ſub uerbo ſimplici poſſeſſoris ueniat rurſus diſceptatum eſt,
hicq; Aretinus uenire credit, ſtatutum inſtrumēto guarentigiæ exe-
cutionem expeditam tribuens, ne dum habenti directam ſed utilem
quoq; actiōem priuilegium id cōcedit, Bar. in. l. 1. de actio. & obli. per
l. ſi procurator. de procura. & quamuis nō ſit proprie creditor Ceſſio
narius cōpræhenditur tamen in ſtatuto etiam odibili de creditore lo-
quente, quia utile ius directi loco ſubrogatur, Bal. in. l. per diuerſas,
C. mandati, § reliquum, uerſ. conſequens &c. in auth. de heredi. qui
ab inteſta. idemq; Aretinus reſpondit cōſil. 30. incip. Viſo themate,
col. pen. & ſtatutum à regulis declinans, ſi aliquo caſu dat actionem,
officium itidem iudicis omnino concedit. Alex. in. l. 1. de iuriſdi. om.
iudi. Iaſ. in. §. omnium col. 10. Inſti. de actio. contradicunt nōnulli, Il-
latio. n. de poſſeſſione ad cōtractum rectè fit. l. quamuis ſaltus, infra
eo. ſed municipij diſpoſitionem, qua de contractibus cauetur, nō tra-
himus ad quaſi cōtractum, Bar. in. l. apud Iulianum. §. fi. quibus ex
cau. in poſ. eatur. Bal. Angel. Imola, Alex in. l. mutum, §. 1. de acqui-
renda heredi. merito ad poſſeſſorem improprie non fiet extenſio, ſic
nominatim edixit Antō. de But in. c. fi. col. 4. de cauſa. poſſeſſ. & pro
prie: non enim uerba ſtatuentium ſecundum fictam laxamq; ſigni-
ficationem, atqui ſecundum propriam & ueram interpretamur. l.
quicquid aſtringendæ de uerbo. obli. l. 1. §. is qui nauem. de exercito-
ria, Socinus autem in. l. poſſideri, in prin. infra eo. concordiam inter
hos compræcatur, ut ſtatutum de quaſi poſſeſſore cenſeatur cauiſſe,
ſi modo ratio eadem æquè in ficto poſſeſſore ſit, quæ in poſſeſſore
11 uero eſſe dignoſcitur, alioqui ſecus, † huius plane ad hæc cōciliatio
neq; uitio ſatis carere uiſa eſt, ſcimus namq; ſi diuerſa fuerit ratio qua
ſi poſſeſſorē non cōtineri ſtatuto. l. illud, ad l. Aquil. l. 1. §. hoc interdi-
ctum de ciſterna, ff. de fonte. neq; id etiam Bartolum Angel. Imolā,
Alex. Anto. de But, latuiſſe opinamur, nam hi omnes diſputationē
hanc tum fieri incertam rati ſunt, cū ratio eadē in uno quoq; caſu in-
ſpiciatur, dicūt ipſi ſtatutum prohibens cōtrahere fœminā abſq; pro-
pinquorum aſſenſu nō poſſe referri ad hæreditatis additionē, hoc eſt
ad quaſi contractum & ratio eadem, ne ſcilicet damnum incaute ſen-
tiat mulier, tum nihilominus imminet. l. fina. in prin. C. de iure deli-
be. uerius itaq; erit nullo caſu ad quaſi poſſeſſorem ſtatutū hoc trahi,
in proprio namq; caſu, nō etiam ficto, ni ſpecialiter exprimatur, intel
ligi oportet. l. ait prætor. §. hæc uerba, ibi de quo neceſſarium fuit e-
dicere &c. & ibi glo. in uerſ. hereditatem, de nego. geſt. neq; id ip-

ſum Bar. in ſimili negat in. l. ſ. §. hoc edictum de ciſterna. ff. de fonte, quam opinionem alias poſt alexandrum Iaſon in. l. 3. in prin. infra eo. plenius emulatus eſt Aretini propoſitos obices curioſe firmiterq́
12 reijciens prædicta utiq́ ex iuris diſpoſitione procedunt, † cæterum id uulgaris ſermonis uſus, qui omni conſtitutioni præponderat ſtrictius forſitàn anguſtiuſq́ declarat, quod de poſſeſſore uel poſſeſſione ſola rerum immobilium ſtatutū, ac quæuis alia diſpoſitio de poſſeſſione loquens intelligi debeat. l. fina. Cyn. Bal. C. de compen. Bar. in. l. uxorem. §. legauerat in fi. de lega. 3. Bal. in. l. 1. de ſtatu. homi. Sed
13 ut noſtra unde digreſſa eſt diſſertatio redeat, † poſſeſſio ſecundum Pauli & Labeonis ſentētiam à pedibus eſt appellata, & pedum quaſi poſitio eſt, quam lectionem illuſtris præceptor meus ALCIATVS capite diſpuncti. primo, poſt Vallam illa ratione damnat, quoniam pes in dictione ſeu Etymo poſſeſſionis haud inuenitur, & tanti uiri profectò probabilis admodum uidetur ratio, uerū probati Codices noſtri Labeonis Pauliq́ reſponſum hoc aliter nobis referunt: poſſeſſio appellata eſt, ut & Labeo ait, à pedibus pedum quaſi poſitio, quæ lectio forſitan iuſtior eſt, & poſſeſſio cum pedibus in Etymo uocabuli cōmune aliquid habebit, ſi antiquorum regulis uocabulum iſtud penſitauerimus ijſdem conferemus, olim ueteres utebantur litera, o. ueluti uortex, uorſus &c. ubi nos hodie & ſcribimus & proferimus, e, ut uertex, uerſus &c. primuſq́, o, literam in, e, uertiſſe gratia ſonoræ uocis Scipio Africanus traditur, & in hac re, M. Cicero, Gellius, Quintilianus idq́ genus pleriq́ alij ſunt teſtes, nimirum poſſeſſio
14 affinitatis coniunctionis ue aliquid cum pede habebit, † quæ olim poſſeſſio iure naturali erat incognita, quum omnia eſſent in confuſo hominibus comunia. Sanctus Thomas in ſecūda ſecundæ quæſtio. 66. in ſecundo quæſito. c. ius naturale, prima diſtinct. poſtea iure gētium, quod ſecundarium multi dicunt, cum neceſſitatis tum uſus hominum commodioris gratia agris termini poſiti, dominia rerum diſtincta hac lege fuiſſent, terra, quā pes tuus calcauerit, tua ſit l. ex hoc iure de iuſti. & iure. c. ius gentium, prima diſtinct. legitur Deutoro. capite 14. Ioſue capite. 1. Idemque ius in rebus mobilibus fuerit. l. i. in prin. infra, eo. qui primi rerum poſſeſſionem adepti ſunt, earum domini abſq́ alio titulo fiebant illico, taliq́ ordine poſſeſſio inducta
15 fuit, à qua dominia rerum contra ius naturale diuiſa ſunt, † licet Socinus in hoc & inemendate quidem contradicat in. l. 1. in prin. infra eo. non eſt ipſe inquit contrarium iuri naturali ius gentium, quia rerum dominia occupantibus primis conceſſerit, quandoquidem iure naturali non erat conſtitutum, ut in communi omnia poſſideri oporteret, quæſo dicat iſte mihi quid illud eſt quod dicere ſolemus de iure natu. cōmunis omnium poſſeſſio eſt, & una omnium libertas. c. ius naturale, prima diſtinct. tamen ſeruitutem ab iure gentium introductam iuri naturali cōtrariam eſſe Cæſar teſtatur. §. ſeruitus, Inſti. de iure perſo. §. ius autem gentiū, inſti. de iure natu. gen. & ciui, Idcirco

rerum

16 rerum ſeperationem naturæ contrariam ſimili ratione crediderim, †
huius rei ueſtigium hodie poſſeſſio retinet in rebus, quas pro dereli-
cto domini habent, ut qui res primi derelictas occupant dominium
illarum ſtatim nanciſcantur. l. interdum. §. quod ex naufragio, infra
eo. l. i. & l. fina. ff. pro derelicto. Idem in alia quaq; re obſeruatũ eſt,
quæ in nullius bonis eſſe appareat, uel quia ſignum culturæ nullum
ibidem eſſet, uel quod præconis uoce compertum id poſtea fieret,
Bar. in. l. rem quæ nobis, infra eo. Areti. conſil. 15. pater Reuerende,
col. 2. adhuc etenim iuris regula uiget, quod nullius eſt, occupanti il-
lud conceditur. l. quod enim, de acqui. rerum domi. quamobrem in-
ſula nata in mari, gemmæ, lapilli, margaritæ in littoribus inuentæ
piſces, feræ Beluæ, uolucres, cætera deniq; animalia cœlo, terra, ma-
riq; capta cumprimis capientium fiunt. l. 1. in fi. l. quod in littore.
17 l. adeo. §. inſula, de acqui. rer. domi. † quæ poſſeſſio de iure gen-
tium irroborauit adeo inualuitq; ut etiam capta in bello capientium
illico æque fiant. l. naturalem, in fi. de acqui. rerum domi. l. ſi quid
bello, de capti. l. ab hoſtibus. la ſecunda. C. de capti. §. item ea. inſti.
de rerum diui. & hic in. l. 1. in prin. infra eo. uerum in hac communi
peruulgataque iuriſgentium regula nonnullos, atqui potius omnes
iuris profeſſores hæſitaſſe conſpexi, crediderunt aliqui de bello iuſto
intelligi oportere, rurſus alij quæſiuerunt an ſit iuſtum illud, quod
ex iuſta cauſa uel potius à principe non habente ſuperiorem quauis
cauſa etiam illegitima publice indictum fuerit, & ſtatim, aut poſt
diuiſionem prœdæ capientium occupata fiant, & an in territorio
18 alieno, uel hoſtium dumtaxat huic regulæ ſit locus, † pugnat ad-
uerſus Aretinum Socinus in. l. i. infra eo. ut cauſa belli iuſta non
quæratur ſolam enim belligerantis autoritatem lex ipſa expoſcit.
l. hoſtes, de capti. & iuriſgentium conſtitutio generaliter iubet in
bello capta uictoribus ſtatim concedi, differentia ergo huiuſmodi
rejicitur, quod innuit textus in. l. poſtliminium, in prin. de capti. ibi
ut qui per iniuriam ab extraneis retinebatur &c. c. ſi epiſcopus, iun-
19 cta glo. de ſupplen. negli. prela. libro ſexto, † Socini ſententiæ con-
uenit, quod lege (ut dicitur) lombarda circumferri ſolet, multi ſub
iuſto etiam clypeo cecidere, in titulo qualiter, quis, ſe defen. l. 3. &
pugna non ideo cenſetur permiſſa quia iuſte inferatur, nam Deus
in qualicumque pugna ad iram impellitur tentaturq; ſemper glo.
in. l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione, uerſ. ſi domino commit-
20 tente, ad. l. aquil. † & ait Seneca in ultima tragœdia, fortuna belli
21 ſemper in ancipiti loco eſt, † quapropter Mathematici autumãt ex
planetarum mot bus, ſtellarumque curſu exitum pugnæ terminari,
corpora cæleſtia in corpora inferiora agunt, & illa diſponunt, quæ
ex aſpectibus & coniunctionibus planetarum earumq; oppoſitio-
nibus ſæpe numero immutantur ſecundum Ariſtotelem in libro
de proprietatibus elemen. corpora cæleſtia animos mouent cõple-
xiones mutando ex quo diuerſa eſt animi operatio cum anima

natura

naturalem complexionem inſequatur, ut in initio phyſiognomoniæ habetur, & plus influunt in uno loco quàm in alio, ſecundum aſpectum & ſtellarum pluralitatem, unde interdum uictoriam tribuũt, quæ à uictore non ſperabatur, ut ſi quis alteri bellum indixerit hora qua dominus aſcendentis eſſet in ſeptima domo, quæ eſt domus inimicorum, præſertim ſi id temporis Luna fœliciter illum reſpexerit
22 ſuccumberet dubio procul belli motor ſecundum Aſtrologos, † Ipſe profectò reor Socinum impendiò errore lapſum, naturalis inter homines ratio iuſgentium ſicq; bella inſtituit. §. quod naturalis ratio, Inſti. de iure, natu. quæ ratio bellum deteſtatur irrationabile & ſine cauſa illatum, nefaſq; illud appellat. l. ut uim, in fi. de iuſti & iu-
23 re, quod nec ſinuoſe lex, uel ratio nos docet, † iuregentiũ ea ratione dominia rerum ſunt diſtincta, ut ſtatus hominũ pax eſſet, Sanctus
24 Thomas in ſecunda ſecundæ, quæſt. lxvi. articulo ſecundo, † eodemque iuregentium bella ſunt hac lege introducta, quòd in bello capta capientium ſtatim fiant, intelligimus ne generaliter de quocunq; bello etiam irrationabili & iniquo? ut eadem gentium conſtitutio modo pacem, modo rapinam inter homines induxerit? equidem arbitror iuſgentium ea propter bella inueniſſe, ut quod pridem conſtitutum fuerat in diuiſionibus rerum tutaretur, ſicuti prætor naturalem ſemper æquitatem imitans quod obſeruari iuſſit pœnali iudicio quãdoq; defendit. l. i. ſi quis, ius. dicen. non obtẽpe. quę res naturalẽ lem ſane maximam æquitatem præfert, ut quod pro defenſione uel repetitione ſui iuris pugnando ex hoſtibus quis cœperit illico ſuum fiat. l. ſecundum naturam, de regu. iur. quod in bello per iniuriam, & ſine cauſa indicto minime accidit, & prætor naturalis rationis obſeruantiſſimus rei alienæ uiolentos raptores acriter punit. l. prætor. de ui. bono. rapto. & iniuria inde fieret unde ius oritur contra. l. memi-
25 nerint, C. unde ui. † Alexander itaq; Macedonum Rex deum & naturam in belli pugna capeſſenda reſpiciens de optimo imperatore ad hanc propè ſententiam ſcriptum reliquit, decet imperatorem de his, quæ ipſe requirat uel requirentibus alijs aſſentire nolit, oratione prius & legationibus agere, unde prouocatus uideatur ad arma confugere uel iuſta petendo uel iniqua recuſando, teſtetur denicq; deos atq; homines non per contemptum atq; temere perinde ac ſibi euenire non poſſint, quæ bellum gerentibus ſæpe accidere ſolent, neq; quia omnino pertinacia animi mala & cladem mortalibus ferre cupiat, bellum eſſe à ſe ſuſceptum. &c. Liuius primo ab urbe condita, inſtitutione Numæ Pompilij, qui etiam in pace religionem inſtituerat, bellum indicebatur, Audi Iupiter (inquit) audite fines niſi dederit, quod expoſco, audite dij cæleſtes, terreſtes, & inferi, ego uos te-
26 ſtor populum hunc iniuſtum eſſe, neq; ius perſoluere, † Itidem iure diuino bellum iuſtum permittitur, non alias conceſſum legimus, Regum. xvij. quando pugnauit contra Goliam Dauid, Leuiti. xxvi. perſequimini inimicos ueſtros & corruẽt coram uobis, Exodi. xxvij.

Hyere.

Hyere.66.præparate & ad bellum procedite,& 48.poſt princi. maledictus qui prohibet gladium ſuum à ſanguine & Ieolis. 3. ſanctificate bellum & ſuſcitate robuſtos &c.c. noli exiſtimare.c.quid culpa-
27 tur.c.militare.xxiij.q.i.c.dominus noſter.c.fina.eadem cauſa.q.ij.† ſic adeo iniqua pugna à naturali ratione exorbitat,ut etiam inter belluas iuſta cauſa congrediendi requiratur.l.i.§.cum arieres, ſi quadru.
28 pauper.feci. dica. † & ubiq; uires corporis & animi alacritatem negligunt iura quando iuſta cauſa nō ſubeſt & belli autor deus nō eſt. §.i.in auth.ut omnes. obe.iudi. prouin.l.i.in prin. C. de ueter.iure enucle.iuxta illud ſapientis,fruſtra ſunt arma foris niſi iuſtum conſilium domi ſit,& illud Propertij.

Frangit & attollit uires in milite cauſa.
Quæ niſi iuſta ſubeſt,& excutit arma pudor.

Et pleroſq; iniuria bellum indixiſſe in acie demum periſſe Liuius,7. ab urbe condita tradit, Iuſtinus refert Porum regem qui prouoca-
29 uerat ab Alexandro bellica ui ſuperatum,† ſic plane exiſtimo uel iuregentium, uel iure diuino iuſtam probabilemq; cauſam belli,aut ſaltem iuregentium dubiam ancipitemq; omnino eſſe oportere, uti mox attingam,nec ſufficere quod princeps quiq; maximus illud indixerit ſi eius calumnia uulgaris & nota ſit,alioqui capta in bello iure gentium capientis non fieret ſic Imo,uoluit conſilio.li.incipi.in ca-
30 ſu propoſito.iii princi.reſpondit Deci.conſi.ccccccxci.in prin.lib v.† Neq; Pauli reſponſum his aduerſatur in.l.poſtliminium in prin. de capti.ſic enim uerba Pauli interpretor , per iniuriā ab hoſtibus quis detinebatur & hoſtiū ſeruus nihilominus erat, non hoc ideo dicitur quia indigne pugnauerint hoſtes, ſed ratione iuris naturalis, quo liberi omnes erant,ab hoſtibus captus dicitur per iniuriam,ideſt cōtra ius naturale detineri,ibi etenim iuris ſeu æquitatis naturalis legislator meminit,quamobrem de ipſo intelligendum credidi.l. qui filiabus,de lega.i.uel concedamus bellum cōtumelioſe inniti,ac per iniuriam perpetratum,captoſq; in bello huiuſmodi effici ſeruos, non uerumtamen in cōſequentias aliarum rerum id trahi oportuit; quandoquidem iuregentium quo bella ſunt introducta,id ibi minus accidat,homines namq; in bello capti iuregentium capientium protinus fiunt, ſi modo ratio, & cauſa legitima pugnandi anſam præbuerit alias ſecus,per ea quæ nuper diſſerui,atq; item in bello capti iniurioſo itidem non iuregentium,ſed imperiali conſtitutione,qua in bello captos homines non occidi,ſed uenundari ſeruariq; iubetur, capientium ſerui fiunt,indeq; nomen à ſeruando ſumpſere.l.liberras.§. ſerui,de ſtatu homi. Ita quoq; Pauli lex de imperiali conſtitutione loquens rectiſſime procedat,minus refragatur.c.ſi Epiſcopus,de ſup-
31 plen.negli prælat.lib.6.† Sciendum quippe meminerim neq; ſummo Pontifici licere Paganos uel alienigenæ fidei quoſq; obſeruatores iuriſdictionibus & rerum ſuarum dominio indicta cauſa priuare,excepta cauſa belli,quod pro recuperatione terræ ſanctæ in Sarace-

nos gereret, alias indecens iniuriumq́ bellum Pontifex duceret, neq́ in tali capta bello occupantium fierent, ſic plenius cenſuit Petrus de Ancha. in.c.peccatũ, col.13. 14. 15. de regu.iur.lib.6. Inno.in.c.quod ſuper his, de uoto, conſequens ideo erit in dicto.c.ſi Epiſcopus, bellũ probabile ex parte infidelium, qui Epiſcopum iure ſerui detinebant, ac iuſtum fuiſſe, ueluti pro tutela corporis, aut bonorum ſuorum ſi
32 arma induiſſent, ut à nobis proxime adducta ſignificant, † et quamuis Romani ſuis temporibus dominandi luxu Germanos, Parthos Samnites, aliaſq́ indomitas ſemiferaſq́ gentes & Barbaras hoſtilibus prælηs deuicerint, quod improbè ſatis illa ipſa ratione factum uidetur, c. quid culpatur, ibi libido dominandi etc. 23. q. i. ueruntamẽ quia non immerito dubitabatur nunquid bella iuſtè indicerent forſitan libertatem amiſſuri ni aduerſarios primi debellaſſent ſicut pleriq́ hiſtoricorum non incelebres memoriæ condiderunt, bella haud iniuſta indixiſſe uiſi ſunt expreſſum eſt in conſtitutione, hic finitur lex etc. in prin. Angel. tradidit in diſputatione incip. Renouata guerra, col.2. in fi. bellum rationabile diiudicari quando utriuſq́ iura dubia ſunt, & Deus quoniam in orbe hominum gratia Imperium unũ facere uoluit. §. quia igitur imperium, in auth. de inſtru. cautela, & fide, & in authẽ. quomo. oporte. Epiſ. in prin. uidetur quodãmodo ad prœlia capeſſenda iuſtos exercitaſſe Quirites, ηſdẽq́ pugnãdi ius permiſiſſe. c. ſi de rebus. 23. q. 6. glo. in. c. Monomachiam. 2. q. 5. & CHRISTVS uidetur probaſſe Romanum imperium ſanctiſſi-
33 mo ore ſuo dicens, reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, † hoſtes autem populi Romani, quibus bellum indicebatur, aut ipſi pro recuperatione ſui iuris indicebant, iuſtam defenſionis ſeu indictionis cauſam naturali ratione, hoc eſt iuriſgentium, habebant, quapropter & populi Romani, & hoſtium iura, quum ualde ancipitia forent, neq́ ſatis diſcerneretur quis arma iuſtius caperet, bellum utrinq́ iuſtum putabatur, captaq́ in tali pugna occupantium ſtatim fiebant, & hic intelle-
34 ctus Vlpiani ſententia non refellitur in. l. hoſtes, de capti. † at homines capti in luctuoſo exitialiq́ bello, quod hac infami tempeſtate noſtra Carolus. V. Imperator inuictus, & Sereniſſimus Francorum Rex Chriſtianiſſimi ambo hoſtili animo, ceruicoſo conſilio, inuicem gerunt capientium ſerui minime fiunt, quum omnes ex lege CHRISTI uocemur fratres, c. ad menſam. 11. q. 3. & alter alterum in ſeruitute habere nequeat Bar. in dicta. l. hoſtes, in fi. de capti. Tum conſuetudine antiqua introductum ut capti in bello Chriſticolæ libertatem uiciſſim non amittant, ſed pecunia uictori præſtita ueniam recedendi
35 di impetrent. l. nam & Seruius, ubi Bal. de nego. geſt. † enimuero cæteris in rebus bello iuſto captis & hominum uſus, & iuſgentium, quod apud Chriſtianos & quaſcunq́ alias nationes ſeruatur, permittit quod illico res eiuſcemodi capientibus concedantur, nõ enim conſuetudine aliqua abolitum reperimus, & Bar. fatetur in dicta. l. hoſtes propè finem, Angel. de Peruſio, in diſputatione ſua, incipi. Renouata

36 nouata guerra, † ſecus dicendum eſt de bonis captis poſt mortem
Imperatoris, qui bellum indixerit, illius namq; morte bellum reuoca
tum cenſetur, neq; ſic in bello capta occupantium fierent, ita Bal. ex
facto reſpondit in, l. cum cognatum. C. de ingenu, manu. quod mi-
nus ipſe concedo iuris namq; regulam exploratam habemus, ut quę
ratione ueteris negotij geruntur morte diſſoluto negocio eodem
ipſo iure cenſeantur, ac ſi negocium cœptum duraret. l, hæres ſocij. l.
nemo poteſt, ubi glo. in uer. præſtet &c. pro ſocio, quam gloſſam ſe-
quitur Decius, cōſilio, ccxiij. incipi. Viſis his, nume. 2. libro. 2. l. nā &
Seruius. §. ſi uiuo. l. ſi negocia de neg. geſto. ſi tamē id ex facto accide-
37 ret perpēſius deliberatiuſq; hac de re iudicandū arbitrarer, † & quā-
uis Alexan. crediderit nō prius capientis capta in bello fieri, quā duci
uel magiſtro exercitus oblata per eundem militibus diuiſa fuerint. l.
ſi quis pro redemptione. §. ſimili etiam modo. C. de dona. contrariū
tamen iuregentium uerius eſt uti præcedentia iura manifeſtum hoc
uulgo faciunt, expreſſumq; inueni in. c. dicat aliquis, uer. cum præda
utiq; in poteſtate uictoris fuerit &c. 23. q. 5. ſi modo intra præ-
ſidia hoſtium perducta ſint bona. l. poſtliminij, de capti. § . ſi ab
hoſtibus, inſti. quib. mo. ius pa. po. ſol. Angel. in diſputatione ſua, re
nouata guerra, Cæterum poſt diſciplina militaris effecit, ut quodq;
in bello milites cœpiſſent in prēda eſſet, & inter eos pro meritis cuiuſ
què diuideretur, portione decenti principi ſeruata c. ius militare. l. di-
ſtin. dicta. l. pro redemptione. C. de dona. dignus eſt enim mercede
ſua, qui laborat, Apoſt. ad Corinthios capite. 9. Lucæ capite. 10. &
Abraham, quum reges ui bellica expuliſſet ſuperaſſetq; & captiuos
Loch cum ſubſtantia eius, mulieres quoq;, & populum reduceret, So
domorum Rex illi obuiam egreſſus da mihi animas, inquit, cætera
tolle tibi, cui reſpondit Abraham, nihil ſumam abs te, id eſt de hac
præda, quæ tua eſt, ut legitur in Geneſi. 13. &. d. c. dicat aliquis. 23. q.
38 5. Prēdicta omnia in rebus mobilibus uera ſunt, † enimuero immo-
bilia principi cōceduntur inſolidum. l. ſi captiuus. §. expulſis, Bar. in.
39 l. ſi quid bello, de capti. l. in agris, de acqui. rer. domi. † an ius quoq;
iſtud procedat ſi in territorio alieno res fuerint ab hoſtib9 occupatę,
Socinus in l. i. infra eo. autumat uel in capientis uel in hōſtium terri-
torio duntaxat intelligi hoc oportere, territorium alienum (ipſe in-
quit) inſtar eccleſiæ tutelam cuiq; & ſecuritatem præbet. l. denuncia
mus. l. præſenti. C. de his, qui ad eccleſ. confug. ldeo. l. i. infra, eo. cū
ſimilibus, indeterminate loquentem preſſius anguſtiuſq; ſumen-
40 dam duxit, † hic nempè Socinus diligenter parum iuriſgentium ter
minos penſitaſſe uidetur, ad huc enim latuiſſe neminē certo ſcimus
tutelam huiuſmodi in alieno territorio de iure gentium introductā
haud reperiri quamuis iure ciuili ipſoq; uſu, præterquā in bello, re-
cepta fuerit, ut ex legibus quas ille adduxit facile poteſt depræhendi,
ſat ideo iurigentium fuit cum ijſdem qualitatibus pridem edictis
bellum inſtitutum fuiſſe, ut in eo abrepta uictoris fiant, abſq; terri-

torij alieni limitatione, quum eo iure id minime uetitum ſit nimirũ
41 admiſſum conijcio.l.necnon.§.quod eis. Ex qui.cau.maio. † ubi exercitus Principis uel ciuitatis libere conſidet ibi territorium illius dici uoluerunt omnes, atq; Magiſtratus ciuitatis, aut Principis de criminibus eo loci commiſſis cognoſcunt, Bar. poſt alios in.l.cunctos populos, nu. 45. C. de ſumma. Trinita. & fide Catho. Idem in. l. pupillus. §. territorium, de uerbo. ſigni. merito talis differentia in bello captis conſtitui nequit, uel ſi alienum territorium res hoſtium ſaluas redderet ualde magis & proprium ipſorum hoc faceret arg. l. pleriq;, de in ius. uocan. conſequens negat Socinus & reliqui igitur nec antecedens probabile eſt, hocq; Marcellus quaſi decidit in.l. eiuſdem.
42 §. transfugas, de ſicar. † Nec forſitan uerum eſt ratione alieni territorij confugientem ad Eccleſiam à iudice ſæculari non inde deduci poſſe, ſed propter fauorem atq; immunitatem eccleſiæ, conſtitutum illud opinor, ſicuti uenerationis cauſa obſeruatum eſt in illo, qui ad imperatoris ſtatuam profugit. l. unica. C. de his qui, ad ſtatu. confug. conſentaneum utiq; foret ſi rationem alieni territorij ſpectaremus iudicibus ſaltem Eccleſiaſticis delinquentium capturam in ſacris ædibus permitti, quod Abbas poſt alios noluit in. c. inter alia, col. 3. &. 4. uerſ. ſed dubitatur an Iudex Eccleſiaſticus &c. de im-
43 muni. eccle. † ex eo quoq; illud uerius eſſe ſignificatur, in caſibus his, quibus delinquens iure in Eccleſia præhenditur uelut inſignis latro, agrorum populator, Eccleſiæ uiolator, & ſimiles, nequidem Eccleſiaſticus tantum, ſed etiam Laicus iudex de Eccleſia eximendi ius tales noxios habet Cyn. in dicta. l. præſenti. C. de his qui. ad eccle. confug. Bar. in. l. ſi cui, de accuſa. notatur in. d. c. inter alia de immuni. eccle. propterea non territorij diuerſitas in legibus quas Socinus commemorat, ſed Eccleſiarum fauor, & immunitas tutelam confugientibus dat, ut alias ego quandoq; dixi reſponſo. 31. incipiente Homicida bannitus, in libro reſponſorum primo, in cæteris autem rebus non ſtatim hæc poſſeſſio, ſed legitima cauſa antecedente, quam lex iuſtum titulum uocat, dominium nobis tribuit. l. nullo. C. de rei uendi. l. nunquam nuda. de acquiren. rer. domi. cum ſimilibus, hæc de poſſeſſione dicta ſufficiant.

Summa-

SVMMARIA AD INTERPRETATIONEM VERBI DE ACQVIRENDA.

1 Quo ad poſſeſſionem quærendam nihil intereſt iuſte uel iniuſte eam quis nanciſcantur.

2 Tutor, curator, procurator, & ſimiles ſola opera & miniſterio ſuo poſſeſſionē nobis acquirunt, dummodo hoc agere uelint, nihilq; in ſui perſonæ conſpiciunt, ſecus in actu mere ciuili.

3 Municipes quamuis poſſideant & uſucapiant nō tamen ſecus quam per ſyndicum uel ſeruum poſſeſſionem acquirunt.

4 Poſſeſſionem per ſeruos adipiſcimur, ſi hoc ſeruis agere libet, alioqui ſecus.

5 Renitentem ſeruum acquirere poſſeſſionem iure dominus cogit.

6 Poſſeſſionem per ſeruum fugitiuum noſtrum quando nanciſcamur.

7 Seruus infans, furioſus, impubes intellectu carens nullam poſſeſſionem domino acquirit.

8 Quæſtio de braulo, & quod uerba ſtatuti imprimis conſideranda ſint.

9 Abbas per monachum, pater per filium exiſtentem in poteſtate, dominus per ſeruum ex peculiari cauſa quamuis ignorans, uel furioſus poſſeſſionem acquirit.

10 Quid illud ſit, quod dici eſt ſolitum, poſſeſſio plurimum ex iure mutuatur.

11 Quæ neceſſaria ſint & quando nobis ipſis poſſeſſionem quærimus.

12 Infans an ſibi tutore autore poſſeſſionē acquirat, & in quibus id maxime rebus procedat.

13 Infans, qui omni intellectu caret, nec; cū tutore poſſeſſionem ſibi acquirit.

14 Furioſus dormienti in omnibus & per omnia ſimilis eſt.

15 Furioſus ſi quid cōtra legem egerit pœna legis coerceri non debet.

16 Pater furentem filium ſicuti infantem minus iuſte exhæredat.

17 Furioſus de parricidio non punitur.

18 Dormiens ſi aliquem interficiat puniendus non eſt.

19 Qui in ſomnijs deliquit & culpa ei poteſt aliqua obijci reus tantū culpę erit.

20 In acquiſitione poſſeſſionis qualitas illa, iuſti uel iniuſti, minime ſpectatur.

21 Furi poſſeſſio rei, quam ſubtraxit, confeſtim acquiritur.

22 In poſſeſſione quærenda animus ſolus, aut per ſe corpus, non eſt ſufficiens ſed utrumq; deſideratur, & quid eorum in acquiſitione ualidius ſit.

23 Poſſeſſio corporis noſtri gratia adinuenta fuit.

24 Collatio beneficij quomodo fiat & quid per eam conceſſum intelligatur.

25 Per aſpectum & poſſidentis traditionem ſine corporis appræhenſione poſſeſſionem fundi adipiſcimur.

26 Clauium traditio facta propè apothecam uel horreum poſſeſſionem mercium transfert, & huius quæ nam ſit ratio.

27 Cœcus poſſeſſionem illam, quę per aſpectum quæritur, adipiſci nequit.

28 Poſſeſſio rerum, quas poſſidet nemo, aſpectu ſolo non quæritur.

29 In fundi poſſeſſione capienda non quamlibet eius partem ambire eſt neceſſe.

30 Poſſeſſionem alluuio nobis acquirit licet fundum corpore non attigerimus.

31 Legis duntaxat beneficio abſq; corporali appræhenſione poſſeſſores ſimus.

32 Ex primo iudicis decreto in poſſeſſionē nem bonorum miſſus non poſſidet, quod ſingulariter limitatur ut in ſequenti.

33 Miſſus in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto pro exequutione ſententiæ ciuiliter & naturaliter poſſidet.

34 Vbi ſententia iudicis acquiritur nobis alterius poſſeſſio citari poſſeſſor primus debet.

35 Poſſeſſionem aliquando in nos ob aduerſariorum contumaciam iuris canonici æquitas transfert.

36 Per appoſitionem cuſtodis ad rem emptam nec dum traditam, per conſtitutum, & precarij conceſſionem rerum poſſeſſio acquiritur.

37 Precario concedens ciuilem ſibi poſſeſſionem habet & naturalem roganti tribuit.

38 In donatione ſi uſumfructum excipiat donator poſſeſſionem donatario concedere intelligitur.

39 Poſſidere aliquando illud dicimur, quod non eſt.

40 Ex donatione & traditione inſtrumentorum acquiritur accipienti poſſeſſio.

41 Poſſeſſorem ſi arrogauero eius ipſe poſſeſſionem nanciſcor.

42 Monaſterio poſſidētis ſolo ingreſſu poſſeſſio quæſita intelligitur.

43 Poſſeſſio acquiſita non eſt eadem, quam prius poſſidens habebat, ſcilicet noua dicitur poſſeſſio.

FRANCISCI ZOANNETTI IVRECONSVLTI BONONIEN. VERBI DE ACQVIRENDA INTERPRETATIO.

ITidem in rubro DE ACQVIRENDA eſt ſcri
1 ptum, quod uerbum latius patet, † non enim multũ
intereſt, iuſtè uel iniuſtè poſſeſſiõem quis conſequa-
tur. l. rem quæ nobis. l. poſſideri. §. ex contrario, infra
2 eo. † necq; per nos metipſos tantum poſſeſſionẽ quæ-
rimus, ſed per alios etiam, quibus id pro nobis agere libeat, ueluti cu
ratorem, tutorem, procuratorem, qui ſolum operam & miniſterium
ſuum in acquiſitione præſtant, nihilcq; in ſui perſona concipiunt, ſed
dominis illico poſſeſſiõem nanciſcuntur. l. quod meo. §. procurator.
l. cõmunis ſeruus. §. 1. l. generaliter. l. 1. §. per procuratorem, infra eo.
& dominus tunc proprie uerecq; poſſidet. l. certe. § . ſi procurator, de
precario. cui non obſtat lex, quum posſeſſio ſit de his, quæ alij alius
quærere (ſicut dominium) haud prohibetur. l. 1. l. per procuratorem.
C. eo. contra uero in actu mere ciuili, tametſi nomine domini procu-
rator contraxerit uerumtamen in ſui perſona negocium concipit. l.
quęcumcq; gerimus, de actio & obli. Bar. in. l. qui autem. §. fi. de con-
3 ſti. pecu. nota. in. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri, uel ſibi. † muni-
cipes & poſſident & uſucapiunt. l. tigni. §. item municipes, ad exhi-
ben. nõ tamen poſſeſſionem acquirere niſi per ſyndicum aut ſeruum
reor. l. 2. cum. §. præced. infra, eo. l. municipibus, de condi. & demo.
4 quod ultimum nec Iaſon improbat in. d. l. 2. † Idẽ in ſeruo dicimus
ut domino (ſi uult) poſſeſſionem adipiſcatur alioqui ſecus. l. 1. §. hæc
quæ de ſeruis. §. ueteres. §. per cõmunẽ ſeruũ infra eo. quod tamẽ non
procedere plericq; exiſtimãt quando animus tradẽtis uoluntati ſerui
diſſentit, quia domino tunc ſecundum uoluntatem eius poſſeſſio ſi-
cuti dominium transfertur. l. qui mihi donatum, de dona. quam o-
5 pinionem minime probauerim per ea quæ paulo infra agam. † non
planè inficior quin renitentem ſeruum dominus iure cogat. l. penul.
C. de iur. delibe. l. 1. §. 1. ff. ſi quis omi. cauſa teſta. ſed ubi non cogitur
& quærendi poſſeſſiõem animus abeſt nulla trãſmittitur poſſesſio,
6 † & quamuis fugitiuus ſit dummodo illum poſſideat nemo ac necq;
ſe liberum credat poſſesſionem domino ſuo acquirere Caſſij, Herẽ-
nij, Iuliani ſententia docuit. l. per eum. §. 1. l. 1. §. per ſeruum qui in fu-
ga infra eo. necq; refert ab alio ſi detineatur inuitus quia domino poſ
ſeſſionem propter animum acquirẽdi conſequitur, Bal. in. l. 1. in. 5-
oppo. C. de ſeruis fug. per. l. arboribus. §. de illo, de uſufru. Item per
liberum hominem qui ſeruus iuſto errore putatur, & alienum ſer-
uum bona fide poſſesſum, uel eum in quo uſusfructus habetur, poſ-
ſeſſio recte transfertur. l. poſſesſio quocq;. l. 1. §. ſed & per eum. cum
ſequẽti, infra eo. & quoniã animi corporiſcq; ſerui in acquiſitiõe poſ-
ſeſſio-

ſeſſionis miniſterio iunctim opus eſt.l.3.in prin.& in,§.ſaltus, in fi.
7 infra eo.† Ideo neq; furioſus, neq; infans, neq; impubes, intellectu
prorſus carens licet rem ſuo corpore contingat poſſeſſionem aliquã
domino tribuit. l. 1. §. cæterum. §. pupillus, infra eo. neq; Accurſio
Bar.& alij cõſentiunt aſſeueranti infantem impuberemq; ſeruum ra-
tionis & intellectus omnino expertem poſſe dominis aliquãdo poſ-
ſeſſionem nanciſci, hincq; decidi quæſtionem propoſitam exiſtimo,
tradentis animum in conquirenda poſſeſſione domino abſq; uolũ-
tate ſerui accipientis contra ſententiam omnium ferè doctorum nihil
8 operari, † trahũt hoc ad aliam quæſtionem Dyn.& Bar.ibi an præ-
mium ſeu brauium pollicitum ei, qui in ſtadio æquali cum cæteris
poſitus rapidiore curſu alios præuenerit, acquiratur domino equi ſi-
ne deſultore ad finem præſtitutum ante alios aduentantis, uideba-
tur per animal irrationabile nequaquam acquiri.d.§.cæterum, recti-
us tamẽ hac in re diſtingui ſolet ut legis uerba primũ diſpiciamus, ue-
lut quãdo ſic edita ſunt, illi cuius equus aduenerit primo dabitur bra-
uium, tunc habebit dominus equi ſine deſultore currentis, ſecus quã-
do ad hanc propè formam cõſtituuntur, uenienti prius cum equo de-
tur illud, tunc nõ ſatis conditioni factum uidetur ni & puer equo in-
ſidẽs ſimul uenerit, aut ſi uerba ancipitia ſint, quia dicit lex, primo ue-
nienti dabitur, eo caſu animum & mentem legiſlatoris penſamus, cẽ-
ſetur namq; uirtutem equi ſolam meditatus, idcirco domino equi ue-
locioris quomodocunq; publico in curſu metam præripientis polli-
9 citum dabitur, quod latius inibi Alex. Imola refert, † Abbas quoq;
ſiue monaſterium per monachos poſſeſſionem acquirit. c. bonæ, de
appella. pater per filios, quos patria poteſtas tenet & dominus per
ſeruos ex peculiari cauſa tametſi ignorãtes, furioſi, uel infantes poſſeſ-
ſionem æque adipiſcuntur.l.quicquid.l.quamuis, in fi.l.1.§.item ac-
10 quirimus, infra eo.† hoc eſt, quod dici ſolet, poſſesſio plurimum ex
iure mutuatur, iuris etenim fictione per filium, aut ſeruum, ex cauſa
peculiari inſcio patri uel domino ſæpisſimè quæritur poſſesſio, quo
niam huiuſmodi fictione animus & miniſterium ſerui, aut filij cen-
ſetur patris uel domini.l.poſſesſio quoq;.l.3.§.ſaltus, in fi.l.1.§. item
acquirimus, infra eo. aliud in illa, quam nos ipſi nobis capimus, in fa
11 cto magis cõſiſtit.l.1,§.adipiſcimur, in fi. infra eo. † per nos metip-
ſos uarijs ex cauſis poſſeſſionem acquirimus, quæ facti magis eſt, cũ
& natu maiores & ſanæ mentis ſumus, familiaritatiſq; legitima ex-
ceptio non obijcitur.l.licet.C.eo.l. 1,§. adipiſcimur. l. ſi me in uacuã
l.3.§.genera, l.qui iure familiaritatis, infra eo. quod & pupillus qua-
ſi pubes, & ille qui eſt infanti proximus ob eius utilitatem abſq; tu-
tore poſſunt.l.quamuis.§.pupillus, infra eo.§.pupillus, inſti.de inu-
12 til.ſtipul.l.1.of filius, infra eo. † ſed de infante diutius hæſitatum, re-
ceptior deniq; opinio fuit nõ ſecus infantem, qui intellectum qualem
qualem habeat, poſſeſſionem appræhendere quàm ſi eius rei tutor
autor ſit.l.quamuis.§.infans, l.1.§. furioſus, infra eo. præſertim hoc

in ioca-

in iocalibus,& cęteris puerilibus accidit, quæ infantilis ætas appetit:
13 l.donatarum.ibi doctores.C.eo. † contra ipſe putarim, quando eſt
infans ſine intellectu,uelut ſi fari nequeat, tutore etiam intercedente
nõ is ſibi poſſeſſionem acquiret quamq̃ tutor uel pater pro eo id re-
cte agat.l.1.de bono.poſſ.infan.& furio.de la.l.ſeruo inuito.§.ſeruo,
poſt princi.ad trebe.nam ubi intellectus aliquis non eſt à tutore ſup-
pleri nõ poteſt,Bal.in.l.1.col.1.de iudi.l.ſed ſi manẽte,de preca.huius
planè cõditio,quia loquelæ adhuc eſt impos, nõ multum ab illa fu-
rioſi diſtat.l.in negocijs, de regu. iur. neq; furioſus eadem ratiõe au-
torante curatore poſſeſſiõem nanciſcitur. §. furioſus, inſti.de inuti.
14 ſtipula.&.d.l.in.negocijs,† hic enim per omnia & in omnibus dor-
miẽti ſimilis eſt.c.maiores.§. uerum,de baptiſ.l.2.§. furioſus,de iure
15 codicilli. l.1.§.ſed furioſus,infra eo.† merito iuſſu,authẽ.hoc ampli-
us.C.de fidei cõmiſ.nõ coercetur,Bal.ibi in lectura antiqua,neq; poe
na legis ſi quis in tãtam.C.unde ui.afficitur, ut ibi glo. & doctores,
16 † minuſq; parẽs illum ſicuti nec infantem iuſtè exhæredat, Bal.in.l.
humanitatis.C. de impub.& alijs ſubſti.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de
inoff.teſtam. neq; legis Corneliæ ſicariorum aculeos acres ſuſtinet.l.
17 infans,ad l.Cornel.de ſicar.† neq; cõmiſſi.parricidij uindictam pati-
18 tur.l.diuus,de offi.præſi.† Qua ratione dormiẽs,quem furioſo cõ-
paratum diximus,ſi hominem interimat, de homicidio nõ teneri cle
mens humaniter ſanxit,clem.1.de homicid. hunc ſopore captum ne-
19 quaquàm cõſentire palàm eſt.l.1.§.fi.de auto. tuto. † caueat tamen,
qui ſic in ſomnijs euagari, & alios aggredi ſolet, ne qua ei culpa obij
ci poſſit,cur ſolitus hæc perpetrare dormitans,ita in cubiculo ſeſe in-
cludi non curauerit ne inde recederet imprudens, alioqui culpæ ob-
noxius erit.l.ſi putator, ad.l.aquil. Bar. in.l.penul.§.fi.ad.l.pompe.
20 de parici.Petrus de Ancha.& Cardi.in.d.clem.i.de homicid.† In poſ
ſeſſione quærenda ius uel æquitas non multum deſideratur, nec illa
qualitas iuſti uel iniuſti, poſſeſſionis ſubſtantiam mutat.l.poſſideri
§.ex cõtrario,infra eo.Cepolla,cõſi.4. col. 16. quod ſupra quoq; di-
21 ximus,† Videmus itaq; rei ſubtractæ ſeu furtiuæ poſſeſſionem fu-
ri quam primum quæſitam intelligi.l.ſi rem mobilem.l. rẽ quæ no-
22 bis,infra eo,† & ſolus animus,aut ſola corporalis appræhenſio non
eſt idonea,ſed utrumq; ſimul poſtulatur.l quemadmodum.l.poſſi-
deri,infra eo.quid uero eorum in acquiſitiõe ualidius ſit ſciſcitari aſ-
ſolet, probabilius mihi uidetur, ut ſomnia cæterorum omittam, ea
in re corpus præcipue ſpectari, quod philoſophi exemplo probatur.
philoſophus inquit,ſenſata ad ſenſum ſic referuntur,ut phantaſmata
ad intellectũ,& è contra,ſed phantaſmata qui mente cogitant potiſ-
ſime animum adhibent,igitur appræhendentes poſſeſſionem, quæ
corporalium rerum propria eſt.l.3.infra eo., corpore itidem præ cæ-
23 teris uti cõſequens erit, † Item poſſeſſio inuenta fuit corporis gratia
quod per eam decerpti fructus corpus alant, toto titulo.ff.&.C. de
Carboni edic.& titulo de uẽ.in poſſeſ.mittẽ.l.bonæ fidei,de acquir.

rerum

domí.Ideo corpus eſt principale magis,nam propter unumquodq;
24 tale & illud magis.l.dedit,de colla.bono,† itaq; beneficij collatio quę
fit per traditionem bireti,nullam ſine corporali appræhenſione poſ-
ſeſſionem transfert,ſed intrandi propria autoritate poteſtatem ſo-
lam tribuit Roma.in ſingul.ſuo.136.incip.conſuetudo eſt. Verum
enimuero ſunt nonnulli caſus,quibus tametſi corporalis appręhen-
ſio minime intercedat,lex tamen decenti quapiam ratione occurrit,
ut perinde poſſeſſionem rei quiſq; nanciſcatur,ac ſi manus uel pedis
25 ueſtigium in ea capeſſenda adfuiſſet,† cum uenditor mercatum fun-
dum ex mea turri demonſtret eiuſq; poſſeſſionem uacuam mihi tra-
dere dicat,non minus quam ſi pedes illuc intulerim poſſidere inci-
pio.l.quod meo.§.ſi uenditorem,infra eo.Idem de qualibet re,quæ
in pręſentia cõtrahentium ſit,propter aſpectum & uoluntatẽ utriuſ-
26 que reſpondetur.l.i.§.ſi iuſſerim,infra eo,† aut ſi Apothecæ uel hor-
rei præſentis claues ementi uenditor tradat mercium quoq; poſſeſ-
ſionem inibi conditarum quæſitã eſſe Papinianus uoluit.l.clauibus,
de contrahen.emp.Deci.conſi.56.nu.2.l.i.eiuſq; rei illam fuiſſe ratio
nem arbitror,potentia ubi non longe ab actu diſtet actui cenſetur in-
eſſe.l.pen.de milita.teſta.Iaſ.in.l.diuortio.§.interdum,ſolu.matri.fa
27 cit.l.lecta.uerſi dicebam,ſi cer. peta. † Quare licet cœcus bonorum
poſſeſſionem delatam ſine curatore admittat.l.mutus,de bono.poſ-
ſeſſ.infan.furio.&c.tamen hac ſpecie acquirendi poſſeſſionem per ſe-
metipſum carere dixerim.d.§.ſi iuſſerim,ibi oculis & affectu cum ſi-
milibus,hæc probantur ueraq; ſunt quando rei alienæ poſſeſſionem
28 adipiſcimur propter tradentis uoluntatem,† at quidem rerum,quas
poſſidet nemo,poſſeſſionem inuentione ſola,corporeiſq; tantum o-
culis proculdubio non capimus,naturaliter tum illas ſuſcipere & rẽ
mobilem ad alium quandoq; nos deferre locum eſt neceſſe.l.i. pro
derelic.l.i.ibi,qui primi appræhenderint &c.infra eo.l.ſi Barſato-
29 ram.C.de fideiuſſ.† neq; prædij quælibet pars ambienda erit ſed
fundi utramuis partem eo animo ingredi ſat eſt,quod intra fines to
tum poſſidere uelis.l.poſſideri,in prin.l.Neratius,infra eo.ſicq; ex
his Alberici damnatur opinio,exiſtimantis poſſeſſionem beneficij
30 proſpectu ſolo clericum recte nanciſci,in.l.i.§.ſi iuſſerim,infra eo.†
adipiſcimur etiã poſſeſſionem,quamuis rem noſtro corpore nõ pal-
pemus,alluionis iure,cum paulatim agrum flumen auxerit,Bar.in
tractatu Tiberiadis,uer.acquiritur nobis &c.circa prin.l.quod in re-
31 rum.§.ſi quis poſt,de lega.i.† necnon legis duntaxat beneficio poſ-
ſeſſores ſimus.l.raptores.§.ſin autem Diaconiſſa.C.de Epiſco.et cle-
32 ri.† contingit nonnunquam ut rem corpore teneamus non prius
tamen quam iudicis decreto rurſus interpoſito poſſeſſores efficia-
mur.uelut quando creditores ex primo decreto rei ſeruandæ gratia
in poſſeſſionem bonorum mittuntur,uel damni infecti periculo non
cauebatur poſſeſſio titubãtium ædium aduerſario permittitur,aut
mulier prægnans non abijciendi partus gratia in poſſeſſione eſſe iu-

betur.l.ſi finita.§.Iulianus ſcribit de dam.infect.l.poſſideri. §. quod
autem Quintus Mutius.l.ſi quis ante.§.deniq;,infra eo. l. i. & toto
33 titulo.ff.de uentre,in poſſeſſ. mitten.† ex primo quandoq; iudicis
decreto in poſſeſſionem miſſus ciuilem & naturalem poſſeſſionem
acquirit ut quem Iudex pro exequutione ſententiæ diffinitiuæ latæ
in perſonam amittit uictorem ex primo decreto in poſſeſſionem bo-
norum eo caſu ciuiliter & naturaliter miſſus ſtatim poſſidet, Mathe-
ſil.tradit in ſuo ſingulari.86. incipi. nota doctrinam mirabilem, ubi
34 allegat Bartolum in.l.à diuo pio.§.ſi ſuper rebus,de rer.iud. † & his
caſibus quibus iudicis ſentẽtia poſſeſſio acquiritur uocandi ſunt pri-
mi poſſeſſores quamuis iniuſte poſſideãt.l.ſi deſerta, in fi. C.ſi pro-
pter publi.penſit.l.nec imperiale.C.ſi per uim,uel alio mod.l.memi
nerint.C.unde ui.quæ citatio quandoq; neceſſaria nõ eſt,ut per Ro-
35 ma.in ſingul.ſuo.766. † Item iuris Canonici æquitate ob aduerſa-
riorum contumaciam ſine appræhenſione ulla poſſeſſionem uere e-
36 lapſo anno acquirimus.c.contingit,de dolo,& contũ.† uel ſi emptæ
rei nõ hactenus mihi traditæ cuſtodem poſuero.l.quarundam.l.ge-
neraliter,infra eo.aut poſſeſſor ſi nomine meo ſe poſſidere cõſtituat,
uel rẽ quam poſſidet à me conduxerit ijs caſibus me utiq; poſſeſſorẽ
facit.l.quod meo,& Bar.ibi nume.i. l. qui bona fide, infra eo.Idem
37 quia roganti precario concedam,† uelut pro hærede quipiam poſſi-
dens hæredem me illam poſſeſſionem ſi roget poſſidendi ius tum
nactus dicor quamquam ciuilem ipſe retineam , & ille naturalem à
me ſtatim recipiat.l.interdum.Paul. Caſtren. infra eo.l. & habet.§.
38 eum qui precario,de precar.† reiq; mihi donatæ uſumfructum do-
nator excipiens, creditur in me ciuilem poſſeſſionem tranſtuliſſe.l.
39 quiſquis.C.de dona.† aut creditore in poſſeſſionem bonorum miſ-
ſo.licet quod poſſideatur nihil ſit,ei tantum quæſitam lex poſſeſſio-
40 nem fingit.l.quamuis,de bonis auto.iudi.poſſi.† ſimili modo em-
ptionis mancipiorum donatis & mihi traditis inſtrumentis poſſeſ-
41 ſionem eorum adeptus uideor.l.i.C. de dona. † aut poſſeſſorem ſi
arrogauero ipſo iure poſſeſſionem illam adipiſcor.l.ſi adoptauero,
42 de precar.l.qui uniuerſas.§.poſſeſſionem,infra eo.† Inde conſtitutũ
eſt per ingreſſum religionis monaſterio non ſolum dominia rerum
ingreſſi ſed ipſum monachum & poſſeſſionem ſolo ingrſſeu acqui-
ri.auth.ingreſſi,auth.ſi qua mulier,ubi doctores omnes.C.de ſacro-
ſanc.eccle.tradit Bar.in.d.l.ſi adoptauero.Inno.in.c.in præſentia,cir-
43 ca fi.de proba.† & hæc acquiſita poſſeſſio non eſt eadem quam pri-
mo poſſidens habebat,ſed aliam quidem nouam eſſe omnes addi-
cunt.l. qui bona fide. §. i. l.cum hæredibus in prin.l.ſi rem mobi-
lem . ibi ueteris poſſeſſionis , ueterem fieri &c. in eo.l.ſi is qui pro
emptore .§. penul.de uſucap.Bar.in.l. rem alienam nu.7.de pigno-
rati.actio.

Summa-

SVMMARIA AD INTERPRETATIONEM VERBI DE AMITTENDA.

1 Vna quæcq; res iiſdem diſſoluitur modis, quibus ad formam perducta fuit.
2 Quæ in amiſſione poſſeſſionis neceſſaria ſint, & differentia utrum ab animo uel à corpore incipiamus nolle poſſidere.
3 Poſſeſſor alteri poſſeſſionem tradens amittit eã illico, & ſi illi quæſita nõ ſit.
4 Erratum ſi fuerit in corpore non transfertur poſſeſſio quando principaliter accipere uolentis gratia tradebatur, præter uulgatã doctorum opinionẽ.
5 Naturalis fundi poſſeſſio amittitur ſi fundum necq; oculis proſpicere, necq; de facili illum ingredi poſſimus, ciuilis autem ſola prohibitione ingrediendi perditur.
6 Ratio quare ſolo animo utramcq; poſſeſſionem retinet nemo, ſed duntaxat ciuilis quocuncq; uadit eum comitatur.
7 Colonus, procurator, & ſimiles naturalem quandocq; nobis, item ciuilem inique interuertunt, quam poſtea legis beneficio recuperamus.
8 Morte coloni, procuratoris, & ſimilium naturalem perdimus & aliquandiu poſteà negligentia lata intercedente ciuilem.
9 Nobis etiam ignorantibus per colonũ, procuratorem, ac per eum, qui precario poſſidet, quemadmodum utramcq; amittamus poſſeſſionem.
10 Expulſio & uis illata in fructuarium nõ nocet domino.
11 Colonus ſi cogitet ſibi tantum poſſidere an dominum aliqua poſſeſſione priuet.
12 Quibus caſibus utramcq; poſſeſſionem dominus à ſe abdicet inuito colono, et quandocq; nolens per colonum tamen eam retineat.
13 Dominus per uim de fundo exactus nihilominus per colonum, qui in fundo moratus eſt, utrocq; modo poſſidet.
14 Fructuarius naturalem, quam animo retinet, quando amittat.
15 Ciuiliter poſſidens pauore licet inani territus poſſidere quo caſu deſinat.
16 Vana opinio in retinenda poſſeſſione non attenditur, ſcilicet quod in ueritate eſt ſequimur.
17 Deſidia negligẽtiacq; poſſidentis poſt naturalẽ amiſſam ciuilis quocq; perditur.
18 Differens longo tempore ad fundum uacantem accedere quamuis aliquibus interpellatus negotiis ciuilem tamen poſſeſſionem perdit.
19 Poſſeſſio tributarii prædii uacantis per lapſum biennii una cũ dominio perit.
20 Inundatione maris uel fluuii poſſeſſio fundi utracq; perditur.
21 Pupillus quibus caſibus ſine tutoris autoritate poſſeſſionẽ amittat & nu. 54.
22 Poſſeſſionem inundati agri piſcando nõ retinemus
23 Inundatione quando poſſeſſio non amittatur.
24 Bononienſium & Ferrarienſium plerique poſſeſſionem ciuilem & naturalẽ præter inundationem maximam Rheni perdiderunt.
25 Limitatio ad inundationis legem.
26 Inundatio Nili in Egypto uberem glebam facit.
27 Prata iuxta Ticinum inundatione fluuii ſcaturiunt citius.
28 Fonte areſacto poſſeſſionem aquæ poſſeſſor amittit.
29 Per mortui illationem à domino factã, uel ſi dominus alienæ ſubiicitur poteſtati poſſeſſionem agri de iure ciuili perdit.
30 Nullus locus de iure canonico religioſus fit ſine Pontificis autoritate.
31 Miſſus per iudicem de facto in poſſeſſionem poterit de facto pariter de poſſeſſione trudi.
32 Quare mobilis rei poſſeſſio tenuis neglectaue ſit.
33 Pupillus abſcq; tutoris autoritate mobilis rei poſſeſſionem à ſe abdicet.
34 Cõmodatæ ſeu depoſitæ rei poſſeſſionẽ non ſola cõmodatarii aut depoſitarii inficiatione, ſed per contrectationem eius amittimus.
35 Mercium amittitur poſſeſſio ſi in fluuio aut mari demerſæ fuerint merces.
36 Rei mobilis poſſeſſionẽ illico perdimus quum nullibi diligenter inquirendo illam inuenimus.
37 Oberrantis equi poſſeſſionem dominus amittit, & qua pœna illum capiens teneatur.
38 Lupus equum in paſcuis ſi iugulauerit an equitii cuſtos domino teneatur.
39 Memoriæ leuitas in proprio quandocq; negocio non nocet.
40 Res, quæ parum diligenter quæſita, non inuenitur, ſub noſtra adhuc cuſtodia eſſe creditur, ſecus & ſi diligenti adhibita inquiſitione non fuerit reperta.
41 Auium, piſcium, ferarum denicq; belluarum omnium poſſeſſio quando amiſſa intelligitur.
42 Cœcus poſſeſſionẽ rei mobilis ferè nũquam retinet.
43 Seruum fugitiuum quatenus poſſideat dominus.
44 Seruum qui bona fide uel etiã mala ſi ſe liberum contendit, an quomodo & quãdo poſſidere dominus deſinat.

FRANCISCI ZOANNETI IV-RECONSVLTI BONONIEN. VERBI DE AMITTENDA INTERPRETATIO.

VErbum DE AMITTENDA nouiſſimè inſcribitur, quod ſic interpretor, ut quę inter acquirendum
neceſſaria eſſe antea probauerim ijſdem contra actis
1 in amiſſione poſſeſſionis opus ſit,† nulla etenim res
magis tollitur, quam ſi modus uel ratio qua ad eſſe
perducta eſt, eadem contraria intercedat. c. omnis res. 27. q. 2. c. 1. de
2 regu. iur. faciunt ea, quæ paulo poſt numero trigeſimo dicemus,†
quare uti corpus & animum, quando poſſeſſionem indipiſcimur,
nos adhibere tradidi, ſic æquè decens eſt utrumq; in contrarium in
amittendo conuenire. l. ferè quibuſcũq;, de regu. iur. l. quamuis ſaltus. l. quemadmodum, infra eo. molliēda tamen, modulandaq; interpretatio uidetur, dummodo à corpore ipſo poſſeſſionem perdere,
uelut per exitum, incipiamus, tum animus recedenti corpori de poſſeſſione cōcors eſſe debet. l. peregre. §. quibus, ibi uel etiam corpore
&c. infra eo. Secus ſi animo prius decreuerit quis nolle poſſidere, &
ſi rem corpore ſuo teneat, poſſeſſionem tamen eius confeſtim abie-
3 ciſſe intelligitur. l. poſſideri. §. in amittenda, infra eo. † Idemq; iuris
eſt, cum alij poſſeſſionem tradere uolumus, poſſeſſor ille quamuis
non fiat, nos tamen poſſeſſionem nihilo magis retinemus. l. quod
meo. §. fi. furioſo. l. 1. §. ſi uir. §. per procuratorem, infra eo.†
4 aliud dicendum exiſtimo ſi tui gratia principaliter poſſeſſionem
dare tibi uelim erratumque in corpore fuerit, non à me recedet
poſſeſſio, ipſe enim quodammodo ſub conditione reliquiſſe poſſeſſionem uideor, ſi tibi quæratur, ad hūc ſenſum conuertor. l. ſi me
in uacuam, infra eo. cuius uerum intellectum Accurſius, Iacobus,
Bartolus, Paul. Caſtren. & pleriq; omnes Theorematibus tantum nugalibus hactenus ſuppriment, neq; adeo in amittenda poſſeſſione quicquam intereſt animus liber undiq; & ſpontaneus adſit, ut mox retulit, an coactus & ui meticuloſa adhibitus fuerit,
quemadmodum inferiore loco reſponſa ſignificabunt, pluribus alijs
quidem modis poſſeſſio cum ciuilis tam naturalis ſæpenumero à
5 poſſeſſoribus recedit, † ut ſi à prædio in longinquum proficiſcar,
neq; fundum oculis proſpicere, neq; illum de proximo, & facile ingredi queam naturalis interit poſſeſſio, quam quiſquis alius ingrediens nanciſcitur, ciuilis autem quocunq; iuerimus propter animum retinendi uſq; dum prohibemur ingredi fundum nos comitatur. l. 1. in prin. l. ſi id quod. §. quod autem. l. quamuis
ſaltus. l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. l. 3. §. ſaltus, in prin. in-
6 fra eo.† non enim ſolus animus naturalem & ciuilem in eadem re
poſſeſſionē retinet propter confuſionem ipſarum, et (ut res) quoniā

una

una ab altera nec ſatis diſcerni quiret, perirentq; ſimul ambæ idcirco
lex ſacius eſſe bene putauit naturalem uti debiliorem perimi, & ciui-
lem efficaciorem animo retineri, arg. §. ſi duorum, cum glo. in uer.
dominorum, inſtit. de rerũ diui. facit. l. Vranius, de fideiuſ. Item ciui
lis ſola poteſt iuris effectus parere, & ſufficit ipſa ad præſcribendum.
l. ſerui & filij. §. fi. de furtis. l. 1. §. per ſeruum qui in fuga, infra eo. me-
rito non fingit lex naturalem corpore detineri ubi nos longe abſu-
mus, & minime fictio eſt neceſſaria. Bar. in. l. non dubium. C. de legi.
Idem per omnia dixerim in filio, uel ſeruo, qui nobis ex cauſa peculia
ri ciuiliter & naturaliter poſſident, quandoquidem inter hunc, & pr̨e
7 cedentem caſum differentiæ ratio nulla ſit, † colonus, procurator, &
ſimiles, naturalem, quam habent poſſeſſionem interuertunt nobis, ſi
animo deſerẽdi recedant à pr̨edio. l. ſi colonus. l. ſi de eo. §. 1 uer. aliud.
infra eo. quam tamen poſtea recentiore lege lata recuperamus, ne il-
lorum prauitas nos damno afficiat. l. fi. C. eo. ac multo magis coer-
tioni imperatoris locum fore exiſtimo quando ui tales nos uel à no-
bis cauſam habentem à fundo depellunt, poſſesſionem omnem co
caſu utique amittimus. l. colonus. l. cum fundum, de ui, & ui arma-
8 ta, † iiſdem in fundo exiſtentibus mortuis naturali poſſesſione pri-
uamur, tuncq; ciuilem ſolam habemus. l. ſi id quod. §. et per colonos,
ibi, nota. infra eo. quæ à nobis quoq; diſcedet, ſi corporalem rurſus
appræhendere aliquandiu uehementer negligentes, quia nullis im-
9 pediti negocijs cunctabimur. l. ſi de eo. §. ſi forte, infra eo. † ſin autem
uere & non per conſtitutum tranſtulerint in alium naturalem hanc
poſſesſionem, aut ui de poſſesſione ipſi à quopiam expellantur, poſ-
ſeſſionis utramque ſpeciem ignorantes etiam nos perdimus. l. pere-
gre. §. quibus, uerſ. eius uero &c. l. poſſideri. §. quod ſi ſeruus. l. quã-
uis. §. 1. infra eo. quod ſimili modo accidit in eo qui precario à nobis
poſſidet, omnis enim poſſesſio noſtra per illum nobis perit. l. inter-
dum. §. fi. cum glo. infra eo. mixta enim uidetur his caſibus ciuilis
10 cum naturali, † non ſic quando fructuarius, qui naturaliter ſibi poſ-
ſidet, prædiorum noſtrorũ finibus pellitur, ciuilem noſtrum poſſeſ-
ſionem illata ei expulſio nobis nequaq; aufert. l 3. §. unde ui, de ui, ar
11 ma, glo. maior in. l. 1. uſufruc. quemad. caue. † quid iuris ſi colonus
decreuit ſibi ſoli poſſidere an poſſesſione aliqua cum nobis carendũ
ſit uideas glo. & alios in. l. 1. C. cõmunia, de uſucap. l. cum nemo. C.
12 eo. tit. noſtro, † at cum nos ciuilem alteri ſponte tradimus à nobis u-
tramq; etiam inuito colono ſeparamus, glo. ſingularis in. l. 1. §. nõ a-
lij autem, uer. retineo, circa medium, de ui, & ui armata, quamq; ſi a-
nimo dumtaxat cõſtituiſſem poſſidere nolle, omnino tamẽ propter
colonũ inſiſtẽtem fundo ſicuti prius, poſſideo, colonus nãq; & natu-
13 ralis & ciuilis nobis quodãmodo renitẽtibus retentionem præſtat, †
quẽadmodũ ſi dñs per uim de fundo exactus fuerit nihilominus per
colonũ, qui deiectus ipſe nõ eſt, ſicuti antea poſſidet. l. peregre. §. qui
14 b°, & ibi glo. infra eo, d. l. 1. §, nõ alij aũt, de ui, & ui arma. † Amittit na

turalem poſſeſsionẽ fructuarius,quam ſolo animo retinet,ſi per uim de prædio exeat uel à nundinis rediens fundum ingredi uetitus fuerit.l.3.§.unde ui.§.utifrui.l.1.§.interdictum autem,de ui,& ui arma.

15 † & is,qui ciuiliter quocũq; iuerit poſſidet, ſi nõ admittatur accedere uolens,aut pauore etiam inani territus accedere nolit, quoniam ſe poſſe de poſſeſsiõe trudi ſuſpicatur,ſua itidem uoluntate(licet ui aut metu coacta)ciuilem perdit.l.non ſolum.§.ſi dominus, de uſucap.l.ſi id quod.§.fi.l.clam poſſidere.§.qui ad nũdinas,in fi.cum.l.ſequẽti,l.poſſideri.§.ſi quis nũciet,infra eo.l.ſi mulier.§.pe.ubi glo.& Bar. de eo quod met.cauſa,aliud foret dicendum qñdo ſuum corpus læſum iri metuiſſet,propterea ad prædium reuerti noluit, neq; tum minus ciuiliter animo poſſideret Inno.in.c.cum ex iniuncto,in fi.de noui.ope.nunci.l.licet.C.eo.tit.

16 † uel quamuis uana opinione putet ingreſſum de poſſeſsione expellere poſſe, uerumtamen poſſeſsionẽ amittit,ſi iuſtè uerendum fuit,quoniam ingreſſus ualentior illo plurimum erat, neq; per uim deijci omnino potuiſſet, plus enim eſt in re quã in opiniõe.l.ſi pater.§.quotiens,de manũ,uindic.l.quod meo.§.fi.infra eo.

17 † Idemq; reor ſi neq; timuit, neq; quidq; pertimeſcẽdum fuit,quia aduerſarius naturalis poſſeſsiõis retinendæ impos debiliſq; ualde erat, tamẽ quia ſegnis negligẽſq; ſtatim in naturali recuperãda fuit,ciuilem quoq; nõ diu retinet,quod ſupra diximus.l.ſi de eo.§.ſi fortè, infra eo. licet inibi glo. obliuionẽ huius deſidis requirat,quod Africano quippè cõtrariũ directo eſt, Celſuſq; negat.d.l.quod meo in fi.ibi ſimul atq; ſciero,infra eo.nã cui amiſſam poſſeſsionem repetere neglectui eſt, cenſetur animo ciuilem æque uelle dimittere, ideo ſciens & negligẽs omnem perdit.l.falſus.§.ſi iactum, de furtis.l.qua ratiõe.§.fi.ibi.glo.de acqui.rer. domi.

18 † prædictis proximus eſt, qui aliquibus negocijs interpellatus,uelut quoniam aberat,ad prædium ſuum uacans accedere longo tempore diſtulit, cuius poſſeſsio ciuilis eo caſu deperit.l.furtum.§.fundi,in fi.de uſucap.l.ſi finita.§.nõ autẽ, de dam.infec. idq; longum tempus iudicantis arbitrio pẽſabitur Inno.in.c.querelam,de elect.& in.c.2.de reſti.in integ.

19 † Cæterum uectigalis prædij,quod tributarium appellatur,biẽnio exacto poſſeſsio dominiũq; ſimul omne tollitur & occupanti illud concedit lex.l.qui agros.C.de omni.agr.deſer.lib.11.enimuero quia deficit res ubi ad eũ deducta eſt caſum à quo nõ ſumit initiũ.l.pluribus.§.& ſi placeat de uer.obli.& rei cum naturaliter inſiſti non poteſt, eiuſdẽ poſſeſsio irritatur.l.3.§.ex cõtrario.l.1.ibi naturaliter inſiſtit &c.infra eo.

20 † Ager uel fluuij uel maris inundatione occupatus utrouis modo poſſideri deſinit.l.cum unus.§.fi.de bon.auto.iudi.l.qui uniuerſas.§.itẽ quod à mari.l.poſſideri.§.labeo,infra eo.

21 † pupillus, qui ſine tutore ciuilem animo retentam amittere nõ poteſt.l.poſſeſsionem, infra eo. ſimili modo naturalem, quæ animo retinetur uelut per fructuarium perdere abſq; tutore nequit.l.pupillus, de acqui.rer.domi.his tamen caſibus ac alijs,ubi lex amitti eam iubet, citra tutoris autoritatẽ omnino

nino perdit, potenſq; adeo inundatio iſta aquarum irrepit, ut nos e-
tiam inſcios omni poſſeſſiõe noſtra repente exuat, Bar. in. l. clam poſ
22 ſidere. §. qui ad nundinas, nu. 1. infra eo. † neq; illam piſcando ſerua-
23 bimus. l. ſi ager cuius, quemadmo, uſufruc. amitta. † ni ad inſuetum
amnis curſum euertendum prædiorum poſſeſſores illico ſeſe præpa
raſſent, ipſaq; ui in alueum priorem reduxiſſent tum utiq; poſſeſſio
nõ uideretur amiſſa, l. qui poſſeſſionẽ. l. 3. §. cum igitur, de ui, & ui ar
24 ma. † quamobrẽ inundatiõe maxima Rheni noſtri diebus his facta
Bononienſium plærīq; Ferrariẽſiumq; pariter naturali agrorum ſuo
rum ciuiliq; poſſeſſione priuauit, ac eo modo poſſidentium bonafi-
de cœpta præſcriptio interpellata eſt. l. naturaliter, de uſucap. Bar. in
25 tractatu, de alueo, col. fi. † porrò inundatiõis hanc legem haud rece-
ptam intelligi Baldus cẽſuit in. l. unica, col. 18. uerſ. pone, fui cõfeſſus
&c. C. de confeſſis, quãdo ſicientes agros inũdatio, quæ aliquibus in
26 locis iam uſu euenit, opulentos reddit, † uti in Egypto memorabilis
27 fluuij illius Nili inundatio uberem glebam facit. l. 2. C. de alluuio. †
neq; prata ſecundum Ticinumflumen prædictæ legi ſubiacebũt quã
doquidem ſalubri inundatiõe Ticini ſcaturiãt prata uireſcantq; citi-
28 us, † ſic planè è cõuerſo poſſeſſionẽ aquæ nõ retinemus ſtagno aut
fonte arefacto, uti Cæſarem Tauro poſcẽti reſcripſiſſe Paulus refert.
29 l. & attilicinus, de ſerui. ruſti. prædi. † pleriſq; & alijs quidem rationi-
bus poſſeſſores rerum iure ciuili eſſe definimus quum noſtra uolun-
tate locum religioſum facimus cadauere illato, aut alienæ ſubijcimur
poteſtati. l. locũ, in prin. de relig. & ſumptib. l. intãtum. §. religioſum,
de rerum diuiſio. l. qui uniuerſas. §. poſſeſſionem, infra eo. atquidem
cõſtitutio illa, ut mortui illatio poſſeſſionẽ nobis fundi tollat, de iure
ciuili introducta eſt, aliud iuris canonici autoritas, quæ in hiſce caſi-
30 bus præualet, omnino ſeruari iubet, † nã locus hodie præter ſummi
Põtificis autoritatẽ religioſus fit nullus ſic notabiliter cẽſuit Inno. In.
c. abolendæ, de ſepult. eius dicto cõueniunt ea, quæ habẽtur in. c. ad-
hoc, de relig. domi. notat ſingulariter Matheſi. in ſuo ſingul. 76. inci-
nota quod omnes leges, quãuis poſſeſſor etiã iniuſtus nõ poſſit per
iudicẽ poſſeſſiõe priuari niſi prius ad iudiciũ legitimè uocatus fuerit.
l. nec imperiale. C. ſi per uim, uel alio mo. l. ſi deſerta. C. ſi propter
31 publi. pẽſit. cũ ſimil. † tamẽ huic regulæ locus nõ eſt, & de facto per
iudicẽ poſſeſſor è fundo expellitur, quãdo fuit idẽ poſſeſſor de facto
ac priore poſſeſſore aduerſario ſuo nõ citato per iudicẽ miſſus in poſ
ſeſſionẽ Innoc. in. c. querelã, de elec. Roma. in ſuo ſingul. 766. ubi
adducit tex. ſingularẽ in. l. 1. §. & hoc edictũ. ff. ſi muli. uẽt. nomi. præ-
32 dicta in ſoli rebus obſeruata iri cenſuimus, † Verũ mobilis ac res per
ſe mouens quoniã occultari & de loco amoueri nõ difficulter poteſt.
l. ſi cõcubina. §. res amotas, de actio. rer. amo. l. 1. §. ſola cogitatio. l.
fur eſt manifeſtus, de furtis. l. mouentium, de uerbo. ſigni. quod mi-
nime in re immobili contingit. §. quod autem, inſtit. de uſucap. ob id
illarum poſſeſſionem tenuem neglectamue plurimũ, quę citra uolũ-
tatem

tatem quoque noſtram amittitur, Nerua filius in tractatu de uſu ca-
33 pionibus monet. l. ſi rem mobilem, infra eo. † quamobrem pupillus
qui poſſeſſionem ſolo animo retentam, in re aliqua immobili ſine tu
tore abijcere non poteſt. l. pupillus, de acquiren. rer. domi. l. poſſesſio
nem, infra eo. poterit tamē rei mobilis poſſesſionē huiuſmodi abſq;
tutoris aſſenſu dimittere Bar. in. l. 2. §. ſi à pupillo, nume. 3. uerſ. huius
34 cōtrarij &c. de uſucap. pro emp. † commodatarius itaq; ſiue depoſi-
tarius cōmodatæ rei poſſeſſionem per contrectationem eius non ſo-
la quidem inficiatione nobis eripiunt uti ceruicoſo Cumano, Alexā
dro, & Iaſoni præter legis opinionem uiſum eſt. l. poſſideri. §. ſi rem
infra eo. & quamuis bonorum raptor alioqui furi comparandus nō
ſit, deteſtabilius namq; rapientis facinus quàm cœlatim furantis rati
ſunt omnes. l. ſi te. glo. fina. C. ex quib. cauſ. infam. irroga. inſtit. de ui
bono. rapto. in princi. utroſq; attamen in hoc æquatos ſcio, quod pe
rinde fur nobis poſſesſionem ſurripiat, ac per raptum raptor eādem
35 euellat. l. rē quę nobis, infra eo. † merces aut fluuij naufragio, aut ma-
ris fluctibus demerſas (uel ut opinor) à nauta ſeu ab alio quoquàm
in mari iactas nullo iure poſſidemus. l. pōponius. l. interdū. §. quod
36 ex naufragio. l. 3. §. Nerua filius. infra eo. † & cuiuſq; rei mobilis poſ
ſeſſio, excepta illa, qua ſeruos poſſidemus, cōfeſtim à nobis digreſſa
putatur, ſi eam rem (dumtamen diligenter perquirendo) nuſquàm
loci inuenerimus, noſtra tunc cuſtodia res minime contineri dicitur,
quāuis interim appræhenderit eam nemo. l. 3. §. Nerua. l. ſi id quod.
l. ſi rem mobilem. l. pomponius, infra eodem. l. Titius, de ſeruis ex-
37 portan. † quare oberrantem equum non inuentum à domino pœna
l. ſi quis intantam, capiens non mulctabitur, quia poſſeſſionem equi
poſſeſſor amiſit, ſed eius temeritas Iuſtiniani lege compeſcenda erit,
38 l. fi. C. unde ui, † At quid dicemus quum lupus equum ferox in pa-
ſcuis iugularit? Nunquid equitij cuſtos pro noxa domino quid præ
ſtabit? poſt Cynum ſcitiſſime diſtinguit Bal. in. l. nemo deinceps. in
fi. C. de epiſco. audien. Non idem reſpōdetur ubi curioſa mobilis rei
inueſtigatio ceſſat quamquam loci, in quo rem quis condiderat, nō
39 ſubeat recordatio, † memoriæ tum leuitas in proprio licet negocio ei
40 non obeſt, † neq; tali caſu extra cuſtodiam eius res poſita dici poteſt
41 . l. peregre, ubi Bar. & in. d. §. Nerua, in fi. infra eo. † Auiculas, piſces
feras deniq; belluas omnes, quæ auiarijs, piſcinis, uiuarijſq; noſtris
coercentur, aut conſuetudine ſua abire, & redire ſolent, cum primis in
naturalem ſeſe receperint laxitatem reuertendiq; uſum reliquerint, ac
eo modo noſtram profugerint poteſtatem, neq; ciuili, neq; naturali
poſſeſſione cōtinemus. l. naturalem, de acquirendo rer. domi. l. 3. §.
42 Item feras, infra eo. † quapropter cęcum rei mobilis poſſeſſiōem ſine
curatore ut ferè ſemper haud retinere dixerim. d. §. Nerua, & d. l. na-
43 turalem, in prin. & l. ſi id quod, infra eo. † Diuerſum in ſeruo fugiti-
uo perhibemus, illum eatenus poſſidere intelligimur, quatenus ab a-
lio nolēs cœperit poſſideri. l. 1. C. de ſeruis fugi. l. arboribus. §. de illo,

uſq;

44 uſq; in fi. de uſufructu.l.i.§.per ſeruum qui in fuga, infra eo. † aut ſi probabili quapiam ratione liberum ſe bona fide contendat minime poſſidemus,l.igitur.§. poteſt.l.liberis.§.fi.de libera.cau.idem ſi mala fide,ut fecit Spartanus,ad libertatem properet & decennio in poſſeſſione libertatis antea fuerit,uel iudiciali ſentẽtia liber ſit iudicatus, alioqui naturalem ſolam in eo perdimus.l.ſi cui.§.licet, cum glo. de libera.cau. l.ſi is qui pro emptore.§.ſi ſeruus,de uſucap.l.poſſideri.§. ſi ſeruus, infra eodem.

EIVSDEM AVTORIS RESTItutionum ad libros. L.ff. Liber ſingularis.

QVAE IN HOC LIBRO SVNT RESTITVTAE DIGESTORVM LEGES, HIC ADSCRIBVNTVR.

L. Centurio. de mil.teſt. perperam hactenus declarata a nobis,uti debuit,emendata. Caput. i.

Famigeratus.§. decretalis. l.i. de ſucceſſ.edict. uarijs obſitus tenebris, nunc contra omnes Doctores,uti debuit,expoſitus, pluſculæ & inibi leges nouiter interpretatæ. cap.ij.

L.Ideoq;.de carb.edict. aliter declarata quam per alios hactenus factum ſit. cap. iij.

Quod omnium ore fertur, bon. poſſeſſionem liberis datam contra legem eſſe,quodq; item Triphonij ſuper eo Reſponſum doctoribus incognitũ fuerit; a nobis uero optima ratione utrumq; declaratum. cap. iiij.

Declarata. l. ſi ſic ſtipulatus. de uer. obli.ſcriptorumq; inibi non mediocris lapſus. cap. v.

L.Tit.ſi men.fal.mod.dixerit in integrum reſtituta,& alio modo quam interpretes fecerint enodata. ca.vi.

Inſtaurata duo Marcelli Reſponſa, quæ uulgo paragraphi dicuntur,lubrico doctorum omnium lapſu hactenus non intellecta. cap.vij.

§.Sex menſium.l. is cui. ut in poſ. legat.unius uoculæ abundantia labefactus diu Accurſium fatigauit,nũc facilis eſt redditus. cap.viij.

Elucidatio Paragraphi ſingularis in. l.i.§. ab eo.quis & a quo. appelle. quem doctores uarie interpretati nunquam intellexerunt. cap. ix.

Declarata duo & Iuſtiniani Imperatoris,& Vlpiani Iuriſconſ.Reſponſa,quæ a doctoribus parum æque intelliguntur, Vlpianiq; corrupta inſuper reſtituta. Cap.x.

Qui colluſione facta nomen alterius corraſit ſuum inſcribens, uiaticum recte petere doctores noſtri aſſentiunt, quod uerum non eſſe proba lectione inſpecta animaduerti. ca. (xi

Nouo intellectu declarata.l.itaq; fullo §.ſed & ſi reſ.tit.de fur. uerbaq; in eo peruerſa nunc iuſte repoſita.ca. (xij.

Innumerabiles leges contra omnium ſententiam ex integro ad lucem reſtitutas,quæ de Spadone.item Caſtrato loquuntur. cap.xiij.

§.Si in locando.l.ſi ſtipuler. de uerb. oblig.in ſtipulationũ tractatu per ſæpe quæſitus, ob uoculam in eo carentem minus recte intelligebatur, a nobis modo, ut æquum eſt repoſitus. cap.xiiij.

Verus intellectus ad. §. ubi decretũ.

de offi.proconſ.præter cōmunē aliorū ſententiā, & Alciati præceptoris opinione probata. cap.xv.
Quod Accurſius in.§.Prędiū.l.prior de admini.rerū.ciuit.ob prauam legis impreſſionem errauerit,eundē nos locum reſtituimus. cap.xvi.
Voculam male in.l.cognitionū.de extraordi.cogni.tranſlatam rectum ſenſum peruertere. cap.xvij.
Accurſiū.Bar.Bal.in.l.mandatū diſtrahendorū.tit.manda.ob unius uoculæ peruerſionē hallucinatos, qua propter a nobis id illuſtratum. (cap.xviij.
In.l.in ſuis.de lib.& poſthu.Verbum quoddā emendari,diuidiq; debere. (cap.xix.
L.inuitū.de ſer.urba.prędi.Accurſiū nō intellexiſſe,nunc recte percipi,ſi quis hęc quoq; ſcripta legat.ca.xx.
Reſtitutus locus, elucidatumq; Vlpiani Reſponſum in.l.illicitas.§.ne tenuis.de offic.preſi. cap.xxi.
Cur Pręſides deportare non poſſunt, ratio noua,et declarata Vlpiani uerba ad.§.qui uniuerſas.de offi.pręſid.antiquorum fabulis cōfutatis. (cap.xxij.
Accurſij error ad duo Reſpōſa deprę hēſus,ac uti debuit,emendatus,q̃d in iure ciuili quantum præſtet non cognitu difficile eſt. cap.xxiij.
Quid tectoriū,loricatio, Pauimentū, incruſtatioue, in iure ciuili ſit, & Neratij Reſponſum ab aliorū mendis iuſte purgatum. cap.xxiiij.
Quonā modo Pōponius naturalē arboris motū intellexerit, Accurſijq; dictis ſuper ea re improbatis.cap.xxv.
Verſori ſenſu iureconſ. Paulus in.l.qui ſella.de ſeruitu.Ruſt.pred.explicatus. cap.xxvi.
Circa inuentionem Theſauri cōciliata duo Reſponſa,quæ uulgo contraria circūferuntur. cap.xxvij.
Delinquēs atq; diu poſtea de crimine accuſatus non leuiori adficitur pœna,quam ſi facinore admiſſo,illico puniatur,contra omnes ſuperioris ætatis ſcriptores, Modeſtiniq; legē ipſis incognitam. Caput.xxviij.

PROOEMIVM RE-
ſtitutionum.

IN LIBROS Iuris ciuilis digeſtorum quinquaginta quo tempore Illuſtres præceptores noſtros in celebratiſſimis patriæ Gymnaſijs profitentes obſeruabamus,ueritatis habendæ magis cupiditas quædā omne ſtudium diligens noſtrum impulit, ut quid Paulus,quid Scæuola,quid Pomponius,quid item Vlpianus,atq; id genus reliqui de iure Romano diſſeruerint, intermiſſis Bartolo, Baldo,Alexandro,cæteriſq; cōmentatoribus,& fidelius & probabilius nobis compertum fieret,qui nos biennio hic labor tenuit,tandē pluſcula inibi eorum Reſponſa offendimus,quæ indiligenter nimis uel ab Accurſio interpretari,uel ab impreſſoribus excudi uidebātur,Nec ſcilicet prius cōquicuimꝰ,donec uerū id an eſſet certiores efficeremur, Cōperimus itaq; excelſi ingenij dñm meū doctiſſimū Alciatum hæc idē ſæpius & ipſe animaduertiſſe,atq; magnā iuris ciuilis partē iucūdiore interpretatione elucidaſſe, reſtabāt tamē & plurimę leges, quæ illius nēpe manū(fateor quidē)efflagitaſſent,ſed cū illas, neq; ab eo, neq; ab altero expolitas reſtitutasue nōnūq; ſine ratiōe,aliqñ ſine fructu intelligi cōtēplaremur,earū partim cū noſtro quodam autoritate antiquiſſima fideliore codice,in q̊ nōnullę,ſūt manu cōpilatorū iuris adſcriptę leges,cōtulimus,ſimul atq; nouimus inſigni eas corruptela, imprimi

imprimi, partim etiam ipſarum argumentis & rationibus congruis Accurſica ſcholia reprobãtes in melius ipſi nos reduximus collibuitque quod ſoli hactenus poſſedimus, uniuerſi in omne æuum doctiores fruantur.

L. Centurio de mili. Teſta. Perperam hactenus declarata à nobis, uti debuit, emendata. Cap. I.

INTRACTATU De militari teſtamento Papinianus ita Reſpondit. Centurio poſthumos hæredes teſtamento ſecundo inſtituit, necq; ſubſtitutos dedit, quibus non additis ad ſuperius teſtamentum redire teſtatus eſt, cætera quæ ſecundo teſtamento ſcripſerat eſſe irrita placuit, niſi nominatim ea confirmaſſet ad priorem uoluntatẽ reuerſus. Verba illa, quibus non additis &c. Accurſium ſatis torſerunt, putauit ipſe ad ſubſtitutos referenda, ſicq; caſum legis ex facto fingebat. Miles teſtamenta duo fecerat in fine ſecundi, in quo poſthumi ſcripti ſunt hæredes, dixit ſe ad primũ redire & legata in eodem relicta æque peribunt. Primum hunc intellectũ legi alia atq; alia ratione ineptum opinor, ſtatim corrigere ſe nemo creditur, illico autẽ ſe ſe corripuiſſet miles ſi in teſtamenti, quod uniço & contextu temporis continuo celebratur, parte ſuprema ad primum ſe reuerti uelle cauiſſet. Minus id præterea addico, quia poſthumos non inſtituendo eam (ut aiunt) uiam elegiſſe uideretur qua prius rumpitur teſtamentum, quod fieri non debere Gallus Aquilius de poſthumis inſtituendis differens prior introduxit. Alium deniq; nouum exhibuit ſenſum, quod miles in fine teſtamenti adijecit ſi poſthumi hæredes non erunt teſtamentũ primum ualeat, quod nil aliud quam diuinare interpretor. Quandoquidem Papiniani uerbis nequaquã congruit, Rectius eſt fideliore exemplari noſtro cum peruulgatis collato ad hunc ſenſum legem tranſducere, Centurio tabulis ſecundi teſtamenti poſthumos hæredes ſcripſerat necq; ijſdem quenquam ſubſtituit, alioqui dubitatio orta non fuiſſet. poſtea uerbis huiuſmodi cauit, quibus non editis ad ſuperius teſtamentum ſe redire &c. utiq; omnia in ſecundo teſtamento fieri irrita nõ natis poſthumis iureconſultus decreuit, igitur illi abſoluti caſus quibus non additis mendoſe conſcripti nodum in Scirpo fecerunt cum non editis, id eſt, non natis poſthumis legẽ, fuerit.

Famigeratus. §. Decretalis. l. primę. de Succeſ. edic. uarijs obſitus tenebris nũc cõtra omnes Doctores (uti debuit) expoſitus, pluſculę & inibi leges nouiter interpretatæ. Cap. II.

TRACTABATUR In iuris profeſſorum Gymnaſio, bonorum poſſeſſio, quæ ordinaria, & ius tribuẽs nuncupatur una uel potius duplex ante legem Conſtantini latã eſſe uideatur, quidã unam edictalẽ ſolum, quidã duas edictalẽ atq; decretalẽ quod

cauſa cognita,& decreto interueniente detur rationibus argumentis uc pluribus conceperunt,Poſteriorem tamen ſententiam cōmuni doctorū conſenſu iam diu probatā non dubitatur, & potiſſime receptā uidemus per.l.i.§.decretalis.de ſucceſ.edic. At uero per quam reor, ne hæc uera non ſint omneſq; iuris diſceptatores qui poſt ciuile ius compilatum fuerunt ut ab Irnerio incipiam Andabatarum more(ſic aiunt) hoc eſt clauſis oculis ea de re fabulatos crediderim. finge abſenti bonorum poſſeſſionem competere,quam pro eo amicus petijt, Iudexq; dedit an abſens eam deinde repudiabit? utiq; (ſi uolet)poterit.l.3.§.acquirere.de bono.poſſeſ.Sed in hoc Paragraphus Decretalis,qui (ut opinantur illi) de bon poſſeſſione.eadem ſtatuit uehementer reclamat,bonorum namq; poſſeſſionem Iudicis decreto acquiſitam reſpuere non poſſumus ſera tunc eſt nimis abdicatio, ecce & illud,bonorum poſſeſſionem ſecundum tabulas prætor non apertis etiam tabulis teſtamenti concedit.l.i.§.ſufficit.de bon. poſſeſ. ſecundum tab. non ſic quidem cōceſſurus ſi & decretum & cauſæ cognitio in ea decernenda adhiberetur, quod alimentorum exemplo compertum omnibus fit,tranſactiones alimentorum,quę teſtamento debentur non alias Diui Marci oratione permiſſæ ſunt quā ſi cauſa cognita,Iudiciſq; decreto celebretur,neq; cauſa cognoſci, neq; decretum interponi abſq; inſpectione & clara uerborum teſtamenti cognitione poterit.l.de hijs. de tranſac. pone aliquem bonorum poſſeſſionem contra tabulas accepiſſe,eā deinde nō obtinuiſſe, legata & fideicōmiſſa ijs debita tabulis amittit.l.ſub cōditione.§.ei qui.de cōtra tab.certe ſi cauſa cognita,decretoq; interpoſito illā accepiſſet, non ſuccūberet poſtea,neq; ius ſolēniter quęſitum perderet.d.§. decretalis.Præterea impubes,qui ſtatus controuerſiam patitur, poſſeſſionē bonorum Carbonianam ex decreto cum cauſę cognitione uſq; dum pubes fiat accipit.l.ij.C.de Carb.edic.l.ſi impubes.§.quotiēs.ff.e.ordinariamq; nihilominus agnoſcit.l.Carbonianū in.fi.de Carb.edic. Prætor itaq; ordinariam decernendo,de ſtatu impuberis cognoſceret iterum, atq; eo modo præiudicium edicto inferret Carboniano quod fateri ridiculū eſt ſatis:quid itē dicam? bon. poſſeſſio edictalis ſi non petatur,non ne diebus certis quibuſdā finitur.l.i.§.quibus.de ſucceſ.edic. decretalis etiā ijs amittitur diebus,infra quos peti potuiſſet.d.§.decretalis.hoc tamē ſi cōmunē illorū ſententiā ſeruaremus impoſſibile foret,quādoquidē per lapſū tēporis primo ſēper edictalis amittit̄,& ea finita decretalis petēdę ius nec quidē ſupereſt,q̄d oēs cōſētiūt,cū per edictalē ad decretalē perueniat̄,ideo decretalis dieb.nūquā deficeret,ſed edictalis ſola, nec tutū eſt dicere ſimul utrāq; finiri,iuriſcōſult9.n.cōtrariū prorſus cauit de una poſt aliam ſepartim loquēs et ordo intellectus,quē iuris periti frequēter obſeruant talē refellit ſenſū, q̄obrē Doctores ipſi nodū in ſcirpo quęſierūt,ſibi poſteriſq; omnib9. à linea recta graue aberrādi anſā prębuerūt, errorē huiuſmodi à.l.i. §.decretalis pręalleg.auſpicātes.Quid aūt ipſe ſuperiore āno rubricā.

C.qui admitti.In patrio legens Gymnaſio probauerim, qui mea tulerunt ſcripta cornu(uti fertur)pleno cognoſcunt.Nunc tantū.§.decretalis.præalleg. ad quem omnes uti ad principis ſtatuam decurrūt exponam, Vlpianus iurecōſultus poſt traditam bon.poſſesſiōis materiam ſucceſſorium ſubnectit edictum, imprimiſq; edixit bon.poſſeſſionem ordinariā repudiatam intelligi,cum uel repudietur expreſſe,uel cū quis eam ſemel petere noluit,q̄uis poſtulationis dies adhuc non elapſi eſſent: Deniq; pręterea quoniā ſuperius & de Carboniana bo.poſſesſiōe, quæ ſimili modo intra annū à tempore, quo ſibi controuerſiam fieri impubes nouit, eidem Competit.l. 3.in fi.cum.l.ſequen. ff.de Carb.Edict,& quæ decreto cauſa cognita decernitur: diſceptatum erat,decretalis inquit bonorum poſſesſio,& ſic Carboniana repudiari poſſit uideamus,quā diebus finiri nō etiam nominatim repudiari placuit cuius reſponſi optima ratio fuit, Carboniana quoniam ſine decreto uel cauſæ cognitiōe dari nequit.l.1. in princ.&.l.3.§.cauſæ:ff.de Carb.Edic.Vnde priuſquàm decretum uel cauſæ cognitio adhibeatur, nulla porro Carboniana bonorū poſſesſio eſt.d.§.cauſę at ubi rem cognouit Iudex bonorūq; poſſesſionem Carbonianam ſuo decreto dedit,ſera tum nempe abdicatio haud immerito iudicatur.Senſumq; hunc noſtrum nō dubiè cōfirmat Vlpianus in.l.unica.§.ſed etſi ex Carboniano.ff.ſi tab:teſt.mil. extabunt. & hāc decretalem quin Vlpianus Carbonianam eſtimauerit,quę ſola decreto & cauſa cognita adquiritur,nihil hæſito: conſequens prætcrea eſt, ut de ea quæ furioſo, & uentri nōnunq; decreto ad Carbonianæ uicem cōceditur, ſimul ſenſerit, quis nam iudicij propenſioris fatendū duxerit decretalem bonorum poſſesſiōem cū edictali eandē eſſe,ſeu effectum edictalis parere,cū inter ſeſe differentiam gerāt ſpecificam.d.l.1.§.quibus & in.§.decretalis.de ſucceſ edic.Nuſq; aut dū primo, aut ſecundo,& mehercle accurate, iuris ciuilis libros omnes lectitatem, bon.poſſeſſionē ordinariā decreto, ſiue cauſa cognita iudicē decernere oportuiſſe proditū cōperi,nō aliter in l.2.§.dies.quis.or.in bo poſſeſ.ſerue.in.l.3.§.ſi cauſa cognita.de bo.poſſeſ.et in id genus reliquis ſētiēdū arbitror.Sūt planè leges multæ,quę pretorē certis caſib⁹ decreto in ſucceſſiōib⁹ dādis occurrere iubēt.l.uētre de acq hęred. q̄ per Accurſiū incognitā,ab Alciato dn̄o meo libro Parergō.3 ca.14.q̄. cōcinnè et diuinitus illuſtratā,pręter id qđ recēs agimus loqui pl⁹ ſatis manifeſtū eſt,eādē propè opē.l.Saluius de lega.pręſtā.&.l.ſi ex duobus in fi.de bo.poſ.cōtra tab.pollicēt,quę cū in caſib⁹ ſubueniāt obmiſſis, ab.l.uētre prealleg.intpretationē nō iniquè capiēt,Poſſet obijci.l.fi.§.ſi nos itaq;.C.de cura.furio. in uerbis illis, que antea ex decreto dabāt &c.Nec ſanè illā ueteres intellexere,q̄a de bo poſſesſiōe loquit̄, quæ furioſo decreto,et cā cognita,ad inſtar Carbonianę dabat̄ olim.l.2.§ ſi q̄s ex liberis.ad Tertul. ut hodie eadē ad ſimilitudinē bo.poſſ.ordinariæ cōcedat̄ ſanxit Iuſtinianus.ordinariā igit̄ bo.poſſ. antea & nūc ſine decreto et cauſę cognitiōe dari,ſimpliciq; nomine Edictalē appellatā defendi poſſe diſſerimus.

L. Ideoqꝫ. de Carb. edic. aliter declarata, quam per alios hactenus factum ſit. Cap. 3.

IN Lege. Ideoqꝫ. de carb. edic, Reſponſum Iuliano corruptiſſimum tribuitur, ita ut gloſſatores uerbū, acceperat &c. in ea ſcriptum, pro accipere poterat, improprie, ineptecꝫ intellexerint, Cuiꝰ uulgata uerba referre libet, ideoqꝫ ſi ex prima parte edicti bonorū poſſeſſionem nō petierit, alias poterit ex ſequēti parte edicti ad exemplū Carboniani accipere bon. poſſeſſionē, alias nō poterit. Nam ſi confeſtim poſt patris mortē cōtrouerſia ei facta fuerit, an inter liberos bon. poſſeſſionē accipere poſſit, ſimul ad utriuſcꝫ edicti cauſam annus ceſſiſſe uidebitur, ſin uero interpoſito tēpore cōtrouerſiā ſibi mouere ſciuerit poterit etiā finito tēpore intra quod ex prima parte bon. poſſeſſionē acceperat, ex ſequēti bō. poſſeſſionē petere quā cū acceperit, perpetuo poſſeſſor ijs actionibus utet̄ &c. Nos uero imprimis illa uerba, bon. poſſesſionē nō petierit &c. aliter reponimus, ut affirmatiue nō quidē negatiue legātur, Itacꝫ uoculā illā, nō &c. delemus, Itidē inferius uerba, Poſſeſſor ijs actiōibus utetur &c. poſſesſorijs actiōibus legēdum putamus, & ſenſus erit, cū impubes bon. poſſesſionē ordinariā petierit, cōtingere poteſt ut Carbonianā aliquādo petere nō poſſit, quod uerū eſt, ſi cōfeſtim mortuo patre queſtio ſtatus mouebat̄, necꝫ intra annū talē Carbonianā petijt, necꝫ poſtea petere poterit, aliquādo Carbonianā etiā elapſo anno poſtulabit, quod ita procedit ſi patre defuncto nō ſtatim, ſed interpoſito tēpore cōtrouerſia ſtatus inferat̄, poterit cōpleto anno, intra quē ordinariā acceperat, Carbonianā adhuc petere, & hoc Iulianus Reſpōſum edidit, quo magis uerba legis antecedētis ad finē propè liquerēt, quibus proditū ſcimus, tēpora ordinariç itē Carbonianæ bon. poſſesſiōis ſeparatim currere, ergo alias ſimul, alias ſeparatim, ut diximus, præfata utriuſcꝫ poſſesſiōis bon. tēpora decurrant, & poſſeſſor ex edicto Carboniano factus actiōibus poſſeſſorijs utetur, hoc eſt, quibus poſſesſores uti aſſolent defendetur.

Quod omnium ore fertur, bon. poſſesſionē liberis datam contra legem eſſe, quodcꝫ item Triphonij ſuper eo Reſponſum doctoribus incognitum fuerit, à nobis uero optima ratione utrumcꝫ declaratum Cap. 4.

L. quod uulgo, de bō. poſ. cōtra tab.

QVum Iuriſconſultus Triphonius, quod in omnium ore uerſaretur, liberis bon. poſſesſionem datam cōtra legem eſſe, intelligendum ſi quæ tabulæ teſtamēti fuerint tempore mortis patris, obſeruatæ dixerit, doctores ſuper ea re non minus uarie quam indocte conſtituerunt, opinati ſunt uulgo indiſtincte dici ſolitum, bon. poſſesſionē contra tabulas liberis dari, contra legem eſt, & Triphonij ſententia

id eſſe

ſd eſſe uerum quando mortis tēpore teſtamentum nō ualuit, tunc cō-tra prætoris legem bon. poſſesſio daretur, in qua ſententia iuriſcon-ſultum fuiſſe minus ipſe probauerim, nulla Prætoris lex in eum pro-ſpexit caſum, quo mortis tempore patris nullum eſt teſtamentū, pro inde cōtra legem, quæ nulla eſt, fieri non poterit, Rurſus exilibus hoc argumentis aliter bifariam declaratum uolunt, ut contra legem ideſt præter eam, uel contra teſtatoris uoluntatem, quæ altera putatur lex, talem bon. poſſesſionem datam dicamus, Moderatius ab hījs nem-pè factum exiſtimo, ſi ſcholia hæc ſua legi nō admouiſſent, cōtra eius uerba & ſenſum penitus edixerunt, Nō ab re itaqꝫ erit noſtram poſt illos in publicum diuulgare ſententiam, certum eſt in ore uulgi fuiſſe, liberis cōtra tabulas bon. poſſesſionem eatenus contra legem datam uideri, quatenus in datione eius illa minus obſeruata fuerunt quæ ut obſeruentur lex ipſa cauit, ueluti quod infra legitimum tempus non petita à iudice tamen decreta ſit, uticꝫ omnes tunc paſſim dicunt cō-tra legem datam &c. Sed iuriſconſultus uulgati dicto ita demum lo-cum fore intellexit, cum teſtamētum mortis tempore patris ualebat, ex eoqꝫ hæreditas adiri & ſecundum tabulas bon. poſſesſio decerni potuerit, & ſi nihil horum factum ſit, e contrario ſi mortis tempore nullum fuerit patris teſtamentum, nō erit dicto locus, inane atqꝫ te-mere foret bon. poſſesſionem contra tabulas, quæ nullæ ſunt, petere, quod enim dicimus nullum eſſe, euerti ſeu rumpi quo nam pacto poterit? l. nam & ſi. §. poſt defectum. de iniuſ. rup. teſta. & hac lege notatum cernimus.

Declarata. l. ſi ſic ſtipulatus de uerb. obliga. ſcriptorumqꝫ non mediocris inibi lapſus. Cap. 5.

ET Quoniam Scæuolæ noſtri uerba inſigni corrup-tela notata legimus, neqꝫ illa doctores intelligunt, no-ſtrum itaqꝫ erit quod Scæuola probauit recenſere. Cū ſic ſtipulatus ſum, neqꝫ per te, neqꝫ per heredem tuum uim fieri ſpōdes? eatenus pluries ſtipulationem ad in-tereſſe cōmitti placuit, quatenus pluries illata uis diceretur, ſic fit, ut promiſſore ob uim adhibitam condemnato, non minus poſtea hæ-res uim & ipſe inferens pœnali intereſſe coerceatur, huic demum Re-ſponſo à Scæuola obijcitur in hæc uerba, aut ſi ſic uolumus factam eſſe ſtipulationem neque per te, neque per hæredem tuum fieri, ut ad unam uim primam pertineat ſi uim fecerit, amplius ex hæredis facto committi non poterit, ergo ſi actum ſit, quaſi ex ipſius ui tota ſit con-ſumpta, quod non eſt uerum, cæterū ſcriptores nō obiectionē iſtam ad principiū legis eſſe putāt atquin diuerſam ſtipulationē cōceptam fuiſſe opinant̄, quę huiuſmodi eſt ſecūdū illos, abs te per ſtipulationē petij, ut neqꝫ per te, neqꝫ per heredē tuū uis mihi fiat, deniqꝫ cautū fuit,

ſemel ſtipulatione cōmiſſa amplius agi non poſſe, Ad primāq; uim ſolum pertineat hæc ſtipulatio, Nec parum hij profecto erraſſe uidētur, dicendū namq; eſſet (ſi & ipſorum dicta obſeruemus) iure conſultum ridiculam & feſtiuam magis quam dubiam quæſtionem tali in loco propoſuiſſe, omnibus enim ſatis manifeſtum eſt, à contrahentibus legem ſtipulationem accipere nihilq; præter conuenta extrinſecus admittere, Quamobrem ſi inter ſtipulandum pacti ſumus ſtipulatiōe, ſemel cōmiſſa amplius non agi nemini & Scæuolę nūq; dubiū fuit quin talis ualeret ſtipulatio. Rurſus ſupremis illis uerbis reſponſi, quod non eſt probandum &c. addunt niſi actum ſit &c. & tunc probandum erit (ut ipſi aiunt) quæ ſubauditio textum hunc omnino uiolat, neq; huiuſce diſpoſitioni legis congruit à nobis igitur hæc legis pars ſecus & declaratur & legitur, Dubitatum fuit ſtipulatio, neq; per te neq; per hæredem tuum uim fieri &c. ad primam ne uim promittentis dumtaxat, an ad utramq; promiſſoris & hæredis referenda ſit, ut quotiens uis fiat, totiens in ſtipulationem cōmittatur, tametſi alioqui probatum ſit ſtipulationem ad intereſſe ſemel cōmiſſam non reuiuiſcere. l. cum quærebatur. Iudica. ſolui. attamen cum & hæredis & promiſſoris factum, quod ſępius renouari poteſt, propoſita ſtipulatio capiat, Scæuola tradit ex promiſſoris ui prima ſtipulationem minime peremptam, idēq; legis lator reſpōdit, quod ab inconuenienti arguendo uerum eſſe demōſtrat, aut ſi ſic uolumus inquit ipſe, factā eſſe ſtipulationē &c. inſeruntur hic uerba, neq; per te neq; per hæredem tuum fieri &c. quæ uerba Scæuolæ nō ſunt ſed gloſatoris cuiuſpiam, & proprium legis intellectum diripiunt, ideo fidelis codex ea nec retulit, ut ad unam uim primam ſtipulatio pertineat, ſi uim fecerit amplius ex hæredis facto cōmitti nō poterit, ſenſus eſt, ſi diceremus tali ſtipulatione primam uim ſolam complecti uimq; promiſſor intulerit, ex ui poſtea hæredis nō poſſet ſtipulatio committi ergo ſi aduerſus promiſſorem fuerit actum propter ipſius uim ſtipulatio tota eſſet conſumpta, quod uerumtamen falſum eſſe iureconſultus animaduertit.

L tit. ſi men. fal. mo. dixerit. in integrum reſtituta, & alio modo quam interpretes fecerint enodata. Cap. 6.

MEndoſa Circumfertur. l. ſi mēſor. tit. ſi menſor falſum modū dixerit. uulgatiores namq; codices eam adhūc modum ſcriptam referunt, ſi non falſum modum renunciauerit mēſor ſed traxerit renuntiationem & ob hoc euenerit, ut uenditor liberetur, qui aſſignaturum ſe modum intra certum diem promiſerit, hæc actio directa uel utilis locum non habet, dabitur ergo de dolo malo actio &c. Promiſerat uenditor infra certum diem, qua dilapſa amplius teneri nolebat, modum uenditi agri aſſignare ſi modo menſorem adhibuiſſet emptor:

Idcirco

Id circo per agrimenſorem contracta mora uenditor pactitia illa cōditione eſt abſolutus, emptori uero in agrimēſorē doli mali actione ſuccurrēdū erit. Huiuſmodi ordine ſuperioris etatis ſcriptores ſancita hæc quã plura legi addendo et ſupplēdo extricauerūt, quibus cum in præſenti, ſi noſtra conſpexiſſent uolumina, decertandum minimè foret, pro liberetur, læderetur eleganter atq; penſiculate ipſi legiſſent, ciuſdemque uerbi ſono literisue commutatis contrarium potius legem iubere negauerit nemo, uenditor itaque infra tempus quoddã aſſignaturum ſe promercalis fundi modum ſpoponderat ementi, exacto tempore præſtituto, neq; promiſſa explcuerit, ſi hoc menſoris perfidia eueniret, idem uenditor læderetur, ut emptoris intereſſe ſaltem præſtaret, ſi pœnali cautione alias cautum non fuiſſet, non immerito aduerſus menſorem tunc iureconſultus de dolo actionē uenditori concedendam putauit, dijudicauerunt commentatores, liberetur eſſe legendum propter legem. qui fundum. de contrahen. emp. quæ noſtræ legi quodam modo (ut hi aiunt) agnata uel ſimilis uidetur, quorum eſt ſententia inops admodum et iciuna ſi huius & illius Reſponſa cenſore iuſto perpendantur.

Inſtaurata duo Marcelli Reſponſa, quæ uulgo Paragraphi dicuntur, lubrico Doctorũ omniũ lapſu haud hactenus intellecta. Cap. 7.

MArcellus Quoq; in tit. de lega. 3. l legatis, duo hæc Reſponſa inter cætera conſcripſit, quæ ut in cōmuni ſunt enarrare operę precium eſſe non arbitrarer, niſi de diuidendis, atq; declarandis illis quæ paragraphi uocantur, à doctoribus per quam erratum animaduerterē, ſi ex officio quis ad artificium tranſierit, quidam recte putant legatũ extingui quia officium artificio mutatur, non idem è contrario cu lecticarius, cocus poſtea factus eſt, Demum alter ſubſequitur Paragraphus, ſi unus ſeruus plura artificia ſciat, & alij coci legati fuerint, alij textores, alij lecticarij &c. gloſſatoribus dubitatio oriebatur in illis uerbis, non idem è contrario cum lecticarius, cocus poſtea factus etc. Siquidem lecticarius artifex cenſetur, & cocus æque artifex æſtimetur. l. ſi quid. §. fi. de ædili. edic. & id uoluit hic Marcellus in ſecundo Paragrapho, non uidentur uerba iſta conuenire antecedenti dicto, debuerat, hij aiũt, exēplũ poni de artifice ſeruo ad officiũ trãslato, nō de artifice uno ad artificē aliũ recta fiet illatio, qua de re autumant tali loco lecticarium artificem, cocum uero officialem eſſe, maxime ſi de uulgari & ignobili coco intelligamus, quorũ interpretatio legis ſenſum probe componeret ſi uerbi ſignificatus hoc pateretur, cocum cuiuſmodi nobilioris aut inferioris præſtantiæ artificio, non officio uti eleganter probatur, d. l. ſiquid. in fi. de. ædili. edic. & iuriſcōſultus hic apertius explicat inter artificia etiam cocum principaliter adnumerans, licet doctores Marcellum tunc minus propric loqui aſſue-

rent, quod profecto probabilem in ſe rationem non continet. Quære haud ſecus quam in noſtro familiari codice hos Paragraphos legendos ac diuidendos exiſtimo, Finis namq; primi, ſecundi principiũ erit, & uerbis illis, non idem è contrario &c. omnino prior paragraphus clauditur, poſt deinde alterius ſubſequitur exordium, cum lecticarius cocus poſtea factus eſt, Sicq; unus ſeruus plura artificia ſciat &c. & omnes Ioannis, Rogerij, Azonis, Accurſij, & aliorum ſuper his contentiones uanæ delentur.

§. Sex mẽſium. l is cui. ut in poſ. legat. unius uoculæ abundantia labefactus diu Accurſium fatigauit, nunc facilis eſt redditus. Cap. viij.

AVguſti Imperatoris Antonini explicat. Vlpianus his uerbis Reſcriptum: ſex autem menſium puto cõtinuũ tempus non poſſeſſionum computandum: non melatet quantum nugarum Accurſius hac in re infarſerit, qui poſſeſſionũ, pro bon. poſſeſſione, aut pro tempore, quo legatarius in poſſeſſione rerũ hæredis fuit, uel alias inique ad modum intellexit. Quamobrem in melius legem reformatam iri nuperrime uoluimus, ſciendum eſt enim cum dubitatur hæreditas ne adita ſit, aut aditam eſſe certum fuerit, ni legatarijs ſatiſdetur ſeruandi legati cauſa in poſſeſſionem hæreditatis mittuntur, certiſq; ex cauſis præterea in hæredis propria bona legatarios mittendos Antoninus Auguſtus ad hanc propè formam reſcripſit, ſi hæres iudicialiter interpellatus ſex menſes legatario ſatisfacere protraxerit, poſſeſſionis miſſionem in proprijs bonis patiatur &c. Sub inferius declarans iuriſconſultus illud ſex menſium tempus, inquit, non ſeſſionum tempus ſed continuum computandum arbitror, ſic in ſemeſtri tempore non dies ſeſſionum, quibus pro tribunali Iudex ſedit, cũ omnes dies quibus etiam non ſedet erunt connumerandi, ſermone conſimili utitur in. l ij. §. dies, quis ord. in bon. poſ. ſer. & nos in exemplaribus noſtris ſic ſcriptum probamus, Accurſij errata nimirum diluentes.

Elucidatio Paragraphi ſingularis in. l. i. §. ab eo. quis & à quo appelletur. Quem doctores uarie interpretati nunquam intellexerunt. Cap. ix.

DIſſerens Vlpianus iureconſultus quis & à quo appelletur, Reſponſum quoddam dictu facillimum, atq; uſu obuiũ proponit, quod nemo planè inſpexit qui ſe illud non intelligere putet, ſed profecto aliud eſt & aliud dicitur, frequenti magis aſſenſu Doctores addicunt iureconſultum cenſuiſſe, appellationem cauſæ per illũ ſubdelegatæ, cui uniuerſitas cauſarum ab ordinato iudice fuerat demandata,

ta, ordinarium, non delegatum ſuſceptum, excipiuntq; ipſi à iuris clariſſimis regulis quibus delegatum cauſam non delegare proditū eſt, ad uniuerſitatem tamen cauſarum ſi delegatus ſit ſolam eum cauſam ſubdelegare poſſe, quod à ratione & ueritate longe auerſum re= ur, ob id etenim nō ſubdelegat delegatus, quia nō ſua ſed aliena utitur iuriſdictione. l. more. cum ſequenti, de iuriſdic, om. iud, quæ ratio non minus unam cauſam quam totas uniuerſaſq; ſubdelegandas ue tat, eaq; ipſa ratio & qui uniuerſitatem, & qui cauſam tantum delega tam habet ei pariter obſtat, Cynus uero & Bar. de appellatione à uicario ad ſupremum iudicem non ad deleganrem facienda Vlpianū decreuiſſe opinantur, Quorum intellectus cum antelato ineptus, ac que nimium diuinatorius eſt, Idcirco ſic poſt illos omnes habe, initio eiuſdem primæ legis quis appelletur conſtitutum eſſe, & primæ rubricæ parti ſatiſfactum, à quo deinde apellandum ſit in. §. explicatur noſtro, ſecundaq; tum Rubricæ pars elucidatur, finge præfectū urbis, uel prætorio cauſas delegaſſe, luxta. l. Solet. ff. de iuriſdi. omni, iud. Vnam ex his poſtea, aut omnes præfectum ipſum terminaſſe, quod facere non prohibetur. l. iudicium de iudici. appellatiōe interpoſita quærebatur, num ad delegatum appellationis cognitio pertineret, ad eā enim cauſam datus erat delegatus, at ſecus decretum eſt tum quod ab eo cui iuriſdictio fuit commiſſa is qui mandauit generaliter prouocatur, quandoquidem maior ſit Iudex, tum quod ſi delegatus appellaretur inconueniens eſſet, nam & ab eo qui iuriſdictionem mandauit appellationem ſuſciperet delegatus, huiuſce etiam Paragraphi figuratio in proconſule atq; proconſulis legato recte fiet cum omnem proconſul cauſæ cognitionem, præter diffinitiuam, legato demandat. l. ſolent. de offi. proconſ. & leg. ut à proconſulis ſententia ad legatum appellandum non ſit, uerba legis in antiquiſſimo codice noſtro his notata punctis comperi, ab eo, cui quis mandauit iuriſdictionem (non ipſe) prouocabitur, nam & generaliter is erit prouocandus ab eo, cui mandata eſt iuriſdictio, qui prouocaretur ab eo, qui mandauit iuriſdictonem &c. Imprimis interpoſita uerba illa (non ipſe &c. ad delegatum referimus, ut non ipſe, ſed ab eo prouocetur, illa poſtea finalia uerba, qui prouocaretur ab eo &c. ſunt extra caſum legis, quibus iureconſultus dictum ſuum ab inconuenienti arguendo uerum eſſe demonſtrat, porrò iniuſtum, indecenſq; foret, quod delegatus appelletur ab eo, qui iuriſdictionem mandauit, nam fieret, à maiore ad minorem appellatio, cum ius, atq; ratio contrarium penitus dictet. l. i. §. ſi quis in appellatione, de appellatio.

Declarata duo & Iuſtiniani Imperatoris, & Vlpiani Iuriſconſulti Reſponſa, quæ à Doctoribus parum æquè intelliguntur, Vlpianiq; uerba corrupta inſuper reſtituta. Cap. x.

L.athletę §.i.de ex cu.tuto.

IRroborauit inſcita, atq; oppido inops expoſitoris ſententia, tutelam autoritate munus reipublicæ eſſe, non tamen prouinciale, uti munera ſunt, quæ publica & autoritate et utilitate in prouincijs aguntur. quid profecto ille, quidq; iureconſultus hac de re æſtimauerit, nec ſat illi compertum fuit, quod tutela cenſeatur autoritate munus reipublicæ, omnibus id falſum eſſe obuium eſt. l. ij. §. ſed etſi filius. ad muni. & lex noſtra hoc denegat manifeſte: inuocarunt præterea Iuſtiniani cōſtitutionē inſtit. de excu. tuto. in princi. quæ lōge minus illorū opinionē affirmat, ut nos paulo inferius oſtēdemus. Nec addico munera in prouincijs autoritate, utilitateq; publica nūcupari prouincialia, tale quidē uerbū, nec prouinciale uidetur &c. in lege ſcriptū interpretib' aberrādi cauſam, à uero pręſtitit, nuſq; apud ius ciuile de prouinciali munere cōſcriptū memini, idcirco uerbū huiuſmodi quo uelint modo uulgatiores libri impreſſum referāt, probabilius noſter uetuſtus codex prouinciale delendū, et patrimoniale inſcribendū putauit. Quare ne ſtudioſis deinceps Vlpiani Reſpōſū incognitū fiat, pręmonitis quibuſdam rem inſtructiorē agemus. Sunt munera quę nos ciuilia appellamus, ideſt publica, tantum enim uox iſta, ciuilia munera &c. quantum illa, publica munera &c. In iure præſtat. l. munerum. §. hæc omnia. de mune. & honor. l. fœminæ. de regu. iur. & publica uocātur, cum ex populo cuilibet plerumq; tribuantur, quod publicorum iudiciorum exemplo adnotamus. Inſti. de pub. iud. in prin. in quibus publicis muneribus multi gradus, atq; munerū ſpecies enumerantur, conſiſtunt pleraq; circa uſum & reipublicæ adminiſtrationem, quando quis in legationem cauſa reipub. mittitur, decurio, aut defenſor, uel ſyndicus ciuitatis eligitur. l. i. l. munerum. §. legati. & ſequenti. de muner. & reipublicæ munus tūc dicitur. d. l. ij ad muncip. quod et nihilominus publicum munus uocari poterit. l. honor. §. munus. de mune. Alia deniq; extāt, quę ſimpliciter ciuiliū, uel publicorum munerum nomina habent, inter quæ tutela ipſa, item cura adſcribitur. Inſtit. de excuſ. tuto. in prin. l. i. §. æque. de muner. Rurſus omnia hæc trifariam diuiduntur, aut perſonalia mere, aut patrimoniorum, aut mixta, tam perſonarum quam patrimoniorum munera ſubimus, quod ex Archadij diſtinctione depręhenditur. d. l. munerum. de muner. ijs obiter diſcretis Vlpiani lex haud quidem ſinuoſa percunctanti erit, tutela non eſt reipublicæ munus, ipſe inquit, nec quo ad impenſam pertinet, quid Vlpianus per hæc uerba cenſuerit, ſic interpretor, primum oſtendit tutelam non eſſe reip ublicę munus ſcilicet perſonale, quod uerū eſt & proxime ſecutus ſum. d. l. ij. ad municip. neq; reipub. munus eſt quo ad impenſam pertinet, ideſt patrimoniale. Itaq; nō erit reipub. munus perſonale, neq; patrimoniale tutelam gerere, ſed ciuile ſolum, non etiam patrimoniale id munus uidetur etc. Verborum iſtiuſmodi hic ſenſus percipitur, tutela nullo caſu reipub. munus eſt, ſiue de patrimoniali, ſiue de perſonali

reipublicæ munere quæratur, eſt tamen ciuile, ſeu publicum munus, quamuis nõ patrimoniale, ſupereſt igitur ut dicamus ciuile, ideſt publicum, & perſonale tantum tutelam iudicari à partium dinumeratione argumento ſumpto, quod eſt apud nos firmum, eamq́ Argumenti rationem hoc in loco iureconſultum obſeruaſſe atteſtor. Certum porro ex noſtris reſtitutionibus fiet Imperatorem. Inſtitu. de excuſ. tut. in prin. non munus reipub. tutelam crediđiſſe, cum munus publicum eam dumtaxat æſtimauerit. Minus atq́ Accurſij probatur opinio, qui munus reipub. & munus publicum pro eodem à iureconſulto & imperatore inibi poſitum ratus eſt.

Qui colluſione facta nomen alterius corraſit ſuum inſcribens, uiaticum recte petere Doctores noſtri aſſentiunt quod uerum non eſſe proba lectione inſpecta animaduerti. Cap. 11.

NVper adeo legi, in libro digeſtorum quinquageſimo Herennij Modeſtini reſponſum, quod cuiuſmodi ſit gloſſatoribus, Bartolo, atq́ cęteris nõ liquere cõpertũ eſt, Lucium illũ, qui & colluſionis particeps cũ nuntio fuerat, poſſe uiaticum à nũtio ipſo petere concedunt, tametſi deinde Lucius in factum actione obnoxius Titio ſit, hos ego ſcribentiũ apologos cum ſingulares nimis, nudoſq́ diſpicerem, tum quia multa cõtra iuris regulas cõtinerent, diu inſontes iudicare nequiui, ſiquidem nuntius cum Lucio æque deliquit, poſſidẽtis nuntij meliorem cauſam quis denegabit? l. 2. ne quis. eum. qui in. iuſ. uoc. uiexim. l. cum par delictum. de regu. iur. idẽ igitur Lucius uiaticũ à nũtio nõ poterit conſequi: in id præterea incideremus, quod legumlatores omnes peroſi ſunt, ex proprio quempiã delicto emolumentum, actionemue quærere poſſe. Huiuſce tamen præſagus Bartolus, actionem non ex colluſione, ſed ex decreti oblatione Imperatori facta ortam putauit, quoniam decreti oblatio fraude caruit, quod profecto merum ægrotantis ſomnium eſt, ipſe enim decretum offerens, cum de hoc alius rogaretur, magiſtratibus fraudem fecit. l. fraus. de legibus. Quamobrem aberratio iſtorum à legis impreſſione corrupta originem ſumpſit: obſeruare magis in ueris tabulis legendam offendi, cuius uerba ſunt hæc: Titio cum eſſet Romæ ſtudiorum gratia, epiſtola miſſa eſt à magiſtratibus patriæ ſuæ ut porrigeret Imperatori decretum eiuſdem ciuitatis, quod erat cum ipſa epiſtola miſſum, Is autem qui ſuſcepiſſet literas reſtituendas, colluſione facta, dedit Lucio qui & ipſe Romæ morabatur ſuæ rei gratia, ſublato Titij nomine, cui erat decretum miſſum, ut per ipſum daretur, ſuum nomen inſcripſit, & ſic Imperatori decretum ſecundum mandata reipublicæ dedit, quæro quis uiaticum ab ea petere potuiſſet, & quid commiſiſſe uidetur is, qui non reſtituit literas ei, cui

L. Titio. ad Munic.

reſtituere mandatum ſuſceperat, & is, qui ſublato alieno nomine inſcriptoq; ſuo quaſi ipſe iuſſus à patria Imperatori decretū porrexit? Herennius Modeſtinus reſpondit, Titium quidem uiaticum petere non poſſe neq; eum, qui nomen indidiſſet &c. Neuter itaq; eorum tum ob colluſionem adhibitam, tum quia alter mandatum uti impoſitum fuerat, nō ipſe expleuerat, rempublicam pro uiatico conueniet &c. Herēnium de pluribus interrogatum, licet ſolam dubitationem abſoluiſſe ſcriptum ſit, id tamen compilatorum facto accidiſſe conſtat, qui de re alioquin deciſa legem ſæpius non tulerunt.

Nouo intellectu declarata.l.itaq; fullo.§.ſed & ſi res.tit.de furtis. Verbaq; in ea peruerſa nunc iuſtè repoſita. Cap.12.

IN titulo De furtis haud ſecus uerba huiuſmodi haberi ſolēt: ſed & ſi res pignori data ſit, creditori quoq; damus furti actionem quamuis in bonis eius res non ſit, quinimò non ſolum aduerſus extraneum ei dabimus, uerum etiam contra ipſum quoq; dominum furti actionem dabimus, & ita Iulianus ſcribit, nec non & ipſi domino dari placet, & ſic fit, ut non teneatur furti & agat &c. hæc uerba à nobis aliter uerſa ſunt: & ſic fit ut idem teneatur furti & agat &c. ut ſit ſenſus, cum dominus rem datam pignori furtim abſtulit, ipſi deniq; domino extraneus ſit eam furatus, creditor aduerſus dominum & dominus contra extraneum furti agat. Lectioni noſtræ non eſt abſimilis.l.qui uas.§.ſi ego.eo.tit.quibus iuribus nōnunquam furti actionem competere declaratur, atq; ijs.l.eum qui in §.is autem in.§. Iulianus.&.d.l itaq; fullo.in principio.eo.tit.perpendi debent, huiuſce legis ad hunc reſtitutæ modum ratio diſtinctionem Bartoli in præalleg.§.ſi ego.l.qui uas. non ſanè abhorret, pridem tamen ante nos à uero late diſſentiebat, nulla porrò dubitationis cauſa in lege reperiebatur, quis dubitarit dominum furti non teneri, quando non ipſe, ſed extraneus furtum duntaxat commiſit? quis hæc ſani iudicij fateri non erubeſcet?

Innumerabiles leges contra omnium ſententiam ex integro ad lucem reſtitutæ, quæ de ſpadone item caſtrato loquantur. Cap.13.

L.ſed eſt quæſitum: l.ſi quis poſthumos de.lib.& poſthu.

SVnt Et Pauli, & Vlpiani ſub tit.de liberis, & poſthumis, ad hanc ſententiam leges conſtitutæ, Spado hæredem poſthumū rectè inſtituit, caſtratus nō ſic, quia natura magis in homine generandi & cōſuetudo ſpectatur quā aliud impedimentū, quo à generandi facultate quiſq; remoueatur: hæ leges ab omnibus, qui apud ius ciuile ab hinc ſupra ſcriptis quid ediderunt, talem dirimere quęſtionē tenaciter

pūtantur,

putantur, Spado quidam effectus, cui accidentaliter cultro abſciſſa erant genitalia, conſulebat num poſthumum hæredem ſcribere poſſet, & id reſpondetur licere, ſcilicet quando poſthumus ante euulſionem teſtium parentis in uxoris uentre eſt cõceptus Doctores intelligendum aſſerunt, uel de Spadone qui unicum habet teſticulũ cuius ope gignere ualuit credẽdum autumant, aut nouiſſime de poſthumo adoptiuo, nõ ita de legitimo & naturali legumlatores ſenſiſſe opinãtur: Caſtratum quaſi caſtè natum eſſe aiũt, qui & natalibus ſuis ſterilis fuerit, quæ omnia eruditioribus ſomnia atq; falſa ſuggerentibus nobis apparebunt, inferuntq; impedimentum quod in hoc natura præſtat accidentali multo fortius eſſe, innumerabiles penè leges de caſtratis, ſpadonibuſue loquentes eandem ab ipſis patiuntur explanationem: Decepti ſunt primi gloſſatores poſt deinde omnes in ratione legis, uidelicet quod natura magis generandi in homine &c. Crediderunt ipſi legem de natura & conſuetudine ſpadonis tantum, qui priuſquam ſpado eſſet generabat, non omnium hominum uniuerſaliter loqui ut hic Paul. Caſtrenſis. cum cæteris apertiſſimè narrat, licet aliſs & minimis quidem rationibus id poſtea iuuare conentur, quiſnam ad has profecto leges ſenſus erit? quod de poſthumo adoptiuo non de naturali leges iſtę ſtatuerint, cum in eiſdem quæratur ſolum utrum ſpado, qui non gignit, poſthumum, quem non naſciturum certum eſt hæredem rectè inſtituat, & inſtituere poſſe receptũ uidemus, quia in ſpadone non coitus impoſſibilitas, ſed hominis dumtaxat natura & gignendi conſuetudo ſpectatur, ſicq; difficultas circa impotentiam coitus, non ſuper adoptione uerſabatur, ſuperioribus aliſs in confutandis atq; diluendis opinionibus nec immorabor, ſibi ipſis non tam diuinatiuæ quam falſæ uiſæ ſunt uti laſou hic atteſtatur: Adducamus ideo aliqua, quibus omnes in noſtrã poſt nos decurrant ſententiam, Primum reor caſtratum in iure dici non qui caſtè naſcitur (ſicuti inquiunt illi) ſed cui ferro ſeu inſtrumento alio genitalia ſunt conciſa. l. 3. §. qui hominem, & per multas inibi leges de ſicariſs. l. ſi ſeruus ſeruum. § : & ſi puerum. ad. l. aquiliam. l. 1. & 2. C. de Eunuchis. Verum aſſentior ſpadonem quãdoq; pro caſtrato nominari. l. 4. §. primo. de ſica: ſpadonis etenim ſignificatio generalis eos omnes, qui in coitu pro parte, aut penitus deficiũt ſiue naſcantur, ſiue poſt fiant, comprehendit. l. ſpadonum. de uerb. ſigni. nimirum ſpado ſi caſtratum nõnunq; denotet, Enimuero ſecus in caſtrato, cuius nomen ei, qui generationis impotens naſcitur, minime congruit, quam ob cauſam in lege cum ſpado, & caſtratus memorentur, atq; diuerſo cenſeantur iure, ſpadonis ſignificationi tanquam generi per caſtrati nomen, uti per ſpeciem, eſt detractum, itaque ſi caſtratus, cui inſtrumento aliquo ſunt dempti teſtes, apud iuris prudentes intelligitur, manifeſte conſtat ſpadonem tali in loco non eſſe, cui enſe genitalia erepta fuere, ſed ſolum qui à natiuitate neque agere, neque generare poteſt & coitus omnino eſt expers,

legibus

legibus ĳſdem hoc ipſum nominatim deciditur, ſi quis non impro-
prie earum ſenſum introſpexerit: Præter hæc Iuſtinianus in.l.in cau-
ſis.C.de repud.nonnè iſtorum ſcirpos abſoluit? qui caſtè (ut illi ai-
unt) natum, ideſt à principio genitali ad generandum impotentem
uxorem ducere poſſe ſanxit, nec ipſo iure tale matrimonium nullum
cenſetur cum legitima repudĳ miſſio ſit neceſſaria, alias ſecus fieret.l.
ſi ſerua.§.ſpadoni.de iur.doti.§. ſi aduerſus. inſti, de nup. explicat id
etiam.l.filium.in fi.de his.qui.ſunt.ſui.uel alie iur.c. penul.uerſic.Itē
manet &c.32.q.7.c.laudabilem.de frigi. & malefi.cur nēpe iura per-
mittunt ĳs, qui ſteriles naſcuntur, uxores habere iuribus ſupra alleg.
caſtratis uero hoc denegant expreſſe dicto.§.ſpado. niſi caſtrati pro
caſte natis acciperentur? Non omitto haud nuſquam repertum, na-
turale id in homine appellari, quod in natiuitate, ſiue ortu homini cō
tingit.l.quæritur.§.de ſterili. de ædil.edic. In quo doctorum cœtus
nō mediocriter hallucinatur, idq; ipſis negocium tale fecit, exponen-
dum namq; fuit naturale, ideſt natiuum, ut quo in natiuitate uitio
quiſquis afficitur, hæc ualetudo natiua iudicetur. Gloſa eſt peregri-
na in.l.qui cum uno.in prin.de re.mili.& in.l.diſcretis.C.qui teſta.fa
ce.poſ.Idem.A.Gellius libro noctium atticarū.4.cap.2. retulit, mu-
lier inquit natiua ſterilitate adfecta ſecūdum Trebacĳ ſententiam nō
redhibetur: Valetudinem huiuſmodi genitalem Modeſtinus uirium
corporale uocat.l.Arrogato.§.ſpado.de adop.Et nos uehemēter pro
bamus, quorſum hic certe ſermo tendit? natura quis ſterilis eſt, cū &
Ariſtoteles libro de anima.2. Vnum quodq; in ſpecie tibi ſimile ge-
nerare naturaliſſimum eſſe perhibeat: Hæc profecto inuicem repu-
gnant, quod homo natura ſterilis æſtimetur ſi per naturam uiris gi-
gnere cōceditur.§.prædictis.in auth.ut liceat.matri. & auiæ. cum ſi-
milibus. Quare has.ll. in integrum traducendas hoc modo arbitror,
ſpado, qui ob ſui frigiditatem natiuam, uel aliam ſimilem ſterilitatē
gignere non poteſt, rectè tamen poſthumum ſcribit hæredem, quia
naturam & conſuetudinem generandi in homine ſpectamus, homi-
nes ſcilicet conſueuerunt & iure quidem naturali gignere filios.l.1.§.
Ius autem naturale.de iuſti.& iure. quod ius naturale potentius eſt,
neq; propter ſterilitatem, uel frigiditatem natiuam, & ſic uitium cor-
poris immutari debet quominus talis ea ſecundum ius ciuile faciat,
quæ ad generandum potens facere permittitur, alioqui diceremus
naturale ius mutabile, quod Imperator abnegat.§.ſed naturalia. in-
ſtitu. de iu. natu. ſufficit planè in genere hominum id eſſe poſſibile
quamuis hoc in uno deſit Areti. in.§.minorē in primo notabili.in-
ſti.de adopt. Bart.in.l.quædam.de reb.dub.docto.in.l.ſi is qui pro
emptore.de uſucapi.Et quæ homini fato accidunt nocere non debēt.
l.quæret aliquis.in fi.de uerbo.ſign.Idem in ſene, qui uetuſtate adfe-
ctus carnalis copulæ uim declinauit, & idem in ægro quem repulit à
coitu ualetudo probamus, ita quidem leges noſtræ declarant, caſtra-
tum uero, ideſt cui enſe nulla prominente ualetudine, ſed ſtudio ſunt

genitalia

genitalia uulſa ratione alia uetitum reor, in eo namque eſt uerſa natura impotentiaq; eius certa, ac indubitata, & poteſt aliquando in caſtratione eius culpa uerſari. l. 4. in fi. de ſica. l. ſi merces. §. culpæ. locati. Hac noſtra ſententia. l. cũ in ſecundo. in prin. de in iuſt. rup. teſta. declaratur, ut procedat etiam ſi conditio inſtitutioni appoſita iure naturali inſpecto exiſtere potuit, tametſi per impotentiam coitus euanuit. Imaginaria igitur antiquorum neotericorumue commentaria ad leges innumeras de Caſtrato & ſpadone ſimul tractantes ex albo tollantur, & ita diſputationis cauſa diſſerebat Zoannettus.

§. Si in locando. l. ſi ſtipuler. de uerbo. oblig. in ſtipulationum
tractatu perſæpe quæſitus. ob uoculam in eo carentem,
minus rectè intelligebatur, à nobis modo, ut
æquum eſt, repoſitus. Cap. xiiij.

IN Profeſſorum ciuilis ſapientiæ commentarijs, ac maxime de ſtipulationum materia ubi referte diſſeritur, iureconſulti Pauli ſententia ab ipſis ſæpenumero petita uarios ſenſus peperiſſe uidetur, cuius uerba in eum quo uulgo lectitantur modum ſubieci, Si in locando, conducendo, uendendo, emendo, ad interrogationem quis non reſponderit, ſi tamen conſentiatur, in id, quod reſponſum eſt, ualet, quod actum eſt, quia hi contractus non tam uerbis ꝗ̃ conſenſu confirmantur &c. Accurſius & ferme omnes cõmuniter hoc intelligũt, quando ex interuallo promiſſor non ad omnia interrogata, ſed ad partem uerbis nominatim reſpondit, ſi ab interrogante in id conſentiatur contractus ualet, uerum hæc alacrius probarem, ni rationem Pauli in ſententiam diuerſam procliuiorem cernerem, quia hi cõtractus, inquit ipſe, non tam uerbis quam conſenſu firmantur &c. Reſponſionem igitur ſine uerbis fuiſſe factam oſtenditur, præter hæc imaginarius diuinatiuuſq; eſt ille intellectus, qui non ſtatim, ſed contracta mora conſenſum, atq; poſtea reſponſum fuiſſe exigit, cum in textu uerbum de hoc nullum memoretur, Quidam in Rubrica de uerborum obligationibus ad alium ſenſum legem hanc trahere argumentis exilibus contendunt, Nos autem nouiſſime negatiuã Lectioni uulgatæ deficientem reſtituimus, ibi, in id quod reſponſum eſt &c. negatiue reſponſum non eſt perlegi oportuit, uerbaq; illa, ſi tamen cõſentiatur &c. Non ad ſtipulatorem, uti ante nos alij dixere quinimò ad promiſſorem ſunt dirigenda, & omnis eo in loco ſcribentium diſſonus intellectus obſoleſcit.

Verus intellectus ad. §. Vbi Decretum. de offi. proconſul.
præter communem aliorum ſententiam, & Alciati
præceptoris opinione probata. Cap. xv.

QVod uulgo dicitur, quæ cognitionem cauſæ deſiderant, per libellum, id eſt iudicem delegatũ expediri nõ poſſunt, idq; probari ex ſola Vlpiani ſententia in. l. nequicquã. §. Vbi Decretũ. de offi. procõſul. noſtrates omnes confiſi ſunt, mihi ſemper non ſolum à iuſto deflectere, ſed penitus legi aduerſari uidetur, quis nempè iuris interpres dubitarit talem ſenſum cum his uerbis nihil quicquam commune habere, Vbi decretum neceſſarium eſt per libellum, id expedire proconſul non poterit, omnia enim quæcunq; cauſæ cognitionem deſiderant per libellum expediri non poſſunt &c. Diſcrepat certe à uerbis & ratione legis, alioqui per libellos ſolum cauſas delegabiles poſſe demandari, Item quæ cognitionem cauſæ deſiderant delegari haud quaquam poſſe contra ſacroſanctam Imperatoris conſtitutionem probaremus. l. fi, C. ubi, & apud, quem. l. in cauſæ, §. nũc uideamus. de minor. ſi ea, quæ cauſæ cognitionem deſiderant (uti aiunt) delegari nõ poterunt, quæ igitur mandari poſſe dicemus? neque ea, quę de plano & ſine inquiſitione fiunt, delegationem admodum optare uidentur, §. fi. inſtitu,. de tutel. Quare Proconſul Legatum, quare præſes & cæteri deniq; ſimiles ſecum minores traherent iudices? ni cauſas huiuſmodi illis quãdoq; crederent, Non planè diffiteor quin & aliqua ſint, quæ prorſus mandari prohibentur. l. i. ij. de offi. eius, de ijs alias ne prępoſtere agamus. Verba legis illam habent ſignificationem, quotiens Proconſul cauſa cognita quid probare debet, & negotio ſuam indere autoritatem, quod per Decretum fit, ſubſcriptione ad libellos ſupplices appoſita expedire non poteſt, Nonnulla exempli gratia referemus, Cenſuit Paulus ſi pupilli negotia diffuſa ſint, aut ualetudo, dignitasue tutoris ſeu quæq; ſimilis ratio in cauſa ſit, ut tutor bona adminiſtrare non queat infante pupillo, uel abſente, actorem prætoris Decreto eſſe cõſtituendum. l. Decreto, de admi. tutorum. Itaq; prætor, qui decretum interponit, omnia hæc prius num uera ſint conquiret, cæterum ſuper hoc dato libello ſine inquiſitione ſimpliciter non ſubſcripſit, de ijs ad libellos ſubſcriptionibus, quæ cauſa incognita fiunt Alexander Auguſtus Iulio Marillo Reſcripſit l. ſi quis obrepſerit. de falſis, id optimè Cæſar docuit. in. l. Lex quæ tutores. C. de admi tut. Aliud quæſtionis noſtræ argumẽtum erit in rebus minorum diſtrahendis, quarum uenditionem iudex per ſubſcriptionem oblati libelli minime permittit, niſi ea primũ doceantur, quibus alienandi neceſſitas inferatur. Tunc cauſa cognita ſolemniterq; Decreto interpoſitores uenire poterunt. l. minorum. C. de prædi. & ali. reb. mino. quod & Præceptori meo ingenij præcellentis, atq; ſcientiæ Alciato placuiſſe iam diu capite tertio lib. paradoxorum. ij. idem teſtatus eſt. æque arbitror quando uigeſimo anno minor ſeruum ſuum manumittit, qui legitimas manumittendi cauſas iudici antea manifeſtabit, quas ueras ſi iudex comperiet Decreto ea in re adhibito manumiſſio celebratur. l. i. C. de uind. liber. Præ

dicta

dicta per libellum ſummatim expediri non poſſe cõſtat. Quamobrem huiuſce legis ſenſus proprius, uerba non obſcura dimiſſis anteceſſorum noſtrorum gryphis reſtituta ſunt.

Quod Accurſius in. §. prædiũ. l. prior. de adm. rerum ciuitat. ob prauam legis impreſſionẽ errauerit eundem nos locum reſtituimus. Cap. xvi.

IN Titulo de adminiſtratione rerum ciuitatis, Reſponſum quoddam impreſſione neglectum, ab Accurſio minus probabilirer interpretatum offendi, prima, inquit, prædij locatio, quo tẽpore ſecundus curator adminiſtrationẽ ſuſcepit, finita per ſecundi latentem cõſenſum ſubſecuta eſt. Itaq; ſucceſſor ipſe ſecundus, mercedes ſi ex fructibus haberi non poterunr, colonuſq; ſuo tempore reliqua traxiſſet, reipub. tenetur prædicta ſecundũ uulgarẽ lectionem edixit, ſed in his nulla me Hercle dubitatio fuiſſet, cur ſecundus curator nõ teneatur, in ipſius namq; locatione contentionẽ exortã dicendum foret, enimuero hæc aliter quã noſtri codices afferãt per legẽda haud equidẽ putarẽ, Prędium publicũ in quinq; annos, Idonea caurione non exacta, curator reipub. locauit certis annis colonus ſi reliqua traxerit, & de fructibus prædij mercedes ſeruari nõ potuerunt à ſucceſſore, qui locauit, tenebitᷣ etc. Diuerſa eſt ergo à Cõmentarijs Accurſij ſentẽtia noſtra, qui primũ dũtaxar curatorẽ teneri ſi fructus pro mercede idonei nõ ſint, atq; intra primã locationẽ reliqua colonũ traxiſſe credimus.

Voculã male in. l. cognirionũ de extraor. cogni. translatã rectum ſenſum peruertere. Cap. xvij.

DE extraordinarijs cognitionibus apud Caliſtratũ ſic legitur, conſumitur æſtimatio quotiens magna capitis diminutio interuenit, ideſt cum libertas amittitur, ueluti cũ aqua & igni interdicitur, quæ in perſona deportatorũ euenit &c. quã lex iſta ab alijs diſſideat, uel potius cõtraria ſit Accurſiũ non latuir, qui certus deportatione libertatẽ non perimi legẽ oppido miratus eſt, quæ uulgo cõtrariũ prorſus cauere uiſa eſt. Noſtra aũt antiqua lectione hoc aliter reponimus, cõſumitur uero quotiens magna capitis diminutio interuenit. Idẽ cũ libertas amittitur, ueluti cũ aqua & igni interdicitur, quę in perſona deportarorũ euenit, uel cũ plebeius in opus metalli, uel in metallũ datur &c. ſicq; idẽ, nõ uero ideſt legendũ probamus, primũ igitur media capitis diminutione ęſtimationẽ cõſumi Caliſtratus cẽſuit, et idẽ cũ libertas amittitᷣ, hoc & maxima capitis diminutione cõtingere ſtatuir, utriuſq; diminutiõis capitis exẽpla his uerbis ſubijciẽs ueluti etc.

Accurſium. Bar. Bal. in. l. mandatũ. diſtrahendorũ tit. mãd. ob unius uoculæ peruerſionẽ Hallucinatos. Quapropter à nobis id illuſtratum. Cap. xviij.

PApinianum decimo Reſponſorum libro tradidiſſe fertur, illum, qui ſeruos à procuratore præſumpto emerit, actione Publiciana ante uſucapionem finitam contra dominum non uſurum, ob iuſti dominij exceptionem re cognita domino eidem tribuendam, in qua ſententia Accurſium. Bar. atq; Bal. inſuper offendi, quamuis Papiniano hoc ibidem nequaquam collibuiſſe reor: agebatur (ni fallor) apud Papinianum quæſtio, Venaliciarius ſiue Mango quidam ab urbe procul mandauerat Titio, ut ſeruos ſuos promercales in urbe diſtraheret, Titius ſuſcepto mandato diem functus eſt, hæredes tamen ipſius errore lapſi, & fide bona negotium huiuſmodi expleuerunt, emptoresq; ſeruorum tit. empti. uſuceperunt eos, ex prouincia Venaliciario in urbem reuerſo ſeruorum ne petitio cōpetat propter uſucapionem impletam hæſitabatur, Sed Venaliciarium actione publiciana non inutiliter acturum diffiniuit Pomponius. Neq; emptores de dominio quæſito excipere poterunt, quoniam iudex cauſa cognita illam concedit, uerum iſto caſu denegabit, cum neq; oportet eum, qui certi hominis fidem elegit, hæredum imperitia affici damno, quaſi minus idoneè rem pertractarunt hæredes, & hoc ſanctioni Iuſtinianæ Reſponſum concors fiet. §. Rurſus. Inſtit. de actio. Verūtamen Accurſij ineptias referre libet, ſic magis reſtitutio noſtra lepidior apparebit: Primum Accurſius credidit Venaliciarium eſſe, qui ſeruos emerit, cuius oppoſitum nos ipſi probamus quod Venaliciarius ſit qui ſeruos uendidit, aut Venaliciariam artem per ſe, uel procuratorem exercet. l. præcipiunt. l. iuſtiſſime de ędil. edict. De quo nomine Plinius libro. xxi. plura adduxit: Præterea ſeruorum emptores uſucapionem non impleuiſſe, quæ opinio nimis certe infamis eſt, cōtrarium nominatim lex ipſa dictat, Id Reſponſum minus doctè legunt in illis uerbis, publiciana actione non utiliter acturum &c. Cū non inutiliter omnino legendum ſit, quæ lectionis incuria, tale illis negotium fecit, Alia & quidem multa falſa addiderunt, quę neq; uerbis, neq; interpretationi legis congruere hominū cuilibet non ignobilis literaturæ liquere poterit.

In. l. in ſuis. de lib. & poſthu. uerbum quoddam emendari, diuidiq; debere. Cap. xix.

QVod dici eſt ſolitum, uiuente patre filium quodammodo cenſeri dominum, bonorumq; omnium dominij continuationem in perſona filij, qui ſub poteſtate patria ſit, quemadmodum in patris perſona omnino uideri. idcirco hęreditatem olim patris non aliam, (cū filius adminiſtrat,) quam ſi pater uiueret iudicamus, cæterum Pauli lex uel incurioſè nimis in uulgatis codicibus impreſſa editur. Quid enim uerba illa, continuationem dominij eorum perducere &c.

ſignifi-

ſignificare poterunt ? in quibus ipſis declarandis fruſtra elaborauit Accurſius, ob id necꝫ ſenſu iuſto lex illa intelligitur, atqui nulla potius legis ſententia in uerbis huiuſmodi uidetur. Quapropter & nos antiquiſſimo ex Codice noſtro uerba aliter reponimus, continuationem dominij eò rem perducere &c. Non igitur eorum &c. ſed eò rem, ideſt ad id rem, de qua iureconſultus ſermocinatur, perducte profitemur.

Legem. inuitum. de ſer. urb. prædio. Accurſium non intellexiſſe: nunc rectè percipi ſi quis hæc quocꝫ ſcripta legat. Cap. xx.

PRæterea quod uerbum, inuitum, in lege hac male Accurſius intellexit, non ſatis integrum ſenſum habere lex uiſa eſt, in lege aliqua, uel ciuili, aut edicto forſitan, ipſe inquit, ne inuitus quiſpiam ſeruitutẽ conſtituat cauebatur, Quamobrem quo ſenſu inuitum ea in lege, ſeu edicto Vlpianus iureconſultus hic docuit, ſed quid profecto illud ſit, ut ciuili iure fuerit introductum, ne inuitus quis ſeruitutem conſtituat, exploratum minime habemus, non ignoramus tamen iure gentium obligationes ortas eſſe, quas inuitus ſubit nemo. l. ex hoc iure. de iuſt. & iu. l. ſicut. C. de acti. & obliga. Vanum igitur & futile arbitramur, aut legem ciuilem, aut prætoris edictum de eo quod antea iuſgentium apertiſſimè adinuenit, rurſus & ſine dubitatione aliqua ſtatuiſſe, Probabilius itacꝫ opinati ſumus ab Vlpiano Pauli ſententiam declarari, Nam cum ſeruitus, ne luminibus ædificij nocitum ſit, imponitur, obligatio iſta eò pertinet, ne uicino de hinc inuitis nobis altius ædificare poteſtas fiat, ſiccꝫ lumina diminuere. l. luminum. eo. tit. de ſer. urb. prędꝫ & inuitum hoc in loco interpretamur non cõtradictorem dumtaxat, ſed etiam qui non conſentit, uti Vlpianus ſequenti poſteà in lege tradit.

Reſtitutus locus elucidatumcꝫ Vlpiani Reſponſum in. l. illicitas. §. ne tenuis. de offi. præſi. Cap. xxi.

ERror in. l. Illicitas. de officio præſid. ſcriptorum incuria tamdiu irrepſit, ut ſuper eo Accurſij, & cæterorum expoſitiones falſi nota ſcaturiant, Ne tenuis uitæ homines, Vlpianus inquit, ſub prætextu aduentus officiorum, uel militum lumine unico, uel breui ſupellectili ad aliorum uſus translatis, Iniurijs uexentur præſes prouinciæ prouidebit, credunt ipſi iure conſultum de lumine, ideſt candelabro ſenſiſſe, aut Metaphoricè locutum uolentem, de minima quacꝫ re cauere, quæ pauperi eam ſolum habenti, cordi eſt quorum placitis, Si legis uerba conuenirent, illud Iuuenalis non ineleganter adſcriberetur,

Me quem Luna ſolet deducere, uel breue lumen
Candelæ, cuius diſpenſo & tempero filum.

Ex fideliore tamen exemplari noſtro non lumine, ſed limine unico cõſcriptum depræhendi, & uerbum decens Vlpiani reſponſo erit de domuncula hominis egeni non quidem lucerna loquentis Idq; tum nobis & manifeſtius fit, quando Vlpianus breuis ſupellectilis eodẽ reſponſo meminit, cuius appellatio Lucernas, cãdelabra. Idq; genus ſimilia rectiſſime complexa eſt. l. ſupellectili. de ſupelle. leg. tum quia recipiendi militis in domo frequens uſus eſt, & patrimonĳ munus nuncupatur. l. iĳ. §. eos milites. de mun. & honor. l. i. ĳ. C. de metatis. & epidime. lib. xĳ. Quare de candelabro ceu lumine iureconſultum ſenſiſſe diffiteor. Et alĳs quibuſdam hoc idem probabilius uiſum eſt elucidatũ igitur Vlpiani Reſpõſum, qui de humili domũcula inopis ſentiens minimã, & anteriorem cuiuſuis domus partem poſuerit.

Cur præſides deportare non poſſunt ratio noua, & declarata Vlpiani uerba ad. §. qui uniuerſas. de offi. præſid. Antiquorum fabulis confutatis. Cap. xxĳ.

IAdemq; lege non multo poſt Præſidibus prouinciarum gladĳ poteſtatem in metallum damnandi, ac cæterorum quæ mero ſubĳciuntur Imperio ius permiſſum eſſe in hæc uerba Vlpianus admonuit. Qui uniuerſas prouincias regunt ius gladĳ habent, & in metallum damnandi poteſtas permiſſa eſt &c. Accurſĳ & noſtratium ſententiæ non mediocriter his uerbis dubię fiunt: ius deportandi cur & præſidi nõ competat. l. i. §. deportatos de leg. iĳ. ſi uitæ ademptionem ſeruitutis pœnam delinquentibus iniungat, quod utiq; Imperĳ maioris eſſe non dubitatur. §. maxima. §. minor. Inſti. de cap. dimi. in id porrò communiter uentum eſt præſides in inſulam deportare non poſſe quia inſulas in prouincĳs, quibus præſunt non habent, ſoli principi maioribusq; iudicibus ſunt reſeruatæ, quod ſecus arbitrati ſunt quando inſulas prouincĳs, quas regunt, addictas haberent Bar. late. in. l. Relegatorum. de inter. et releg. Quorum rationem cũ ipſe olim Tyro non probaſſem quia præſidibus nonnunquã inſulæ cum prouincĳs ſunt demandatæ. d. l. Relegatorum. & tamen in inſulam deportare omnino uetantur. l. ĳ. §. conſtat. de pœnis, tum in pręſenti nihilo magis affirmo, quoniam urbis præfecto Seueri Imperatoris Reſcripto ius poteſtaſq; in inſulam deportandi data eſt, inſulamq; ſub ſe eundem non habere ſcio. l. i. §. Relegandi. de offi. pręfec. urb. proinde nõ percũctabimur habeãt ne in prouincĳs inſulas præſides, ipſi enim in metallum damnant, tametſi eorum prouinciæ metalla nõ habeãt. l. aut damnũ. §. metalla. de pœnis: Quapropter hoc à nobis in melius reſtitutũ iri duxerimus, pœnę criminũ eiuſdẽ etiã generis nõ perſonis omnibꝰ eędẽ infliguntur, at ſecũdũ cuiuſq; peccãtia prærogati-

prærogatiuam, aut dignitatem imponuntur. l. Pedius. de incẽd. rui. naufra. l. capitalium. §. & ut generaliter. de pœnis. ſolentque Decuriones, qui in ciuitate magiſtratum gerunt, uel optimates, de ciuitate ob capitalia crimina, in inſulam deportari. l. inter pœnas. in fi. de interd. & releg. l. ſi quis filio. §. eius qui. de iniuſto. rup. teſta. l. ſacrilegij. §. cæterum. ad. l. Iuli. pecul. quãuis alij inferioris cõditionis homines capitalium criminum obnoxij, modo pœna capitis, modo in metallum damnatione, aliquando fuſtium ictibus coerceantur. l. 3. §. fi. de ſicar. l. capitalium. §. non omnes. §. igni. §. incendiarij. l. aut damnum. de pœnis. Ideo præſes deportationis pœnam, nõ imponit, quæ decurionibus, alijsue in urbe primatibus pro capitali crimine conſueuit adiungi, ne aduerſus homines graues, aut magiſtratus pœnam huiuſmodi grauem irrogãdo animaduertat, quod principi, maioribusq́; iudicibus non etiam præſidi reſeruatum Modeſtini reſponſo, & principum mandatis affatim cauetur. l. pen. de ſicar. l. diui. de pœnis. Deniq; minus conſentio uerba illa, uniuerſas prouincias &c. eos omnes qui prouincias regunt deſignare, uti Accurſio placuit, qui potius integras ſeu ſolidas prouincias interpretari debuerat, alias etenim Imperator uolẽs integram prouinciam ſignificare ſolidam eam appellauit. l. generali. C. de tab. lib. 10.

Accurſij error ad duo Reſpõſa depræhenſus, ac uti debuit emendatus, quod in iure ciuili quantum præſtet non cognitu difficile eſt. Cap. 23.

LIbro ad Sabinum trigeſimoquinto Vlpianus Reſpõdit, Maritus ſi arbores curauerit, uires propagauerit, uel ſeminaria pro utilitate predij dotalis fecerit, neceſſarias impenſas feciſſe uidebitur, quæ inde uerba ad. l. 3. de impẽ. in reb. dota. fac. compilata mox per Accurſium ſic expoſita ſunt, ut eruditioribus quantum, à uero diſſenſerit breui cõpertum fiat: ſeminaria inquit horrea dicuntur, in quibus frumentum lectum ad ſeminanda arua reconditur, alibi identidem fructus ſeminarios eſſe intellexit frumenta conſerendi agri cauſa parata. l. item ſi fundi. §. ſeminarios. de uſufruc. Seminarios autẽ fructus ad fructuarium pertinere, ita ut paratum ſeminarium renouet. finitoq́; uſufructu domino reſtituat putauit Celſus: reſponſa hæc, & illa cum praué intelligerentur, tum illorum legitimam interpretationem nec mediocris quidem utilitatis fore cum arbitrarer: quid ſeminarium apud iuriſconſultos ſit, quidq́; apud latinæ eloquentiæ cultores exiſtimetur, quæritandi anſam præbuerunt. ſeminarium igitur eſt locus ſubactus in quo ſemina uitiũ, aut arborum panguntur, ut cum radices egerint, inde ſtirpitus in aliud ſolũ transferantur, ſicuti iurecõſult. ex ſeminario arborem conuulſam, & in alium locũ poſitã, licet adhuc terrã non cõpræhenderit, arborem tñ recte dici putans tradidit l. 3. § L. iij. de impen. in reb. dota. fac.

quod ſiquis. Arbor. furtim. ceſa. porro ſeminarium, à ſemine appellatum quod & de arboribus etiam intelligi non propriè quis dixerit iuxta illud Virgilij.

Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram. De ſeminario apud Columellam frequenter diſſeritur cui de agrorum cultura optimè merito iuſtè credimus, optimum eſt itaqꝫ eodem agro quo uitem poſiturus eſt, uel certe uicino ſeminarium facere lib. 3. ſic teſtatur, idem libro ſexto, ſeminarium oliuetum præparetur cœlo libero, huius ſignificati Budæus etiam noſter literatiſſimus in ſuis commeminit epilogijs, fructuarius ergo ſeminarios fructus habebit, atqꝫ ſeminariũ inſtaurabit, ideſt uiui radices de illo loco in fundum ſuum uel alium (ut ita dicam) tranſplantabit, ac uti uolet uenũdabit, extinctoqꝫ uſufructu ſeminarium reſtituet innouatum, idem alio reſponſo probandum eſt maritus, qui pro utilitate dotalis fundi ſeminaria, ideſt loca uirgultis plena fecerit, neceſſarias impenſas feciſſe uideatur, neqꝫ de horreo, neqꝫ de frumento ſeminibus parato his legibus cautum dicemus.

Quid Tectorium, Loricatio, Pauimentum, Incruſtatioue in iure ciuili ſit. & Neratij Reſponſum ab aliorum mendis iuſtè purgatum. Cap. 24.

L. Vſufructuarius de uſufructu.

EXtant Neratij Reſponſa lib. membranarũ tertio, quibus uſufructuarium præmonuit, ne parietibus qui rudes fuiſſent tectorium nouum imponat, quia tametſi domini cauſam meliorem excolendo facere poſſit, nõ id tamẽ iure ſuo facere poteſt, enimuero aliud eſt tueri ædificiũ, aliud nouum facere, non me latet quali hæc uerba interprete exponãtur, qui tectorium pro tecto domus, excolere pro ædificare imprudens intellexit, cuius legis uirtus ut melior in poſterũ habeatur nõnulla tectorij conſimilia recenſebo: ſunt itaqꝫ loricatiões, pauimenta, incruſtationes, atqꝫ tectoria, omnia ferè idem ſignificare uidẽtur, neqꝫ pro neceſſitate domus, ſed uoluptatis gratia conſtruuntur, Loricationes ſunt ſuperficies ſolidandi cauſa, & ei parti domus imponuntur, quæ pedibus calcatur, id etiam pauimenta denotare arbitror de quibus M. Vitruuius lib 7. plura. l. impenſæ. in fi. de uerbo. ſignifi. l. Quæſitum. §. item ſpongiæ. ff. de fun. Inſt. incruſtatiões de ſolidamẽtis parietibus admotis debere intelligi Proculo, et Capitoni Atteio placuit. l. quidã hyberus. §. parietẽ. de ſer. urb. prę̨d. quę ex cruſtis dũtaxat marmoreis fiũt. l. fundi nihil. §. quæ tabulæ. de act. empti. Tectoriũ uero ex calce, aut gipſo parietes rudes exornat cultioreſqꝫ reddit. l. in fundos. §. conſtituimus, de rei. uẽdica Cui ſententiæ non diſſentit Gellius lib. noct: Att: 13. cap. 22. ijs planè præmonitis nõ dubitauerim quin & Neratius Tectoriũ pro illiniamẽto calcis, uel gipſi aut incruſtatiõe ad parietes incultos cõſcripſerit, qđ eo magis manifeſtius fit ſi tectoria, loricatiões, pauimẽta, & id genꝰ ſimilia uolupta-

rijs impenſis cedere credamus . l. hactenus. in fi.de uſufructu.at quiſ-
dem tectorium ſi pro tecto capiatur , non uoluptaria in eo impenſa,
ſed uehemēter neceſſaria dicetur , quod dialectici domum ex pariete,
& tecto conſtare perhibent: explicant illud uerbum extruendo,ideſt
ædificando , cum & inibi iureconſultus paulo inferius hoc declaret,
aliud eſt tueri quod accepiſſet,aliud nouum facere: quamobrem ex-
colere,pro tueri,& ſarcire quod acceptum eſt , nō pro ædificare poſi-
tum opinamur.l.æquiſſimum.§.ſed neq;.eod.tit.

Quonam modo Pomponius naturalem Arboris mo- tum intellexerit, Accurſijq; dictis ſuper ea re improbatis. Cap.25.

REfertur et Mutianæ legis ratio per Arborem in loco
ſeruitutis urbicæ ſitam neminem ſuis domibus liber-
tatem uſucapere poſſe propter arboris naturalem mo
tum,cuius dicti qualis ratio ſit neq; Accurſio ſatis con
ſtitit,qui naturalem arboris motum concuſſionē uen
torumq; turbinem eſſe aduerſus arborē autumauit, in hanc ipſe ſen-
tentiam forte concederem ni arbores ex ſui natura immotas ſtare ui-
deremus,& ea ratione de ijs uti de fundo uel re alia immobili iudica-
retur.l.Riparum.de rerum. d.ui. Nec dixerit quis aura tamen quan-
doq; illas impingi, motus enim accidentalis ille , non utiq; naturalis
eſt:igitur homo quemadmodum natura ſui creſcit ac particulæ in eo
minutatim quotidie mutantur.l. proponebatur. in fine. de iudi . Ita
arborem ipſam naturæ motu creſcere, frondes deponere, atq; uirere
Pomponium opinatum cenſeo.

L. quod autem. de ſer.urb.prædio.

Veriori ſenſu Paulus Iureconſultus in.l.qui ſella.de ſer,ruſ. prædio.explicatus. Cap.26.

AD Notatio Pauli eſt. de ſeruitutibus ruſticorum in le-
ge. qui ſella. quæ non nihil prolationis egere digno-
ſcitur:non ſellam eo in loco ephippium , quo equi in-
ſternuntur,denotare probo, quamq; interpretis ſcho-
lia inibi contrarium uelint,cum ſedes, quædam ſit ubi
magiſtratus inter ius reddendum & quandoq; alias reſidere ſolent,
de qua comminiſcitur legislator,in.l.1.§. cæcum. de poſt.auerſa in-
quit,à Bruto ſella cæcus poſtulare inceptabat, itidem.A.Gellius.lib.
2.cap.2.allata mox una ſella eſt, quæ in promptu erat atq; dum aliæ
promebantur appoſita eſt : proinde qui ſella uehebatur non in equo
reſediſſe uerius erit , tametſi de ſella equeſtri alicubi quandoq; lege-
rim.l.unica.C.nulli.lice.in frenis.lib.11.

Circa

Circa inuentionem theſauri conciliata duo Reſponſa, quæ uulgo contraria circumferuntur. Cap.27.

DE Iure fiſci in.l.3.§.ſiquis. Caliſtrato Reſponſum tribuitur, ita ut Adriano & Iuſtiniano Imperatoribus in.§.Theſauros. inſti.de rer.diui. prorſus contrarium ſit. Caliſtratus ait in locis fiſcalibus,uel publicis,Religioſisúe, aut in monumentis, Theſauri ſi adinuenti fuerint, Diui fratres conſtituerunt ut media pars ex ijs fiſco uendicaretur &c. In totum uero qui in religioſo Theſauros reperit eorum dominum acquiſiſſe teſtatur Iuſtinianus,quos obices lectione perueteris noſtri Codicis ſic reijcimus,ſi in locis fiſcalibus,uel publicis, non etiam religioſis &c. Diui itaq; fratres Adriano concordes fient.

Delinquens atq; diu poſtea de crimine accuſatus non leuiori pœna adficitur quam ſi facinore admiſſo illico puniatur,Contra omnes ſuperioris ætatis ſcriptores,Modeſtiniq; legem ab ipſis incognitam. Cap.28.

L.ſi diutino.de pœnis.

OPinio uetus falſa conualuit, diu ſi quis crimen admiſerit non perinde acerbius punitur quam ſi delicto recens perpetrato damnaretur:huiuſce Modeſtinum in tit.de pœnis autorem fuiſſe dicunt,quod uerum cum minus ſit,ipſius uerba exſcribenda uiſa ſunt:Si diutino tempore aliquis in reatu fuerit aliquatenus pœna eius ſubleuāda erit,ſic etiam conſtitutum eſt,non eodem modo puniendos eos eſſe, qui longo tempore in reatu agunt,quo eos,qui in recenti ſententiam excipiunt &c. Antiquorū opiniones ſuper his uerbis quiſnam probas doctior iudicaret? Dicendum nempè eſſet ſine ratiōe legem Modeſtinum cōſtituiſſe,Dehinc peruulgatum & illud obſtat obligationis tollendæ uel minuendæ tempus non eſt aptum.l. obligationum ferè.de actio.& obliga. Verborumq; legis ſignificatio aliud aperte præmonet, Nil aliud reatum eſſe proprie apud iuriſconſultos memoriæ datum eſt, quam iudiciū, id quo quis de crimine aliquo reus poſtulatur.l.qui rei poſtulari.per totam de bon.eorum qui ante ſenten.l.fina.§.fraudis de bon.damna. idcirco Modeſtini Reſponſum ſic à nobis meruit interpretari,Accuſatus de crimine ſi non ſtatim ſed diutino tempore exacto, quod arbitrio iudicis æſtimabitur, iudiciali ſententia coerceatur,eius pœna leniēda eſt, è cōtrario poſt accuſationem cœptam cum ſtatim damnatur, in ſolidū pœnam patitur,ratio illa eſt,celeritas condemnationis admiſſum illius expeditū indubitatūq; eſſe demonſtrat,ſecus quādo diu pœnalis ſentētia dilata eſt,aliq; enim excuſationis cauſam,quia condēnationē diſtulit,habuiſſe cēſet,

Quamobrem

Quamobrem ex pœna aliquid remittendum haud immerito eſt cre
ditum in argumento.l.qui ſolidum.§.etiam.de lega.2.Qui
igitur deliquit atcꝙ poſt longum tempus reus crimi=
nis accuſatur non minore ferietur pœna,quam
ſi illico facinore admiſſo accuſatus
ſit,prout ſcribentes antea ir=
rationabiliter aſſen=
tiebantur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

FINIS.

